JOHANNIS SAMUELIS CARL.

HISTORIA MEDICA

Pathologico-therapeutica,

in qva

Morborum circumſtantiæ perpetuæ Eſſentiales & extra-eſſentiales aphoriſtice expenduntur.

Accedit

exemplaris inſtitutio

de

Cognatione ac dependentia morborum ex Foreſto,

reviſa ab

Johanne Jacobo Schlierbach D. & Med. prov. Haſſo-Darmſt.


HAFNIÆ,

Impenſis Jacobi Preuſſii.



Imprimatur,

G. DETHARDING.





PHILIATRIS
Omnis terræ ac Sectæ.

Ascesis hæc Historica

pro medicinæ cultura
tum dogmatica tum clinica
tanqvam
Vestigia viæ ac medicinæ naturæ
Certæ ac perpetuæ
commendatur.
Et hoc ita scopo, certi scilicet usus,
aphorismi hi historici
Loco
Medicinæ Systematicæ vel hypotheticæ
offeruntur ac dedicantur.

Cicero
Opera naturæ confirmat dies,
Opiniorum commenta delet.

PRÆFATIO.

Notatu dignisſima plane eſt ſententia Ciceronis: Primum, dicentis, in officiis prudentiæ officium eſt, ne nimis magnam curam, multamqve operam, in res obſcuras, difficiles, nec neceſſarias conferamus; Qvod effatum certe in omnibus diſciplinis & ſcientiis, ſi probe obſervetur, ſuam utilitatem imo neceſſitatem ſatis abunde comprobat, & declarat. Qvid vero hodie uſitatius, quam, qvod in qvibuslibet ſcientiis ſubtilitates, argutiæ, nuce caſſa ſæpius haud dignæ, ſeligantur, magis itaque circa cortices, parum vel nihil utilitatis afferentes, humana induſtria ubiqve verſetur, qvam, ut, ſpretis, fractis, & plane rejectis corticibus, ſolus Nucleus, ſcilicet res veræ, utiles ac jucundæ deguſtandæ apponantur? Uti itaqve nulla diſciplina erit, qvæ ſibi gratulari poterit, qvod hoc primum prudentiæ officium ſemper præ oculis habeat, qvod ve ubiqve nulla aliena, minus utilia contineat, ſed variis potius næniis, inutilibusqve rebus conſpurcetur: ita profecto, qvando noſtram divinitus datam & comprobatam medicam artem ſive ſcientiam, qvæ unice ſanitatem hominum ruentem præſervare & reſtituere data eſt, qva nihil in hac miſeria excellentius & optabilius eſt, intuemur, piget & pudet referre, qvod hæc Ciceronis ſententia vere & ad illam applicari

pos-

posſit, cum interim nullus erit, qvi haud conſentiat, qvod hoc ſanandi ſtudium præ aliis mereatur liberari ab alienis, allotriis, obſcuris, & minus neceſſariis. Qvare omni ſtudio & intentione eo animus applicari deberet, qvo una & ſimplex veritas unice eruatur, ſtabiliatur, & ſubtilitates ac aliena, ceu cortex a nucleo, abjiciantur, qvanquam paucum remanere videatur. Namqve res apparentes a veris diſcernenti, qvod remanebit, minimum qvidem erit, ſed optimum; id qvod Stahlius cum pluribus doctis pro apophtegmate ſelegit & commendavit. Prouti vero hoc veritati omnino conſentaneum eſt & manebit, qvando totum medicinæ tam theoreticæ, quam therapeuticæ complexum intuemur, & conſideramus; tanto magis hæc veritas & hoc votum omnium cordatiorum & ingenuorum animis inſideat fixum, in tractatione accuratiori phæmomenorum pathologicorum & therapenticorum; qvamvis his minime inferamus, qvod aliæ medicinæ partes negligenter, aut inutilibus futilibusqve narratiunculis & ambagibus vacuorum verborum, tractari vel proponi debeant. Interim qvisquis etiam ſit, rerum naturalium in genere & medicarum in ſpecie gnarus & æqvus æſtimator, nobiſcum conſentiet, qvando præ aliis ſtatuimus, ad indagationem phænomenorum æthiologicam, & inde veram pathologiam medicam, formandam & ſtabiliendam, reqviri omnium circumſtantia-

rum, maxime essentialium, dein extraessentialium pro diversitate ætatis, temperamenti, sensibilitatis etc. variantium, realem, certam, exqvisitam & sic collectiuam qvasi notitiam, ita qvidem necessariam, ut, si unica earundem vel deficiat vel perperam cognoscatur, vel sinistre adhibeatur, universa causalitas introducta infirmo talo superstructa deprehendatur. Et qvidem hoc assertum tam firmo nititur fundamento ut qvivis dexter solidioris comparationis arbiter, ambabus manibus assensum & fidem indubiam dare poterit, sine ulteriore deductione, ex neglectu, defectu, & nimia curiositate aliena tractandi, simplex fundamentum & originem indagationis physicæ in doctrinam medicam tot chimeras hypothesium, opinionum, theoriarum introduxisse. qvæ non applicationem solum practicam deserunt, sed etiam studium universum dogmaticum, præsertim dogmatico-Therapeuticum vel plebis ludibrio exponunt, & sic omnibus veritatis scrutatoribus spem auferunt, ad abysseum pathologiæ veræ aditum perqvirendi ac eo perueniendi. Hoc dictum vitium hac nostra ætate unus ex præcipuis morbus est, qvi adeo in mentibus curiosorum fixus hæret, ut nullus fere finis novorum partuum ac Theoriarum videatur. Qvilibet fingit aliqvid novi, nemo fere reperitur, qvi, rejectis futilibus ac abstractis plane considerationibus, veram, realem, antiqvis superstructam

Theo-

Theoriam & praxin ſtabilire, corroborare imo amplificare ſibi in animum inducat. inde fit, ut hæc curioſa, minus proficua ſagacitas inutilium hypotheſium cumulos progeneret, & vix his ſatiari posſit, qvæ vero ſi non ſtatim, ſucceſſu tamen temporis, tanqvam aniles nugæ apud tales, qvi etiam extra ſphæram ſtudii medici poſiti, aptæ tamen ratiocinationis habiles ſunt, ſummum tædium ac indignationem creant, qvod indoctrinam utilitate, & necesſitate gravem, tanta ſentina ludicorrum, leviumve phantaſmatum congeri humana ſagacitas patiatur. Qværitur itaqve haud ſine ratione gravi, qvomodo veritatis medicæ ſtudioſus & amator ex hoc opinionum, hypotheſium, abſtractarum, inutilium, ſuperfluarum labyrintho emergere & ſe extricare poſſet? Res hæc ſane ardua manebit, niſi, rejectis & ſepoſitis omnibus novis rem ipſam vix verbo tangentibus & peplo confuſionum involutis inventionibus (ubi verum manebit, qvod opinionum commenta dies deleat, naturæ vero facta confirmet) Veterum ſimplicior obſervandi methodus in apricum iterum reducatur, qua indagatione cauſali primitus ſemita ad hiſtoriam facti, ex qua innoteſcere posſit indoles morbi, & phænomenorum apertam & ſimplicem cognitionem, aperiatur & ad hanc rationalis theoria, non vero hiſtoria ad hypotheſin, proprio arbitrio ſculptam, formetur. Albæ mentis eos fore neceſſe eſt, qvi

intelligere nec velint, nec possint, qvod hac trita via certius & intimius in penetralia doctrinæ medicæ quis possit ingredi. Utilitas hæc tanto clarior evadet, qvando effectus practicus immensus consideratur, Ubi.

(I.) Ex simplici circumstantiarum historia, sine alotriis peregrinis, sed dextre collecta, & collata mysterium illud, paucis sane in vero fundamentali nexu cognitum, patescet, scilicet autocratia naturæ, energia, spiritus vitalis in morbidarum materiarum excussione, & spontanea liberatione ab omni impedimento vitalitatis.

II. E tali perscrutatione in specie facti, cruda qvasi, omni solerti Indagatori in manus delabetur largissima seges, comparationes, & conclusiones causales formandi, adeoqve sartum tectumqve systema pathologiæ, totiusqve theoriæ medicæ exstruendi, qvod non in ævum aut lustrum, pro hypothesium strage, mutari necesse sit.

III. Deniqve exinde patescet artificium ac methodus medici interni, qva in actibus suis eluctatoriis utitur & cui ministerium medici externi tuto utiliterqve subvenire, illam adjuvare, sublevare, immutare, occupare debeat ac possit. Certe hic pateret amplissimus campus excurrendi in doctrinam & praxin medicam, pro utilitate hujus hodegeticæ institutionis demonstranda, si opus esse crederem. Incedere profecto, si feliciter procedere animus est, hanc viam re-

regiam debemus, qvando ſollicite inqvirimus, qvid in oeconomia vitali agatur? qvinam ſint illi actus, qvibus natura ad vitalitatem conſervandam & reſtituendam utatur; qvi congrui adæqvati, ordinati, & qvi erronei, confuſi, hetorocliti, motus? qvæ pasſiones a morbo, & qvæ propter morbum evenientes? qvæ tempora, qvæ loca, qvi modi luctarum? &c. Qvæ ſingula poſtulata, cum non opinionum vel veterum vel novarum expiscatione captentur, ſed ſolertiore factorum naturæ ſcrutinio perdiscantur, firmiora produnt fundamenta, dum ſic phænomena vitalitatis ſalvæ & læsæ ex documentis practicis veris, viva poſtea experientia, asſidua diligentia hauriuntur. Hinc ad realia Pathologiæ fundamenta collimat utiqve notitia hiſtoriæ morborum, qvæ apud veteres non perfunctorie tractata reperitur, qvanqvam dein a recentioribus fere depravata ſit & in illa manca, pleraqve vel mala fide enumerata, vel mala cohærentia recenſeautur. Hanc itaqve viam rectam pro hodego fido arreptam ſine mora ingresſi ſumus, ac omni, qvantum fieri potuit, perſpicuitate, attamen ſuccincte accurataqve enumeratione ſeu recenſione ſingulorum morborum, horum hiſtoriam perfectam vere proponere, & completum, qvoad majus, pathologicum opus præcipue ex theſauro ſtahliano, & hinc inde ex agro foreſtiano colligere allaboravimus, maxime exinde vera apodixi deprehendere

li-

licet, qvid ſit morbus, tum generaliter, tum ſpecialiter? Arcanum certe noſtris demum temporibus & hac via apertum, qvod nec chymica, nec anatomica, nec mechanica, qvibus aliâs in ſua ſphæra poſitis ſua laus manet, ſubſidia apte manifeſtare potuerunt vel poterunt. Ex axiomatica ergo circumſtantiarum conjunctione, ars longa, & vita brevis ſecundum Hippocratem nanciscitur ſubſidium, limitatas mentis vires conſervandi, ut neqve per ſeculum, neqve per ſtrages hominum experientiæ ubertatem aucupari neceſſum ſit. Nolumus itaqve eſſe verboſiores, ſed ſaltem Vos veram & realem medicinam amantes & anhelantes, aperta fidaqve mente alloqvimur, ac hortamur: Abscindite magis magisqve aliena, quæ nec ſcientiam ornant, nec artem facilitant, maxime in negotio, qvod rem arduam & ſalutem humanam ferientem involvit. Ludere hic in ſalinis, vel mechanicis, potentiis, viri gravis non eſt, ſed levis, imo albæ mentis, qvæ ſolum aniculis & plebejis per ejusmodi fabulas ſeſe colorare, & imperitiam medicam obtegere ac infucare nititur. Diu ejusmods opinionum ineptiæ medicæ arti fuerunt dedecori, ut in proverbium inde abierit: Grammaticis exceptis, medicis nil ſtultius eſſe: dum ex ſtrepitu hypotheſium, nullum rationalem conceptum admittentium, qvivis conjicere debuit, artem qvoqve medicam ſimilis furfuris, incertiqve tentaminis fore. Ad auertendam ergo hanc igno-

ignominiam ab arte medica, aperta jam est janua, dum recessus in oeconomiam medidicinæ internæ ejusmodi observatione perlustrare, & cognita hodegi hujus ex maxima parte absoluti vestigia premere ulterius datum est, & sic scientiam salvam & fructuosam satis consequi possumus, cognoscentes certissime, qvid sit morbus, in genere, & in specie, imo in individuo secundum omnem actuum, passionum, causarum systematicam cohæsionem, & artem in legitimos limites introducere. Non cæco bruto, conjecturali impetu vitam & sanitatem invadere amplius pateat; sed ad hodegum medici interni ministerium medici externi applicare, & ea propter autocratiæ internæ artificia, totum motuum internorum se- & excretoriorum, eluctatoriorum, eructatoriorum systema, in universo ordinis, temporis, loci, modi, durationis, periodi complexu addiscere, attendere & fideliter hunc ducem asseqvi sit gratum. Qvodsi vero ejusmodi scientiæ & artis integritas attentionem actorum naturæ in vitalitatis restitutione levibus animis imprimere & inculcare non possit: tum certe conscientiæ intaminata libertas eo impellere debet ac potest, cum non in lignum & lapidem ictus vel lusus exercere per brutos & mechanicos conatus licet, sed vitalitas talis manibus omnium est subjecta, cui animæ salus, cui proximi, imo multorum temporalis & æterna incolumitas conjuncta, & ita hujus multiplicis salutis humanæ custodia

dia medico externo rationem corum tribunali supremo injungit. Profecto, si mysterium hoc medicinæ internæ ex attenta motuum morbiferorum observatione hauriendum occultum mansisset: nos non nisi trepidissima manu menteqve ductum hypothesium in opere practico proseqvi valuissemus, qvinimo cordatioribus æquius subinde fuisset, subtrahere manus, qvam inter tot vitæ & salutis pericula cæco ausu mechanicos aut chymicos impetus admovere. At vero cum in attentione actuum naturæ palam patescat, num ii actus materiæ morbosæ adæqvati existant? num ordo, tempus, locus, duratio executionis eidem causæ conveniens? qvorsum hi actus in genere & in specie, imo in individuo, vergant? annon erroneum aliqvod conamen subsit, vel defectus energiæ motivæ in absolvendo toto actu? tum sane & dia- & prognosis certa inde sperari potest, & therapiæ status formari, qvantum medicinæ internæ potestati est relictum, contra vim morbi luctas suas intendere, promovere, alleviare; aut contra invertere, & declinare internæ autocratiæ progressum. Omnis ejusmodi scientiæ, artis, conscientiæ utilitas redundabit in ægros & adstantes, ut minister naturæ factorum autocratiæ internæ historica recensione certiorem vitalitatis læsæ conditionem eos docere, firmiorem iis prognosin tradere, constantem magis non in diem mutandam, causalitatum enucleationem aperire, imo

the-

therapiæ ductum monſtrare poſſit; qvam vel rotularum machanicarum vel chymimicorum ſalium & angulorum, vel anatomicarum fibrarum peroratione, qva præter ſtrepitum aurium, & anilem famam de vaſta eruditæ obscuritatis ſuppellectili nullus vel medico vel ægro uſus obtinctur. Deniqve is utilitatis proventus ſubticeri non debet, qvod hæc ſollicita actuum ordinariorum obſeruatione addiscatur, qvando extraordinaria, imo qvaſi ſupra naturalia molimina immisceantur, & hic præcipue τὸ θεῖον involuitur, qvam per scrutationem fermentationum, effervescentiarum, despumationum, mechanicæ, aut chymicæ paſſionis enucleare nunqvam valebunt. Et ita veſtigia hæc in eam viam introducent, cognoscendi manum Domini lædentem, & ſanantem ordinariam & extraordinariam, item perpendendi habitum internum animorum, qvorum gratia Creatoris benignitas externam corporis labem injungit, ut reductio & liberatio ab interitu intendatur, perpetretur, & facilitetur, & tandem pervidendi judicia DEI juſta, qvæ levem læſionem in chronicam & inſanabilem labem devolvere poteſt, ut ita peccator ſui ſceleris memoriam & pænam luat, aliisqve exemplo ſuo triſti & juſto juſtitiæ divinæ æqvitatem inculcet. Qantas abyſſos & profunditates amoris, ſapientiæ, potentiæ divinæ venerandas, ſagaces animi, qvi timorem Domini & medicæ ſapi-

ſapientiæ initium eſſe ducunt, fideliterqve colunt, deprehendent, nec oculus, nec mens ſtupida hominum naturalium, licet in acumen philoſophandi adſcendiſſe videatur, intelligere valebit. Huic ſolerti indagationi deprehendendum pariter erunt τὸ δαιμόνιον, ictus, luſusqve ſatanici, ſpiritus morbi, ejusmodi confuſiones actus vitalis, omnem naturalem & qvaſi moralem conceptum effugientes, qvas nec ſub morbis archealibus, nec ſub intemperie ſine materia, veterum & recentiorum ſagacitas capeſſere valuit. Sunt profecto ejusmodi furores non tam archæi, ſed ipſius veluti gehennæ in oconomia vitali, qvi velut ferrum a ſcelerum & pasſionum magnetismo attrahuntur, & juſto Dei iudicio flagitiorum inſtrumentum ac officinam laceſſere debent. Hos vero pharmacia adgredi, hos hypotheſium magnalibus explicare, irritum conſilium & cæptum nemo non agnoſcet, contra vero intelliget, attenta obſervatione omnino indigere. Qvamobrem omnes æqvi æſtimatores ſervare debent hanc ſemitam. Rejicienda ſunt ejusmodi aliena, qvocunqve etiam eruditionis, ſubtilitatis, curioſitatis fuco vendantur. Præſtat feliciter curare. Hanc ſubtiliter diſputare jam Hippocrates docuit: quam veritatem nos tanto magis colere neceſſe habemus, qvi vitæ tuitionem, non tam temporali qvodam commodo, qvam æterna electione in nos ſuſcipere, &

hujus

hujus officii DEO judici rationem reddere, itaqve tranqvillitatem perennem animi capessere ac custodire optamus. Satis de his.

Huic operi adjecta est tractatio sane utilis & mere practica, in qua cognatio morborum per individua singulari studio, multoqve labore ex P. Foresti Operibus indefessa diligentia, fidaqve phænomenorum morbiferorum recensione conscriptis, eruta, & genuinis veris principiis ac annotationibus practicis amplificata est. Hæc tractatio diu desiderata practicis haud injuste adjumento fuit. Utilitas enim exinde resultans, & jam qvoad majorem partem expleta, quam medico clinico adportat, longe major est, qvam quis credere posset. Hac profecto ratione vera & genuina individuorum morborum connexio & dependentia in lucem magis protrahitur: morbi ætatum confirmantur; diversi pro diversitate sexus, morbi considerantur; differentes, pro differentia temperamentorum, affectus annotantur; morborum consensus essentiales seu interni, & extra essentiales seu accidentales recensentur etc. In foro sane medico ingens qvidem cumulus observationum medicarum reperitur, ubi singulorum adfectuum historiæ præprimis ab antiqvioribus simpliciter, & bona fide, a recentioribus vero variis minus subinde cohærentibus considerationibus & applicationibus conscribuntur, & obtruduntur. Deficit itaqve adhuc vera, simplex, enarratio morbo-

borum, & inde dependens connexi, consensus, qvem scopum hoc nostros pecimines explere intendimus: Itaque ut hic noster labor & conamen in commodum proximi, præcipue vero in divini numinis gloriam vergat, novissime comprecamur.





HISTORIÆ MEDICÆ

Pars Prima

De

Habitu Morborum in genere.

Cap. I.

Qvoad naturam ac differentiam ſubjectorum.

Experientia, fideliſſima omnium hiſtoricarum veritatum teſtis & magiſtra, abunde comprobat, innumeram hominum multitudinem ſæpius per longa tempora, imo integras ætatum periodos occurrere, minime ægrotantium;

Adeo certe, ut plures vivant â morbis immunes, præprimis robuſtiores, durioris indolis;

Sicque per maxime longam vitæ partem a veris pathematibus liberi maneant, neque illa, niſi peculiarium ætatum, vitæ generis, violentiæ externæ, aliarumque accidentium interuentu, experiantur.

Ergo videmus longe infreqventius ut plurimum ægrotare, qvi ſimpliciore victu utuntur, ab animi pathematibus alieni, a pravis

 con-

conſuetudinibus vacui ſunt, inſuperqve neceſſarias evacuationes probe obſervant.

Hæc facile per morborum genera confirmari poterunt, v. g. Febres, vix. 5. invenies inter 100, qui tota vita ad ſenium etiam progreſſi, 4 aut 5. febricitaverint.

Imo inter ſingulas hominum centurias facile 30. aut plures deprehenderis, qui præter variolas & morbillos, & forte æſtuoſam dentitionem, ne ſemel per vitam febre laboraverint.

Ad ſpecies vero febrium tranſeundo, vix 10. hominum partem offendes, qvæ per vitam ſemel tertiana decubuerit.

Quartanam qui experti ſint ſemel, e mille perſonis vix 20. reperies.

Qvod eo magis mirum, quo familiariores omnibus febrium cauſæ vulgo numerantur & allegantur.

Quotusqvisqve eſt vero, qui a capitis dolore, quanquam facillime provocando, ſæpius & gravius afficiatur?

Dentium doloribus vix 10. quisque obnoxius obſervatur etc.

Omnium vero rariſſime ſingulis hominibus multi & varii affectus, qui nihil inter ſe commune habent, obtingunt.

Sed qui affliguntur, non per genera, ſed ſpecies tantum ſubalternas, unius ejusdemque morbi inſultibus ſolum variantis, aut diverſo ſub ſchemate redeuntis, ægrotant.

Hoc teſtantur variæ hæmorrhagiæ ſecundum

dum varias ætates prorumpentes, & inde dependentes, aut conseqventes varii affectus vid. aff. ætat:

Sic omnes ferme febres fomitem sibi invicem præbent.

Unde ex acutis præcipitantium usu nimio intermittentes, aut lentæ & colliqvativæ; ex intermittentibus per adstringentia, malum regimen, lentæ, hecticæ febres, aut e tertianis qvartanæ, e simplicibus duplices, e typicis erraticæ aut rheumatici dolores fiunt.

Si vero regiminibus sudoriferis, aut calidis remediis, aut refrigeriis, aut china chinæ in sanguineo-cholericis ac plethoricis perverse tractentur, facile febres inflammatoriæ acutæ prognasci possunt.

Minime v. omnium contingunt corpori humano tales morbi, nisi prægressis causis externis, utplurimum violentioribus, sc. diæteticis, aliisqve.

Interim frequentia morborum longe major in humano corpore quam in brutis, præprimis feris observatur.

Qvando vero bruta in morbum incidunt, difficilius præ hominibus emergere solent.

Febrium ergo proventus in his freqvens, in illis dubiis exemplis rarius observatur.

Sicuti etiam tumores vere ædematosi, hydropici, phthisis (ovillum si genus excipias) atrophia, tusses, nisi ab externis causis, incogniti sunt.

Omittimus hæmorrhagias in brutis minus

 no-

notas, uti in ſimiis, interdum in canibus.

Sic inflammationes rariſſime in genere, & in ſpecie capitis, oculorum, aurium, faucium, niſi vi externa, minime ſphacelum ſubeunt.

Lippitudo, oculorum rubor, cæcitas cum & ſine cataracta, canibus & eqvis familiarius eveniunt, non tamen æque prompte ac hominibus, niſi vi externa intercedente.

Sæpius bruta incidunt in ſqualores cutis & fœditates ulceroſo-ſcabioſas, non tamen eo more, qvo homines in peculiaribus locis, capite, facie etc.

Convulſionum rariſſima in brutis, creberrima hoc reſpectu in hominibus veſtigia deprehendimus.

Paralyſis licet rara in hominibus, rarior tamen in brutis eſt, niſi in equis debilitatio crurum, das verſchlagen, qvandoqve occurrat.

Phantaſiæ læſio tam in, quam extra morbos, in humano genere haud adeo infreqvens, in brutino, excepta rabie, inſolita eſt.

Qvinam vero homines ad morbos habiliores precipue ſint, diſpiciendum eſt.

Sexus ſeqvior ſec. Hippocr. bis patitur morbum, ergo præ maſculino ad varias paſſiones ſæpius & facilius ſuſcipiendas aptior notatur.

Succedunt his viri & animo & corpore mobiliores, ſenſibiliores, ſicque fœminis ſimiliores.

Et qvi ordinarias evacuationes negligentius

tius tractant, qvi languidi sunt, vel in infantia vel senectute constituti.

Uterque vero sexus eo freqventius ægrotat, qvo magis vario victui adsuetus, & præter ciborum qvalitatem, qvantitate præcipue excedit, vel á consueto victu mutatur repente in alium.

Deinde, qui otio & desidia diffluunt, anteà vero laboribus adsueti, sed ab edacitate nihil remittunt. Pariter, qvi expositi vivunt adventitiis & violentis perturbationibus:

Certissime vero, qui sunt animi intemperantioris, & motibus illius, vel simplici ratiocinationi, speculationi multum inhærent.

Tum insueti morborum, vel nimiæ sensibilitati, diætæ nimium sollicitæ adsuefacti, & sanguineæ immorigeræ consvetudinis sunt.

Denique, qui a parentibus dispositionem hæreditariam possident ad certos affectus, nunqvam & ægre penitus obliterandam.

Contra, major sanitatis constantia in nationibus incultis, feris, in rusticis, plebejis, laboriosis, durioris & simplicioris diætæ, & animi pathematibus alienis observatur.

Huc pertinent stupidi: Es ist eine solcher Mensch, wie ein Vieh, empfindet nichts, schadet ihm auch nichts so leicht, hat eine rechte Pferds-Natur.

Adjicere fas est rusticorum & agricolarum ingravescente ætate, subita a laboribus abstinentia, major ad iram, terrorem etc.

 nacta

nacta occasio, Wann sie sich zur Ruhe begeben, und in ihrem alter von dem, was sie mit saurem Schweiß erworben, etwas zu guthe thun wollen, hinc potius male habere & gravius affici incipiunt.

Hi, qvi freqventer pharmaca adsummunt, semper sunt valetudinarii.

Cap. II.

Historia morbi ex statu & diversitate *Causarum*.

Intima & penitissima corporis *dispositio* ex materiali constitutione qvocunqve tempore ad intimam corruptionem præceps est.

Imprimis qvidem sanguis optimus, ubi est extra corpus, cito corrumpitur; ita intra alicubi inclusus statim in sphacelosam putredinem ruit.

Proxime huic partes porosæ, musculosæ, parenchymaticæ, rubicundæ & exsangues, denique humores, sc. lympha, serum, lac, sperma, bilis, muci ab eadem putredine corripiuntur.

Putredinosa hæc corruptela fermentatiuo actu brevissimo tempore latissime sese diffundit, a vitali energia haud salvanda.

Meatus imprimis tubulosi, ultra conceptum angustissimi, toti favent obstructionibus; præsertim cum humores spisiusculi sint, & magis fiant.

Mi

Mirandum interim, corruptibilitatem hanc minus in actum deduci, adeo, ut vix uni e millies millenis, ſine externis cauſis violentis, a nuda diſpoſitione interna eveniat, & in ſpecie ſphacelus; haud centies mille annis ſemel obtingat.

Inde ejusmodi diſpoſitionis nulla vere ratio habenda, qvamdiu activitas vitalis intemerata viget.

Priori medicus directe reſiſtere non poteſt, poſteriori vero, ſc. energiæ varie ſuccurrere licet & convenit, non quidem ad morbum, (utpote qvem natura ſponte ſua curat) ſed ſolum ad morbum impeditum per accidens, per individua.

Unde homo moritur non morbo ſimpliciter, ſed ſolum ob malum ſucceſſum vitalis reſiſtentiæ.

Certisſimum enim, plus millies unum eundemqve morbum ſuperare, priusquam unus illo intereat vel solo variolarum & morbillorum exemplo.

Præter hanc generalisſimam cauſam nunc necesſaria eſt notitia generalium lædentium cauſarum. qvoad 1) vel ipſas partes vitales. 2) vel motus vitales, idqve vel materialiter, vel moraliter & finaliter influendo.

Prima materialis cauſa eſt *Plethora*, necesſaria in junioribus pro augmento corporis, ex abundatiore appetitu & otio nimio pluribus familiaris.

Qvæ prima cauſalitas etiam plebi nota,

 hinc

hinc proverbium ipsis: Daß die Vollblutigsten und florisanteste Naturen am meisten und Gefährlichsten erkrancken; andere aber, die wie der Todt aussehen, wären doch immer Gesunde, und überwinden die gefährlichsten Kranckheiten.

Hæc abundantia circulum magis impedit, inde energiæ plus negotii facessit, imo tandem crasin invertit.

Varia ergo incommoda plethora inducit: motus voluntarios, haud ita prompte exercendos, impediendo.

Hinc promptior fatigatio, sensus dolorum contusoriorum, insolentior calor, imo infarctus & oppletiones, citius & gravius in his, qvam aliis accidunt.

Inde ex qvantitate demum qvalitas facile læditur, spissus fit sanguis; qui multiplicium morborum scaturigo. Unde se- & excretiones impediuntur.

Plethora raro interim per se, nisi mediante spissitudine, ad varios affectus deducit; spissescentia v. humorum sine plethora ad serosos affectus disponit.

Hæ causæ materiales junctim vel sigillatim objectum præbent, propter quod varii motus vitales ad materiam & finem proportionati, maxime se- & excretorii, suscipiuntur.

Horum motuum ratio sunt, vel subjective læsarum partium læsæ actiones; vel objective moraliter *propter* usum corporis conservandi, intensi actus.

Hi

Hi ultimi prioribus longe freqventiores & magis necessarii sunt, & si modo recte succedant, utique salutares; ob incommoda tamen conjuncta & incertitudinem eventus, fiunt pariter causæ, tam apparentium p. n. insolitorum Φαινομένων, tum rè vera ex variis occasionibus ulteriorum vere erroneorum motuum.

Qvibus nihil boni obtinetur, qvanquam intentio generatim bona, speciatim v. male administrata, male exit.

Hinc variat morborum indoles, secundum temperamenta, ætates, sexus, hæreditatem, consvetudinem, sensibilitatem.

Itaqve post dictas causas, ex jure primum locum habent animi pathemata, consuetudo, individualis sensibilitas, idiosyncrasia, etc.

Inter *externas* adventitias adfectuum causas primo loco stant *res non naturales* omnes.

Postremo res extraneæ, *violentæ* magis.

Namqve experientia satis docet, rarissime obtingere ægritudines ex interna dispositione, nisi ab externis violentis magis causis inferantur.

Exemplo sint febres: numerosi enim sanguinis copia sulphurea, diæta insuper calida, otiosa, adeoqve internis causis abundatissime instructi, actu tamen febrem nunquam incurrunt, nisi forte transpirationis cohibitio repentina, refrigeratio, animi motus accedant.

Et hoc qvidem in *acutis sporadicis* ordinarium est.

Contagiosa ex communicatione; *inflammatoria* fere nunqvam sine externa causa oriuntur.

Sic & *Cholerica* ab æstuosa diæta, vel ira repentina; *Intermittentes* ab externis tempestatum mutationibus, primarum viarum suffarctu, aut cum nausea assumptis, & transpiratione impedita, nascuntur.

Omnes morbi chronici qvantum debeant diætæ inordinatæ, aeri frigido-humido, motuum corporis neglectioni aut excessui, & animi pathematibus, qvis practicus non videt?

Sic excretionum chronicarum turbatio, qvæ multos affectus post se trahere solet, præcipue in fæminis, a similibus externis caussis utplurimum progignitur.

Mirum vero non est, in tanta morborum personali infreqventia, etiam has causas raro evenire.

Hæc de externis caussis, qvando cum internis concurrunt.

Ex se ipsis vero communiores externæ causæ minimum ad morbos inducendos possunt.

Sic ciborum voracitas, potus copiosus, ebrietas, saltationes per noctes, motus, jurgia, exæstuationes, refrigerationes repentinæ, aromatum, acidorum, dulcium, durorum abusus a qvibusdam innoxie tolerantur.

c

E contra vero alii ab his vel levisſimis graviter læduntur.

Et hi poſteriores communiter ſunt vel 1) actu morbido obſesſi, vel 2) ad ſcrupuloſam diætam adſueti, vel 3) ſpeculationibus, præcipue viſus & animi pathematum abuſui, ſubjecti.

Longisſime ab his externis etiam pleræqve illarum cauſarum, qvæ pasſim pro proximis qvidem allegantur, nempe *poteſtates* ita *dictæ ſalinæ* ſunt.

Sunt enim hæ vel *inqvilinæ*, *domeſticæ*, ex reſolutione ſanguinis, vel *novæ*, *adventitiæ*.

Si priores forent, cum omnes iis ſcatent, omnibus inhærerent & imminerent qvotidie actuales morbi.

Si poſteriores, tunc utique præſentisſimæ noxæ inſtarent, uti a ſpiritu nitri, vitrioli, ſalis, ſal. armon: alcali fixo. Sed nihil horum, licet larga portione (niſi confertim) ingeſtum, tales effectus edit.

Jam vero, ſi hæc ſumme ſapida nihil noceant, qvid alia leviora facient?

Idem valet de amaritie, de dulcibus, qvæ etiam puerperis & infantibus ſubinde parum nocent.

Salſedines fere omnibus communes qvolibet tempore & ætate adeſſe poſſunt & ſolent; obſervatur tamen, qvod affectus ſtati & certi certis magis ætatibus eveniant.

Exemplo ſint arthritis, podagra & alii affectus,

fectus, ubi falia acria, articulos rodentia, fane innoxia funt.

Hinc e 10. unum præhendunt, cum tamen è 10. vix unus falſedinibus vacuus ſit.

Omnes fcabiofi, qvorum fànguis manifeſte falſus, ab arthrite & podagra longe abſunt.

Coincidunt potius cum certis hæmorrhagiis, qvæ contingunt certis temporibus, ut in fœminis & hæmorrhoidariis qvibusdam, & in diverſis ætatibus, locis pariter diverſis.

Non enim denegatur acrimoniæ in corpus illatæ energia, qvæ ut occafionalis cauſa, motus prompte provocat, non efficienter phyſice, fed moraliter.

Hinc utiqve in affectibus doloroſis, in exacerbatione, parum etiam vini, fæpe inſigniter nocet.

Caput. III.

Hiſtoria morbi ex habitu & natura animi pathematum.

Qvemadmodum gravia & variaſymptomata ex his paſſionibus exoriuntur;ita obſervantur illa prævalere,quæ magis ab intra fc. a pasſione dominante & temperamento, quam ab externis objectis invitantur.

Cum autem pasſio dominans apud homines variet, cum alius ſit cholericus,melancholicus &c. ſimpliciter; alius compoſito gaudet tempe-

peramento; hinc alii præ aliis ad hos vel illos certos morbos diſpoſiti ſunt; aliis etiam certæ pasſiones interdum præ aliis utiles eſſe poſſunt. Vide infra pluribus de temperamentis.

In omnibus pathematibus deſiderium ſeu cupiditas ad finem aliqvem tendit, ita ut motus vel augeatur, vel imminuatur, vel plane tollatur.

Impresſio ab externis objectis aliqvando adeo fortis eſt, ut nemo ei reſiſtere posſit. v. g. terror a tonitru improviſo: vel non adeo fortis eſt, qvando v. g. potator videt vitrum vini, vel luſor chartam, cui reſiſtere poſſunt, & magis â prava conſuetudine dependet.

Nihilo ſecius fortisſimæ impresſiones extrinſecus agentes, omnes homines (diverſo tamen gradu) afficientes, non facile in tantas turbas conjiciunt, qvam illæ, qvæ a temperamenti vitio magis pendent, niſi forte in delicatulis contrarium fiat.

Semper illi, qvi facile ira corripiuntur, â terrore & metu parum afficiuntur, & contra.

Iſtæ qvoqve pasſiones, qvibus aliqvis adſuetus, non adeo facile nocent, niſi maxime excedant, vel qvod pesſimum, ab alia contraria pasſione ſupprimantur, qvod periculoſum.

Om-

Omnis enim mutatio ſubita periculoſa;

De *ira* hiſtoriæ proſtant, qva loqvela tum reſtituta, tum amisſa eſt.

Sic ira podagricis, claudis, contractis qvandoqve utilis fuit.

Multi tamen propter hujus affectus vehementiam paralyſi, apoplexia, febre continua, acuta, deliriis, convulſionibus, variis aliis affectibus & morte, ab ira ſuppreſſa affecti ſunt.

In vulneribus ira admodum infeſta eſt Hildan. cent. 5. obſ. 75.

In puerperis certe noxia; in nutricibus itidem, ubi lactantes infantes ſæpe epilepſiam, gravisſima tormina contrahunt.

Ita periram paroxysmi qvidam morbidi reſuſcitantur, v. g. calculi, pasſionum hypochondriaco-hyſtericarum, arthritidis, podagræ, epilepſiæ, etc.

Mæror ac *triſtitia* ordinarie chronicos morbos, apoplexiam, paralyſin, memoriæ abolitionem, melancholiam, imo mortem producere poſſunt.

Præcipue fœminis nocent, exinde facile his menſium turbæ, pasſiones hyſtericæ & aliæ accedunt.

Subinde terror cum mœrore conjungitur & gravius lædit.

Longo vero qvi mœrore afflicti fuerunt, qvando ægrotant, ægrius reconvaleſcere & mor-

& morbos benignos in maligniores facile converti obſervantur.

Metus & *terror* ægroto interdum levamen adferunt (ſic tertiana, hæmorrhagiæ, paralyſis, podagra terrore ſublata leguntur.) freqventius tamen variorum morborum cauſæ exiſtunt: Ergo, der Schrecken ſey einem in die Glieder geſchlagen, mann befinde ſich gantz übel darauf, effari ſolent.

Sic â ſubito terrore alii (præcipue pueri, etiam per jocum) epilepſia, convulſionibus, phrenitide, paralyſi, contractura crurum, ſurditate, ſtrabiſmo, diarrhæa, dyſenteria, lochiorum, menſium, hæmorrhoidum, variolarum, aliarumqve exanthematum ſuppresſione & retrocesſione, abortu, febre &c. imo morte correpti ſunt.

Imo multi ex metu firmiter concepto in morbos contagioſos & præſertim in peſtem prolabuntur.

Plane ſingulare eſt, qvod ex terrore imaginario, viſo ſaltem eryſipelate vel alio non contagioſo ægortante, ſtatim morbus malignus concipiatur.

Qvantum ira, metus & terror in gravidis & lactantibus valeat, fere qvotidianum eſt.

Adeo ut varii nævi inde in fœtum transmittantur, & infantes ſine capite, brachiis aliisqve multis modis de formes, ex forti matris impresſione in lucem edantur.

Interim perraro in generoſis & intrepidis; ſæpis-

ſæpisſime in delicatulis & otioſis animabus, pica & malacia depræhenditur.

Nauſea item imaginaria vomitus, diarrhæas, cardialgias & febres, ac alia ſymptomata producere valet.

Spes, *Fiducia*, *Amor*, ſi moderati ſint, ad ſanitatis conſervationem & reſtitutionem multum conſerunt.

Si vero *amor* & *deſiderium* [die Sehn-Sucht) præprimis in ſexu ſeqviore, limites excedant, cachexiæ, paſſionum hyſtericarum & aliorum graviorum morborum parentes ſæpe ſunt, ſc. melancholiæ, inſaniæ, furoris uterini, turbarum menſium & choroſeos etc. qvippe qvæ etiam ab interveniente triſtitia augentur. Qvorſum pertinet das Heimwehe, ſonderlich der Schweitzer, quo facile in hecticam incidunt. Qvando v. deſiderium exſatiatur, tum in itinere convaleſcunt.

Invidia itidem valde noxia, præſertim nutritionis negotium turbat. hinc: Einen neidiſchen Hundt gedeyet nichts. Mann friſſet ſich vor neidt und misgunſt das Hertz ab.

Ex *Zelotypia* ſuffocationem mulieribus interdum accidere, notat J. B. Montanus etc.

Cap. IV.

Hiſtoria morbi ex ſtatu & natura conſuetudinis.

Sub-

Subjecta, qvæ prompte alicui rei adſueſcunt, ſunt homines ſenſibiliores, ſpeculabundi, animiqve pathematibus magis indulgentes.

Præcipuum objectum eſt promptitudo ad agendum, vel remittendum motum.

Efficacia hujus tam *ſecundum*, qvam *præter naturam*, in actibus vitalibus, moralibus manifeſtisſima eſt, circa diverſarum rerum patientiam.

Sic alii a frigore præpropere, alii poſt ſat longum tempus alterantur, ubi & hæreditaria diſpoſitio qvandoqve concurrit.

Sic *calor* major vel minor valde alterat, uti videmus in Gallis, qvi caminis uti adſueti, ſi in conclavia Germanorum minus ſpatioſa & alta proveniant, varias circa caput congeſtiones incurrunt, ſenſim ſenſimqve hisce adſveſcendi.

Par ratio conſuetudinis circa cibos & potus obſervatur.

Illi, ſi difficilioris ſint concoctionis, vel nimiæ & acri-acetoſæ fermentationi expoſiti, in minus conſuetis varias moleſtias producere ſolent, in aliis magis aſſuetis contra.

Ita ratione *Saporis*, male ſapida ab aliis commode, ab aliis non tolerantur. Qvod tamen ſenſim deletur conſuetudine.

Qvod & videre licet in maſticatione & ſuctione tabaci, remediorum narcoticorum, ſepticorum &c. adſumptione, & qvod nihil

dicam de commeſtione cretæ, carbonum, picis, aliarumqve abſurdarum rerum.

Itidem in *nauſea* erga cibum & medicamenta, ſublata opinione imaginaria, tollitur averſatio & motus contra aſſumptionem.

Alii poſt prandium meridiant, alii non; & uti his ſomnus incommode cedit; ita illis defectus.

Alii, niſi ſtata hora cibos aſſumant, male afficiuntur, aut ad minimum appetitum amittunt.

Si qvis certo tempore urinam vel alvum depoſuerit, accedente ipſa hora, ſtimulatur ad excrementa reddenda.

Qvod idem valet de certo tempore & periodo menſium, hæmoptyſeos, qvandoqve hæmorrhoidum, V. Stionis, Scarificationis, febrium, præprimis intermittentium, epilepſiæ circa lunæ phaſes. &c.

Sic qvotidianum eſt, otioſos, a fortioribus motibus a priori virium defectum, a poſteriori varias ſenſationes contuſorias perſentiſcere, qvae incommoda aſſuetudine evaneſcere ſolent.

Contrarium in iis evenit, qvi poſt motus vegetiores otio aſſueſcunt.

Idem valet de vigiliis & ſomno.

Imo dormiendi & evigilandi tempus certis periodis adſuefieri poteſt.

Nota ſunt exempla, ubi aliqvi ſtata hora ita expergiſcuntur, ut neqve curruum tranſitus, neqve hominum ſtrepitus eos ante

illam

illam exſuſcitet; adveniente vero hora, exacta iſtius ſoni periodo, ſponte, tranqvillis undiqvaqve rebus, evigilent.

Merito *animi pathematum* conſuetudo huc referri debet.

Sic v. g. infantibus ipſe terror & timor, imo ſubinde ſuccedentes pauores & motus convulſivi, aſſuefieri ſolet.

Contra non deſunt exempla, ubi ira, terror &c. in aſſuetis nihil incommodi infert; dicunt: Es ſchade denen nichts der Zorn, es ſeye vielmehr ihr Leben und Freude, wenn ſie zu zancken, keiffen, händel anfangen, gelegenheit finden können. uti & in fœminis: das Weib hat ſich alt gezancket, oder: Zanck iſt eine medicin der Weiber.

Moeſtitia cum vita ſedentaria & otio, ſat gravia incommoda inducere ſolet.

Attentae conſuetudinis vis etiam notatur, qvando ſub parciori interdum diureſi largior diaphoreſis; aut ſub tranſpiratione moderatiore particulares ſudores pedum, manuum, ſub axillis, in inguine; vel ſub parca muci excretione per alvum, paulo largius mucitas vel ê naribus, aut e pectore ejicitur.

Præter Naturam generatim de conſuetudine aegrotandi docet experientia:

Homines valetudinarios, in orthoſtadia adhuc conſtitutos, utut ſaepe pesſime habere videantur, plures tamen morborum inſultus ſuperare, & ſiqvidem ad plenam ſanitatem haud redeant, vitam ſaltem conſervare.

 Con-

Contra athleticos & ſanos ab iisdem affectibus, & qvidem unico eorum vehemente inſultu, non modo gravius, verum etiam longe citius conſumi & interire.

Unde vulgus: die geſundeſten Leute greiffen die Kranckheiten am ſchärffſten an, ja ſterben am erſten an erhebliche Zufällen.

Dantur & certæ morborum ſpecies, qvi poſt primum inſultum facile recrudeſcunt, imo tanto magis inſolescunt, ac veluti habitum induunt; de his vid. infra de morbis habitualibus & periodicis.

Ubi iterum: Wenn mann einmahl in das Krancken komme, ſo habe mann ſich als denn je mehr und mehr damit zuſchleppen, und könne es nicht wider völlig los werden.

Affectus, conſuetudini obnoxii, *ſpeciatim* reſtant.

Sic præter *hæmorrhagias* internas (de qvibus infra) & artificiales, *violenta* varias commotiones, nunc generales, nunc ſpeciales, circa locum excretionis, poſt ſe relinqvunt.

Febriles humorum *motus*, licet materia febrilis recte præparata fuerit, facile in conſuetudinem abeunt, & perennant.

Majoris etiam conſiderationis eſt adſuetudinis motus, qvando febris intermittens, imo aliqvando acuta [præcipue utræqve male tractatæ] anno vertente repullulant, vel ad minimum evidentia molimina paria exſerunt.

Unde: Es gehe etwas an ihnen um, daß ſie ſich

sich einer Kranckheit besorgen, hätten eben jetzt vor einem Jahr das Fieber gehabt, und wenn sie es genau bedächten, wäre ihnen dazumahl eben so zu muthe gewesen.

Qvartanariis hoc perquam freqvens est.

Sic *spastici* affectus, tormina colica, malum hypochondriacum, hystericum, vomitus, tenesmus, diarrhæa facile in consuetudinem abeunt.

Ita pro lubitu per *vomitum* qvidam exonerare possunt ventriculum, proterve alienis ingestis oneratum.

Abortus, præcipue in plethoricis, facile in consvetudinem transit.

Lipothymiæ, eô magis in fœminis, èx lèvi saltem causa, excitantur & consvetudinem assumunt.

Rariores sunt casus, ubi à *morsu canis* rabidi, tarantulæ &c. per multos sæpe annos illo tempore, quo prima læsio obtigit, novæ commotiones formantur.

Deniqve insuescunt sponte *fonticuli* & sponte nata ulcera antiqua, qvæ temere suppressa, gravissimas certe perturbationes corpori inducunt.

Caput. V.

Historia morbi ex sensibilitate Naturæ.

 Qvoad

Qvoad *Subjecta*, ſunt ſangvineæ conſtitutionis, delicatioris educationis; corporis & animi diſpotitionis tenerioris & ſenſibilioris homines ut plurimum.

Hinc vulgariter: Zärtliche, weichliche, schwächliche Leuthe, die nichts vertragen können, von dem geringsten sich stracks übel gehaben; item Es sey eine schwächliche, kränckliche Person, wie aus ihrer üblen Farbe, üblen ansehen abzunehmen. etc.

Et qvotidianum eſt v. g. qvod variæ moleſtiæ, animi impatientia, tædium, anxietas, frigus, calor, bonus vel malus odor, certus ſapor facile afficiant vel bene ferantur.

Interim & robuſti occurrunt ſenſibiles. Notandum & hoc, ſenſibilitatem præcipue occurrere in ſubjectis, poſt alios prægreſſos laborioſos affectus, vel poſt nudas animi commotiones, terrorem etc. etiam ex impreſſione materna.

Hæc ſenſibilitas tam in fæminis propter menſium, qvam in viris propter hæmorrhoidum negotium varie variat.

In ſenſibilioribus etiam ex ſolo interdum auditu vel viſu rei faſtidioſæ, fiunt vomitiones, præcordiorum anxietates etc.

Sic ſunt, qvi ex leviore læſione & nullius periculi, ſtatim inſignes alterationes perſentiſcant.

Qvod valet & de remediorum adhibitione, ubi e. g. exigua doſis purgantis, vel emetici eos valde exercet; ſic medicamentum

tum calidum, licet exigua doſi datum, cito æſtum & cephalalgias impetuoſas exſuſcitat, ut nihil dicam de adſtringentium, opiatorum, ſiniſtro ſtatim effectu in ſenſibilioribus.

Cap. VI.

Hiſtoria medica Temperamentorum & morborum inde natorum.

Ad *plethoram habiliores* ſunt maxime ſanguinei, dein cholerici, deniqve melancholici.

Phlegmatici ſtricti non æqve ſanguinis, quam magis ſeroſitatem nanciſcantur, unde ſecedente parte ſulphurea, facile ſuperflua pingvedine onerantur, præcipue ſanguineo-phlegmatici.

Sanguineis interea minus commode hæmorrhagiæ ſuccedunt, niſi concurrente cauſa externa, caſu, ſcalptione, ſtimulatione, emunctione etc. occaſio detur, unde proxima commotio facilius promovetur.

Familiares inde his eſſe ſolent:

Congeſtiones verſus loca, ubi aliâs perruptio fieri deberet (uti in adoleſcentia narium hæmorragia, in adultiore ætate hæmorrhoidum molimina) inde vero tenſiones, æſtus, atqve dolores circa caput & alias partes.

Infarctus, ſtaſes, inflammationes, febres ſynochas promptiſſime ſubeunt;

unde apoſtemata, ſcabies humida, etc. prodeunt.

Fœminæ tales in abortus proniores ſunt.

His itaque, inclinante præcipue ætate, familiariores ſunt tonico ſpasmodici incompleti, contumaces motus circa lumbos, os ſacrum, & vicinam hæmorrhoidalem.

Unde vix alia complexio magis ad arthritico-rheumaticos, nephriticos, podagricos, varicoſos, paralyticos, exceptis manifeſtis cauſis externis, aut incongrua medicatione vel regimine, qvam hæc inclinat.

Ætas puerilis & infantilis ad convulſiones, & epilepſiam incidit ex hoc temperamenti habitu.

Ad febres acutas minus, ad intermittentes rarius qvam cholerici, freqventisſime vero ſanguineo-cholerici, tendunt.

Hi poſteriores ſæpius experiuntur febres acutas, phrenitides, fortiores ſpaſticos motus, imo convulſivos; & ſicut in genere ad hæmorrhagias, ſic juvenes in ſpecie ad hæmoptyſin, aut acute ad peripneumoniam, pleuritidem habiliores obſervantur.

Deliria horum ſunt violenta, furibunda, uti ſangvineorum vaga, hilaria, proterva, jocularia.

Sanguinei ergo inconſtantis & præcipitis animi ſunt, hinc qvando poſt longam ſanitatem ægroti fiunt, diu continuant: Wenn ſie einmahl kranck werden, ſo ſterben ſie entweder

an

an der ersten, oder sie erholen sich so baldt nicht wider.

Melancholici, præcipue ex vitæ genere moribus suis conformi, hypochondriaca, hæmorrhoidalia interna pathemata, spastica leviora, sed pertinaciora, imo epileptica facile subeunt.

Unde inflationes, indurationes lienis, hepatis, atrophia, hectica, colica spasmodica, palpitatio cordis, qvartana, mala erysipelacea, cancer, lepra, scabies sicca, arthritis fixa, calculus, alvi obstructio etc. oriuntur.

Deliria horum sunt perpetuo suspiciosa, taciturna, timida, cum metu incarcerationis, tenebrarum, insidiarum, persecutionum; vel ad minimum anxia, oppressoria, daß ihnen alles so eng ist, wissen in der Welt nicht zubleiben.

Plegmatici incurrunt ut plurimum in catarrhales varios affectus, loca tamen sanguinis purioris evacuationi destinata servantes.

Unde in prima ætate circa caput, coryzæ, capitis & faciei scabiositates, aurium, faucium, catarrhales ulcerosi affectus, tusses, vomitus, diarrhææ, tormina, flatulentiæ.

Ad hæmorrhagias & acutas passiones inepti sunt.

Denique tentantur cachexia, tumoribus ædematosis, leuco-phlegmatia, hydrope, soporosis affectibus, catarrho suffocativo, paralysi, apoplexia serosa, ulceribus fætidis, fluore albo, gonorrhæa etc.

Plegmaticis & melancholicis ſcorbuto & lue Venerea laborantibus fiunt ſymptomata graviora.

Delirant ſtupide, obliviofe, ſomnolente, abſone.

Et qvi natura ſunt valde craſſi, magis ſubito moriuntur, qvam graciles. Hippocr. Sect. II. aph. 44. & difficilius quoqve ex morbo reconvaleſcere idem prodit.

Ita docet therapiæ hiſtoria, qvod

Sanguineis ſect. V. ſtiones, ſcarificationes, hirudines, motus æqualis & pro æſtu temperando, acidula proſunt.

Medicamentis calidis, & regimine ſudorifero moderate agendum, ſecus ſudor non exit.

Cholericis & Melancholicis, præcipue his v. s. tempeſtivæ, motus & potus, utrisqve nitroſa conducunt.

Et hi promptiores ſunt ad excretoria incitamenta; ne vero nimium contingat in omnibus, cavendum maxime in cholericis.

Phlegmatici bene ferunt motum, ſed moderatum, & largiores purgationes. Acidularum uſus haud temere, niſi in prædominanti ſanguineo svadeatur. Thermarum circumſpecte iisdem & phlegmaticis uſus eſt ſuadendus.

Cap. VII.

Hiſtoria medica ætatum. morborum.

Non

Non omnes homines in qvoslibet morbos, ſed in eos tantum, qvi cujusqve diſpotitioni internæ & temperamento conveniunt, varia ætate incidunt, ita, ut præſagire posſit Medicus non modo, qvibus morbis expoſitus ſit in genere homo, ſed & qvibus jam obnoxius ſit, fuerit, futurus ſit.

Fœminis morbi ætatum & qvidem poſt pubescentiam magis familiares ſunt.

Diſpeſcimus ætates in I.) impuberem, II.) puberem, III.) virilem, IV.) ſenilem.

1.) *Impubertas* extenditur ad annum 14. ubi primo occurrunt *infantiæ* affectus circa caput, exulcerationes leves, & ſuperficiales cutis capitis, faciei, verſus poſteriores capitis regiones, circa aures & genas.

Iſti dolores, ardores, æſtus, oculorum auriumqve inflammationes, oris interni ardores, aphthæ circa caput eveniunt.

Convulſiva epileptica pathemata facile coorientia, repullulantia aut aſſueſientia.

A qvarto ad 7. vel ultra annum increbeſcunt (præcipue tempore calidiore) dolor capitis æſtuans, hæmorrhagia narium, coryzæ, gravedo, dentium pasſiones.

Qvæ etiam ad tempus pubertatis continuare ſolent; affectus tamen magis indicant circa faciem, & fiunt tumores angi-

noſi,

nosi, inflammatorii aut tonsillarum viscosi inflatorii.

II.) *Pubertatis* ab anno 14. & qvidem *floridæ adolescentiæ* (ad 23. usqve 24. 25.) tempore freqventiores, circa pectus sunt affectus.

Sc. tusses efferæ, siccæ, humidæ, acres, raucedines, asthmata spasmodica, periodica, dolores rheumatici indolentes & etiam summe dolorifici circa cervicem, nucham, scapulas, humeros, thoracem, palpitationes cordis.

Ita & inter hanc & juvenilem ab 18. ad 35. annum hæmoptysis, vomicæ, phthisis, inflationes peripneumonico-pleuriticæ incidunt.

Item pleuritis spuria, spasmodico-arthritica, qvæ per æstuosa tractata facile in pleuritidem veram, vel concurrente dispositione hypochondriaca aut cholerico-melancholica iracunda, in hepaticas inflammationes transeunt; unde febres acutæ, hecticæ, qvæ nisi per criticos aut alios tempestivos sudores terminantur, funestæ sunt.

Nonnulli vel præpostera medicatione, vel etiam sponte, hæmorrhoides internas experiuntur.

Circa hanc ætatem exerit sese malum hypochondriacum.

Et hæc evenire solent juvenili ætati ab anno 25. ad 35.

Inter hujus & virilis ætatis confinia, acceden-

dentibus motibus ſuccuſſatoriis, obveniunt dolores lumbares, & ex horum mala tractatione, nephritis ſimplex, mox calculoſa.

Verſus virilem ætatem dolores profundiores, circa os ſacrum, coxendices, qvi ſponte vel male ſuccedentes, a podagra & gonagra latum ungvem non abſunt, & præmaturo ſudorifero regimine facile proritari posſunt.

III.) In ipſa *virili* ætate (â 42. ad 49. vel 56.) ſiſtunt ſe hæmorrhoides externæ ſ. apertæ, ſ. turgidæ ſ. tumidæ, cæcæ; item motus hæmorrhoidales, unde nephritis, calculus, iſchias cum tenſivis ſpaſmis circa os ſacrum & morſibus in inteſtino recto, gonagra, podagra, hecticæ hydropes. &c.

Junioribus viris, ſi hæmorrhoides large fluentes ſupprimantur, mictus cruentus accidit.

Idem fit in fæminis.

Pectoris quoqve affectus a tali ſuppreſſione recrudeſcere ſolent; ubi contra hæmorrhoides bene fluentes a pleuritide præſervare jam docuit Hippocrates.

IV.) In *ſenioribus* vegetis hæmorrhoidum aſſuetarum inſufficiens ſucceſſus aut ceſſatio non raro tranſit in mictum cruentum, gonagram, podagram, imo contracturas.

Senibus præ aliis freqvens eſt catarrhus ſuffocativus, paralyſis, apoplexia ſangvinea & ſeroſa, aſthmata, atrophiæ, marasmus.

Multi interim pro apoplecticis efferuntur,

qvi

qvi thoracis potius ſpaſmo , qvam capitis affectu periere.

Omnes hi morbi ætatum magis ab internis qvaſi tacitis cauſis commoventur, qvam externis, qvanqvam hæ ſæpius ut cauſæ impulſivæ ſimul conſiderandæ veniant.

In genere de his morbis notandum, qvod tales in ſubſeqvente ætate facilius & certius erumpant, in locis iſti ætati propriis, qvibus morbi ejusdem generis in præcedente aliaque ætate, licet loco diverſo, viguerunt.

Si vero ab immediate præcedente ætate in ſubſeqventem transmittatur morbus, retinet & locum priorem.

Minime interim ſeqvitur, omnes morbos proprias ſuas ætates ſuſtinere; certa ætatis periodus potius a morbis immunis ex meliori vitæ genere manet, ſubſeqvens interea ætas morbos in locis, tali ætati congruis, experitur.

Sic e. g. qui in tenera ætate narium hæmorrhagiis adsveti fuerunt, ſi in juvenili viriliqve ætate per motum conſumptorium plethoram imminuerint, hi in profectiore ætate, levi data occaſione, in hæmorrhoides, mictum cruentum incidunt.

Contra qvi â pueritia narium hæmorrhagiis vexati, adoleſcentiam in otioſa, ſegni, vinoſa diæta tranſigunt, retinent plerumqve eandem evacuationem ad 30. & plures annos.

Qvos in tenera ætate catarrhi tentabant, in-

incurrunt ſuccedentibus ætatibus in aſthmata, tuſſes, phthiſes, diarrhæas, vomitus, colicas, in arthritides pertinaciſſimas, paralyſes, tandem tremores, tumores ædematoſos.

Freqventisſima tamen eſt palindrome ad caput & partes ſuperiores.

Therapia tradit hiſtoriam. Plethora ventilatione vicaria minuenda & motu corporis placido, item diæta parca in profectiore ætate impedienda.

Spisſitudini partim motu, partim medicamentis leniter attenuantibus ſubueniendum.

Commotioni præſenti nimiæ per diluentia, temperantia nitrosa cum digeſtivis Tart. vitriol. arcan. dupl. ſebveniendum. Anodyna prudentisſime adhibeantur.

In cauſa magis catarrhali ad catarrhalia reſpiciendum: catarrhi probe dignoſcendi ſunt.

Junioribus annis V. ſtioni aut Scarificationi adſuetis, ne in ſera qvidem Senectute eam deſerant, cavendum.

Articulus I.

Hiſtoria morborum Infantum in ſpecie.

Infantes interna ſua culpa morbis minus obnoxii ſunt, ex iis & facilius iterum evadunt, qvam adulti, ut in ruſticorum, militum infantibus patet,

Et

Et qvi nati â parentibus vegetis, minus teneris, non morbidis, animo nec turbidis, & insignes injuriæ illos firmant.

Afficiuntur utplurimum externis causis.

Sic illis jam in utero, vitia corporis, & animi paterni, materni, imo aviti imprimuntur: editis in lucem pericula varia imminentia matribus & nutricibus mali moris.

Item ab aeris intemperie, a ciborum immodica qvantitate & qvalitate, potu adhuc minus conveniente & cibis incongruis acescentibus, interposito lacte.

Pertinent huc motus irregularis, somnus interruptus, animi pathemata per exteriora excitata, excretiones turbatæ; violentia externa, ejulatus, ploratus &c. hernias, ani procidentias inducens.

Morbi In specie his proprii sunt.

I.) *Navi materni* & *vitia* a partu difficili: Distorsio caluariæ, verdruckte oder geschobene Schieffer-Köpffe, vel paulo post hydrocephalus, vel fæcum & urinæ excretoria imperforata.

2.) *a Meconii insufficiente evacuatione Tormina*, egerendi conatus, cholerica, non nunqvam convulsiva cum doloribus, clamoribus, inqvietudinibus, vigiliis, caloribus vagis, torminosis manifestis etc.

3.] *a lacte*, si infantes a meconio nondum satis purgati illud bibant, qvibus magis prodesset

deſſet coloſtrum,] ſimilis dicti abdominales effectus prodeunt.

Præterea â lactis aceſcentia concurſu bilis, nutricis imprimis iracundia, fiunt tormina, clamores, pavores, manuum pedumqve luctæ, in convulſiones ſæpe exeuntes; conatus dejiciendi, fæces flavæ, wie gehackte Eyer, virides, cum odore acetoſo, qvæ & lintea tanqvam aqva fortis corrodunt, ani inflammationes, excoriationes.

Qvando nutrix ſtatim a terrore mammam præbet, infanti longe pejus fit, qvam ſi multo poſt ex mamma prius lacte corrupto emulſo; qvod idem & nutrici utilisſimum.

4. *Ab alimentorum reliqvorum vitiis.* Sic Pultes ſive â farina & aqva nuda, ſive lacte, ſive amica panis loco farinæ fiant, moderato uſu ſunt bonæ.

Varietas vero ciborum & ingurgitatio vitanda, unde cardialgia, vomitus &c: qvi ſi moderatus ſit, non nocet.

5. *Ab aeris intemperie* imprimis humido-frigida, unde faciei & capitis ſuperficialia mala, cruſta lactea, achores (hæc vero, niſi procedant, in mala graviora epileptica abeunt) anginodea, aphthodea, catarrhalia ſuffocativa, das Röcheln auf der Bruſt, imo lethargica eveniunt.

Temeraria refrigeratio partialis ſ. univerſalis, calente vel madente corpore, *febriles commotiones* infert; item tusſes, coryzam, raucedinem &c.

6. Accedunt etiam febriles motus aliis inflammationibus, ulcerationibus.

Imprimis familiares ſunt febres ephemeræ vel typicæ, qvarto die ad madorem & eccriſin revertentes.

7. A *dentitione*, qva etiam bene ſuccedente, communiter inqvietudo, moleſta ſenſatio, gingivarum pruritus proveniunt.

Freqventer comitatur diarrhæa, ſub qva melius ſuccedit dentitio, obſtructa vero alvo, manifeſto pejus, communiter cum febre, inquietudine, languore, reſpiratione difficili, cum catarrho, vel etiam ſiccis ſpaſticis tandem convulſionibus ſuccedentibus.

8. *Convulſiones epilepticæ* magis infantibus, qvam adultis propriæ, eorumqve affectibus etiam facilius ſuperueniunt.

Gravius qvoqve exagitant caput, oculos, maxillas, qvam reliqva membra, niſi qvando univerſaliter totum corpus concutiunt.

9. *Strabiſmus* vel â convulſionibus, val à mala adſuetudine, ex miniſtrantium incuria oritur.

10. *Rachitis* eſt contabeſcentia per ſpinam dorſi, concurrente vel ſuccedente peculiari deformatione articulationum, in Anglia qvaſi epidemica.

11. *Atrophia* eſt exareſcentia reliqui corporis, ventre vero præter modum intumeſcente vel indureſcente. Evenit maxime infantibus ablactatis a potu nocturno frigido, præcipue corpore ſub ſomno calente & ſudan-

dante, imo pueris post 4. 5, annum vid. de Atrophia.

Ludovici in A. N. C. optime hunc affectum descripsit.

12. *Vermes* puerili ætati magis, qvam infantili sunt proprii. Oriri hos putant alii a lactis vitiis; verius, dum nutrices vel aliæ dentium fœtore, & scabritie fœdæ vetulæ, cibos diu præmansos infantibus intrudunt, varia torminosa spastica, & alii mala, ab his eveniunt.

Et appetitus concoctionisqve vitia huc conferunt. Imo cum vermium irritata colluvies in globum complicetur, & intestina tenuia alicubi obstruat, vel qvando ab amaris, præcipue myrrha, enecati vermes non ejiciantur, sed putrescant, unde maligni affectus prodeunt.

13. Inter *exteriora* magis *corporis vitia* familiaria sunt obstructio narium mucosa, corruptioni subinde ulcerosæ ansam præbens.

Tumor mucoso-membranaceus & varicodes sub lingua.

Aphthæ, sunt excoriatio & cruentatio cum molesto ardore, qvæ subinde anginosam corruptionem, ad uvulam & infundibulum diffundendam, minatur.

Item inflammationes *aurium* internæ & externæ, parotides, oculorum catarrhi oriuntur.

Deformitas corporis, *gibbositas*, nodosæ articulationes &c.

Gibbofitas fit plerumqve per incuriam famularum, ex diftorfione fpinæ dorfi, vulgo das Verbrechen, vel, daß man die Kinder überschlagen lassen, inde facile calores p. n. refpiratio brevis, inflationes hypochondriorum &c.

Intertrigines per fudorem & mictionis occafionem fiunt.

14. *Suctio laborioſior*, vel ob defectum lactis, vel oris interni venularumq fublingualium tumores & fæpe ulcerationes, vel fcorbuticam communicationem nutricis, cibos infanti præmandentis, evenit.

Prognoſis offert hiftorica, dum morbi infantum brevioris funt periodi, qvam adultiorum.

Hic magis periodus feptennaria jam qvarto die, qvando melius fuccedunt excretiones, notabiliter ad finem properat, cum apud adultos vix unqvam ante 7. diem exeat.

Sicut & apud infantes primo feptennario abfolvitur, qvod apud adultos fecundo, imo tardius.

Convulfiones jam qvafi adfuetæ funt minus fuetis leviores & minoris periculi.

Therapia vero momenta addit:

Juftus hic fit fœcum fucceffus, præcipue tranfpiratio libera, multum folaminis fvadet.

Necesfaria funt corrigentia & evacuantia, in magis acido acri ardore in inteftinis, mucilaginofa. In biliofa acidate cryftallus montana.

In

In Anginode affectu plebs belgica cochlearum pulverum exhibet, cum indubio,qvem jactant, ſucceſſu. Bonnetus in med. Sept. de Entali memorat, qvod amuletice collo appenſa anginam tollant.

Diapnœ temperatisſima per antim. diaph. etc. promovetur.

Unicornu foſſ. terra ſigill. nullius pretii.

Ex Eſſentiis ſufficit alexipharmaca temperata. antimonii parce ſolum propinata.

Caveantur acriora, crocus, zedoaria, camphora etc. Elix. Tincturæ ex multiplicibus compoſitæ.

Eſſent. Myrrhæ non niſi parcisſime in catarrhalibus & pectoris vitiis cum eſſent. Succini largius mixta prodeſt. Exulet vero in febrilibus affectibus.

Tinctura Antimonii hic non approbatur.

Sicuti hæc *evacuationis* quoqve ſcopo inſerviunt; ita ad diapnoen commendantur aquæ deſtill. temperatæ.

Rejicitur aqva fumariæ in acutis præcipue & exanthematibus.

Externe Camphora prodeſt.

Regimen ſemper ſit diapnoicum; in acutis abſit nimia calefactio externa, temporis bene periodus obſervetur.

Alexipharmaca interim adhibenda potius nutrici, & infantibus nonniſi minima doſi, ſed repetenda; uti jam monitum.

In evacuatione rariſſime neceſſaria ſunt Emetica.

Si qvid vero moliendum præſtant leniora, conſerv. fl. Perſic. aut lactuc. alvo tamen libera vel ſimul expedita.

Alvus commodisſime evacuatur, ſi qvid febrile adſit, per Rhabarbarina, ſi nihil tale, per mann: Sennam ſpin: cervin: tandem Mechoacanri: ſed cautius; item per merc. dulc. in non plane teneris.

Epileptica mala mitigat optime Cinnabar. nativ. parva doſi, Specif. antepilept. Stahl. c. abſorbentibus & pauca Cinnabari lumbr. Ter.

Carn. & ungul. alcis, Pulv. march. Specif. cephal. mich. unicorn. ver. lap. manati, cranium hum: nullius fidei ſunt.

In ſcabie retropulſa & gravibus inde ſymptomatibus, paulo adultioribus merc. dulc. valde prodeſt.

In externis cruſtoſis & ulceroſis affectibus ol. onor.

Ad nævos recentium ſecundinarum frictio & ſanguinis lochialis inunctio laudatur, qvippe qvæ & puerilem ætatem jam prætergresſis auxilio fuere.

Art. II.

Hiſtoria morborum Senum.

In ſenibus humores ſunt ſpisſiores, lentiores, vigor ſimpulſus qve humorum decreſcit

ani-

animus de fervore remittit, & ad desidem qvietem inclinat.

Causæ horum morborum esse solent: 1. animi lassitudo & desidia, ubi qvando ira & inferiorum corporis partium constans refrigeratio accedit, fit facile vertigo, imo apoplexia 2. prægressarum ætatum luxuriosa intemperantia, 3. exhaustio virium in iisdem enormis.

4. Qvietioris & lautioris vitæ affectatio, sie wollen sich nun zur ruhe begeben, und ihnen in ihrem Alter etwas zu gute thun. Unde mox abundantia sangvinis ejusqve consectaria.

5. Excretiones sangvinis consvetæ omissæ, uti Junioribus e. g. a narium hæmorrhagia, emansione vertigines accidunt.

Passim ventriculi qvoqve prægravatio *vertigines* inducit; ubi sal vitrioli salutare.

Impendent senibus *catarrhi* varii capitis, faucium, pectoris; gravedines, coryzæ, mucositates, raucedines, asthmata cum lenta humiditate.

Appetitus & concoctionis languor & vitia, ructus, flatus, alvi lubricitas, diarrhææ, lienteriæ, qvæ a frigore facile inducuntur.

Mali colores, corporis flacciditas, aufgedunssen, tumores, ædemata.

Urina cruda, ardens, mali coloris, mictus cruentus & ejus molimina, in prægressa ætate dolores lumbares eo spectant.

Calculus, nisi e virili ætate transferatur, in senio non amplius generatur.

Eadem eſt ratio *hæmorrhoidum*, qvarum fluxus legitime procedens, præſidium potius, qvam detrimentum eſt, turbatæ vero ſenſibiliores exiſtunt.

Senſuum hebetudo, viſus, auditus & tactus, guſtus & olfactus per catarrhum depravatio.

Motus & *roboris* decrementum, intellectus & *memoriæ* debilitas ſuccedunt.

Senili eminentius vero ætati eveniunt *Apoplexia*, hemiplexia, paralyſis, catarrhus ſuffocativus, oblivio, ſomnolentia veternoſa, cum virium torpore.

Dentium caſus, tremor manuum, labefactatio genuum, toni marcor, unde rugoſitas &c.

Marasmus decrepito ſenio ſolum competit.

Notatu dignum in morboſitate ſenum;

1) Qvod fæminæ utplurimnm annoſiores viris fiant.

2) Qvod eædem, licet torporem & marcorem corporis, rugoſitatem, dentium lapſum, inceſſus labefactationem viris cilius incurrant, circa tamen interiora vividam energiam vitalem conſervent, ac haut freqventer ac viri, apoplexia, ſed ad ſummum catarrho ſuffocativo, vel tumidis & tabidis eventibus decedant.

Therapia docet ingenere 1. v. S. prodeſt, vel conſuetus ſangvinis fluxus in ordinem reducendus.

2. Se- & excretiones libere conſervandæ.

3. Sang-

3. Sanguinis fluxilitatem conservant incidentia, resolventia.

4. Acria tamen magis frigidioribus conducunt.

5. In purgatione nocent aloe & resinæ largiore usu & cum impetu datæ.

6. In flatulentia & colica clysteres, emoll. & lubric. at imprimis diuresis conservanda cum alvi libertate.

7. Abstinendum ab acrioribus & salibus volatilibus.

8. Balnea & thermæ, nisi præparato corpore & præmissa V. S. utiles non sunt.

9. Sudores post mediam noctem, circa æqvinoctia præprimis obtingentes, neqve impediendi, neqve impellendi.

10. In specie senum affectus *Capitis* sicci præservantur venæ-sectionibus; catarrhales vero purgationibus.

Pectoris adfectus v. s. reseratione hæmorrhoidum, perite qvaerenda, catharsi, cavendum â salibus volatilibus.

In *ventris inferioris* adfectibus conveniunt v. s. placida, alvi promotio lenis, Cort. chacarill. cavendo ab oleis destillatis.

Rheumatico - arthriticis succurritur per v. s. vel haemorrhoidum reserationem per hirudines, â narcaticis ubiqve tibi cave.

Apoplexia, *Hemiplexia*, *paralysis* rarissime in senibus palliationem admittunt. Qvicqvid bonae spei restat, consistit in haemorrho-

rhoidum apertione, vel v. s. praeservativa.

Praegressa intemperantia & incontinentia circa frigus, in ancipiti casu prodest vomitus, præmisso vel adjuncto clystere acriore.

In facie colorata & vasis temporum turgentibus itidem V. S. larga.

In *catarrho suffocativo* v. s. & lenior alvi apertio, aperitiva resolventia, & diuretica.

Diata senum sit moderate calida. Ex vinis pura magis qvam fortia prosunt.

Vitiis à calidiore diæta ortis occurritur per nitr. interpositis tonicis, dilutione, evacuatione. Hæc titulo tenus sufficiunt.

Cap. VIII.

Historia morborum Habitualium.

Habitualia pathemata consistunt in diuturna qvasi consuetudine, vel longa duratione, vel frequenti recursatione.

Vel sunt acuti v. g. febris tertiana, qvartana, erysipelas, vel chronici & qvidem sæpissime.

A motu intercepto, interverso afficiunt ægrum ulcerationes, vel scirrhi, vel excrescentiæ, vel malæ conformationes ab inconveniente consolidatione vulnerum, fracturarum, rupturarum, erosionum, luxationum, distorsionum, vel occallescentiæ & obrigescentiæ sensibilum partium. A

A motu acuto depravato, vel nimis neglecto ſunt tam ſanguinis congeſtiones, ſpasmodicæ compresſiones ad hæmorrhagiam tendentes, tum lymphæ & ſeri ſtagnationes, manationes, ſudores.

Hinc eveniunt:

Circa *caput* e *ſanguinea proſapia* hæmorrhagiæ narium, vel his interceptis, cephalalgiæ, opthalmiæ, otalgiæ, parotidum tumores, inflammationes, ulcerationes, Eryſipelas capitis & faciei pertinaces.

Elymphali cenſu faciei & capitis ſcabies, lippitudines, coryza, gravedines, viſus & auditus hebetudines, narium & oris ſputatoriæ reduntantiæ, tumores tonſillarum, faucium, urulæ, etc.

Circa *pectus* anginæ, ſputum cruentum, hæmoptyſis, ſicca aſthmata periodica, ſpasmodica per paroxysmos, tuſſes diuturnæ ſiccæ, palpitatio cordis.

A cauſa catarrhali, raucedinas, aſthmata, tuſſes humidæ, phthiſes, ſingultus.

In *ventriculo* & *inteſtinis* vomitus, flatulentiæ, cardialgiæ, ructus; anxiæ anguſtiæ, tormina, borborygmi, diarrhææ ſpontaneæ circa æqvinoctia. Mulierum menſium motus ordinarius & anomalus, fluor albus, diabetes.

In *abdomine* affectus ſpasmodici, epilepſia, gonagra, chiragra, arthritis vaga, paralyſis, nephritis, calculus, œdemata, tumores eryſipelacei, hæmorrhoides, herniæ, efflorescentiæ.

Qvae

Qvæ omnia, qvo diutius durarunt, vel freqventius redierunt, eo contumacius insistunt, certius redeunt, difficilius desuescunt.

Huc pertinent & ipsæ febres, præcipue intermittentes anomalæ magis.

Item morbi â phantasia matris, sym-& antipathiis vel hæreditaria transmisſione orti.

In specie congestiones & stagnationes pro ætatum diversitate huc tendunt: familiaris tamen palindrome est ad jam adsvefacta loca.

Sic in prægressa aliqua ætate evacuationi cuidam assueti postea ad alias ejusmodi excretiones, licet loco diverso, proni sunt; præprimis in hæmorrhagiis, quarum varia molimina vix non omnium chronicorum originem exhibent.

Hinc, qvi in tenera aetate narium haemorrhagiis vexati sunt, vel succedente aetate easdem retinent, vel cephalalgias, dolores humeri, cervicis; scapularum, erysipelata, opthalmias, & anginam, incurrunt.

Aut succedit proxima aetate congestio circa pectus, molimina haemoptyica generans.

Sub vita sedentaria malum hypochondr. & haemorrhoides internae, in annosioribus externae, & his haud expedite succedentibus, dolores lumborum, renum, ischiadici, femorum, crurum, genuum, pedum eveniunt.

Fit etiam, ut homines, ad hæc talia in praecedente aetate proclives, sed in subseqvente per diaetam, regimen (fœminae per puerperia, mares

mares labore) hujusmodi ſymptomata evitent, in provectiore vero ætate in otium relabantur, tunc natura molimina ſua loco ætati conformia repetat.

Prognoſis dat, qvomodo morbi hi diuturna & ſemper repetita medicatione, tempeſtiva præſervatione, regimine, provida diæta, morigero patiente egent, ſi cura felix eſſe debeat.

In ſe hi morbi refractarii, diuturni & facile recrudeſcentes ſunt, hinc difficilioris curationis.

Imprimis facile recidivant etiam in felicionis curæ ſpe.

Therapia docet, qvomodo nil cito & præcipitanter agendum, ſed repetita medicatione aſſvetudo contraria inducenda.

Tam præſervative qvam curative efficax eſt v. ſio, hirudines, & ad catarrhos ſcarificatio repetita ſuo qvæqve loco & tempore.

Item laxationes, purgationes tempeſtivæ, clyſteres revellentes, aperientes conducunt.

Motus, correcta materia, corrigendus per ſpecifica.

Animi pathemata, tempeſtates, diætæ vitia, vinum, fugienda.

Staſi opponendus motus, orgasmo qvies.

Mutatio corporis & animi inſignis in his morbis aliqvid mutat, unde pubertas, & matrimonia (præcipue in fœminis) vitæ genus tam in victu & motu, mutationes inferunt.

Cap.

Cap. IX.

Historia morborum hæreditariorum.

Fundati sunt in communicata agendi idea, a parentibus, concurrentibus tanqvam causis materialibus, plethora ejusqve commotione freqventiore, Speciali directione ad utiles exonerationes, & inducta jam dum viarum habitudine, tum promptitudine ad actus suscipiendos.

Experientia confirmavit, à parentibus in liberos transmitti 1.) corporis staturam, 2) lineamentorum faciei similitudinem, 3.) animi pathemata, mores, vires 4. peculiares appetitus & aversiones variarum rerum. 5. certos motus circa negotia vitalia, secretorios, excretorios.

Ita ex utero qvidam feles abhorrent, & dormientes.

Morbi, veri autem, ætatum omnes sunt hæreditarii; nempe parentes, præprimis pater, si in ætate aliqva morbum tali ætati congruum insigniter tolerantes, illo maxime tempore infantem gignant, tunc infans eidem ætati appropinquans, eidem morbo expositus erit.

Sunt vero potissimum morbi ex hæreditate, hæmorrhagiæ omnis generis, apoplexia, epilepsia, malum hypochondr. Isciad: hyster: melancholia, mania, podagra, paralysis, gut-

gutta ſerena, phthiſis, aſthma chronicum, contumax, cachexia, ædemata, calculus, nephritis, convulſiones. &c.

Hæreditaria haec diſpoſitio in liberis maturius ratione aetatis, fortius ratione impetus, contumacius ratione durationis, pervicacius ratione curationis ſeſe exerit.

Et qvo praematurius oriuntur, eo certius per aliqvam aetatem malitiam & pertinaciam experiuntur.

Vix tamen eminentes graviores haereditarii affectus in liberis erumpunt, qvin prius affines qvidam affectus praeludant.

Sic menſium fluxus in matre vel citius vel tardius ab initio obtingens, transfert in filias eundem modum, tempus & ordinem.

Mater, ſi alvi contumacia laborat, liberi qvoqve eodem malo communiter afficiuntur.

A podagrico qvidam natus, anno circiter 20. jam haemorrhoides perpeſſus circa 25. 26. annum, ab ipſa podagra correptus eſt.

Imprimis illi, qvi cum phthiſi colluctantur, parentes, liberos gignunt in pueritia ad haemorrhagias narium, mox ad anginas, aſthmata, tusſes, peripneumonias, haemoptyſin pronos, qvi, ſi per ſudorifera tractentur regimina, in affectus arthriticos, pleuritidem ſpuriam; per expectorantia in oppletionem; per adſtringentia in phthi-

ſin:

ſin; per opiata in arthritidem plenam facile projiciuntur.

Qvi tumorum oedematoſorum haeredes ſunt, his hypochondriacae tenſiones, molimina haemorrhoidalia, icterus, colica, diarrhææ, vel contra obſtipationes alvi eveniunt, fœminis menſes mature perturbantur.

Facile etiam fit in junioribus, ut a pedum ædematibus hydrops per intempeſtiva artificia, vel per retrocesſionem varia ſontica acuta & lenta mala inducantur.

Ita liberi vel non abſolute pares, vel non exqviſite ſolos illos parentum affectus, ſed differentes & varios, genere autem convenientes, experiuntur.

Morbida hujusmodi diſpoſitio raro ad 3. usqve generationem admodum ſenſibiliter percurrit, longe rarius illam tranſcendit, conformatio corporis tamen longe diutius durat.

Continuant qvidem nonnunqvam affectus, v. g. arthritis, phthiſis, hydrops, podagra longius, ſed tamen longe mitius, qvam in primis generationibus.

Qvidam morborum hæreditariorum certam, ſpecialem, imo individualem retinent affectionem. Sic v. g. puer qvidam usqve ad pubertatem ichoroſis cutis affectibus vexabatur, cujus matri evenerat idem.

Sic totius familiæ hominibus circa pubertatem epilepſia lunaribus phaſibus reſpondens

dens evenit, a qua per matrimonium liberabantur.

Aliqvando etiam per nudum contagium communicatur affectus, v. g. podagra per ocreas aut tibialia, arthritis ab indumentis, hæmorrhoides ex culcitris, sedilibus, ephippiis etc.

Qvæ contagii communicatio longe tamen differt ab hæreditaria.

Prognosis docet hoc. Hæreditarii affectus mire contumaces sunt, omnesque medicationes frustra ut plurimnm, nisi præservationis gratia, per vicarias evacuationes, vel per vera specifica iis consulatur.

Unde tanto magis, si in liberos propagentur, omnem respuunt medelam, & paululem imperitius tractati, vel longe ferocius insurgunt, vel graviores subeunt anomalias.

T*herapia*, percuratio igitur solida impossibilis est, in fronte eloqvitur.

Inde nihil cum impetu, sed omnia blande & successive agenda.

Hinc præoccupari debent antecedentes causæ per vicarias evacuationes. v. s. scarificat: hirud: it: spontanearum evacuationum toleratione, moderatione, imo provocatione.

Deinde motus animi & corporis impetuosiores corrigendi.

Porro impetus erumpentis prudens tractatio sit, non per repellentia, stupefacientia, supprimentia.

Tandem ſpecificorum prudens & perita ſit adplicatio. Qvorum tamen nulla proſtant veſtigia certa.

Cap. X.

Hiſtoria morborum corruptorum.

Occaſiones his præbent vel *agrorum* incontinentia & ἀταξιάι, jectigationes, frigidi potus etc. vel *medicorum* præpoſteræ medicationes, regimina, ex paroxysmorum intempeſtiva commotione vel cohibitione, calidioribus medicamentis & regimine, diapnoes ſpontaneæ neglectu, vel turbatione per urinoſa volat: nervino-tonica, viſcera ſtringentia.

Ita verſatur talis corruptio vel in alteratione, vel in evacuatione inconveniente.

Ex alterantibus 1] abſorbentium abuſum demonſtravit Ettmull. Experientia in hunc diem adhuc, imprimis terrea noxia ſint.

2) Dulcia non nimis fugienda, nec tamen iis abutendum.

3) Acida, Spiritus acidi, vitriol. in pectoris adfectibus lædunt. Spirit. Salis, in inflammationibus pectoris immanem tusſim excitant. Acetum deſtill. in affectibus torminoſis nocet. Fructus horæi acidi primas vias lædunt.

4) Potus ſufficiens febricitantibus non negan-

negandus, nec frigidus, nec insigniter calidus sit. Cibi non sunt obtrudendi, aliâs cardialgia, singultus, tormina, spasmi intestinorum, alvi turbationes oriuntur.

5.) Adstringentia se-& excretiones impediunt.

6.) Opii abusus, & animi pathemata se-& excretiones varie turbant.

Ex euacuantibus. *Laxationes* nocent in morbis exanthematicis, puerperiis febrem parturientibus, præcipue si fæmina ad tormina & diarrhæas sit proclivis, in affectibus pleuriticis, hectica adultiore.

Vomitus intempestivus, nimius, anxietates, angustias, cardialgias, nauseam, aliarumqve excretionum retardationem; in hypochondriacis deliria, maniam, in fœminis vomitum cruentum, in hæmoptyicis, phthisicis, herniosis gravissima damna producit.

Sudorum suppressio vel violenta propulsio turbat *typum* morbi, præc. in morbis exanthematicis, febribus acutis, inflammatoriis.

Hæmorrhagiarum imperita tractatio plurimorum morborum ferax est corruptorum.

Sic morbi corrumpuntur *prolatatione*, ex acutis chronici, e transitoriis diuturni, e vagis fixi; vel *exacerbatione*, ubi ex intermittentibus & chronicis fiunt continui & acuti, ex indolentibus, dolorifici &c. vel *excretionum cohibitione* vel harum *perversione*, unde ab exterioribus ad interiora repulsio-

 nes;

nes; vel *alacritatis enervatione* vel *nimis* vehementi objectorum impedimentorum *excusſione*, vel etiam *energiæ vitalis deſertione*, qvæ omnia per narcotica facile obtinentur.

In *chronicis* ex non reſecta cauſa materiali. e. g. *dolorum capitis hemicranicorum* perio dicorum, á depletionibus aſſuefactis emanentibus, ſopitione per *narcotica* ſequuntur affectus capitis periculoſisſimi, paralytici, apoplectici, vertiginoſi &c.

In *pectoris* vitiis per expectorantia habitualis decubitus ad hunc locum, pulmonumqve laxitas conciliatur.

In phthiſeos ſuſpicione traumatica excretiones minuunt, nil proſunt, balſamica calida febrem intendunt, inflammationem ulcerationi inducunt, idem fit in hectica.

Therapia: 1) ratione materiæ, ſi hac neglecta motus cohibiti ſunt, eſt illa corrigenda, expedienda.

2.) Si contra citra materiæ vitium á motuum concitationibus, vel medicamentis pervertentibus ſit malum, ſubveniatur demulcentibus, veris anodynis, ſine ſtupefactione delinientibus, vel temperantibus, ardores, irritationes, colliqvationes mitigantibus, vel adſtrictiones & coagulationes reſolventibus.

Morbi corrupti novos ſæpe & incognitos morbos mentiuntur; ubi inuſitata ſymptomata ad ſimplicitatem reſtituenda.

Sic e.g. ex febris per chinam ſuppresſione

in

in hydropem qvidam incidunt, ubi, si febris revocata denuo per chinam supprimatur, hydrops vero purgantibus oppugnetur, funestus seqvitur eventus.

Idem damnum infert china, dum hectica sæpe febribus intermittentibus per eam suppressis succedit; ubi per vulneraria etiam viscera adhuc magis obstipantur.

Hæmorrhagiæ in corpore plethorico adsvetæ per adstrigentia ad violentiorem perruptionem disponuntur, vel etiam nimio abusu viscera obstipantur.

Si vero hujusmodi morbi jam in consvetudinem abiere, vel partium irreparabiles læsiones fovent, sunt illi mitigandi, præoccupandæ materiæ & occasiones, absoluta tamen cura non est promittenda.

Tandem, ubi qvis juvare non potest, a damno inferendo abstineat.

Cap. XI.

Historia morborum periodicorum.

S*ecundum naturam* occurrunt periodicæ mutationes nativitatis, dentitionis, pubertatis, auctionis in longum & latum, generandi facultatis, virium decrementi, generationis lactis, mensium fluxus.

Præter naturam brevioribus periodis revertuntur:

Febres statis septiennariis vel diebus, imo horis, quas exacte ut plurimum servant.

Ita *Tertianæ* omnes ante meridiem inter horas jentaculi & prandii, *qvartanae*, tertia vel qvarta pomeridiana; *sangvineae* diluculo solstitiali sc. 3. vel 4 a media nocte, ut *ephemerae*; *biliosæ* a tempore matutino usqve ad & post meridiem proxime; *Choleriodes*, magis circa ipsam meridiem vel immediate post; *Petechiales* malignæ circa vesperam hora 5. & 6. *Qvotidianæ* tempore matutino hora 6. 7. *variolæ et* morbilli post meridiem; *Peripneumoniae*, *Pleuritides* versus meridiem aut mediam noctem; *Febres catarrhales* circa solis occasum versus æqvinoctia, præcipue autumno.

Plurium dierum mensura revertuntur *Hæmorrhagiæ*, qvæ sæpe sunt *periodicæ*; affectus arthritici, podagrici, familiarius æqvinoctia & solstitia comitantur.

Ex illis familiarius sunt *hæmorrhoides*, præcipue in melancholicis & strictioribus, statæ ætati virili, vere & autumno magis; adolescente sæpius æstate, adultiore vero magis vere, rarius æstate evenientes.

Post has *mictus cruentus*, *hæmoptypsis*, tandem & *homorrhagia narium*, item consvetæ evacuationes vicaricæ, v. s. scarificat. repetitis vicibus adhibitæ.

Abortientes maxime plethoricas in abortum iterum tertia, 4ta vice incurrere, septimanis exqvisite respondentibus, primæ vel m. secundæ periodo, idque certius, si priores abor-

abortus in menſtrua tempora inciderint, qvotidie docemur.

Si fæminis menſtrua ſupprimantur, familiares ſunt menſtruæ cardialgiæ, anxietatates, dolores circa lumbos, os ſacrum, hypochondrium ſiniſtrum, ſinum pudoris.

Qvoad anni tempus circa æqvinoctia vel vere vel autumno ſoleñius redeunt illi affectus, qvi à ſangvinis orgasmo dependent. Sudores annui, vomitus, diarrhææ anniverſariæ, efflorеſcentiæ cutaneæ etc. accedunt ſirio æſtuante vel bruma vigente, ubi tamen aſthmata, catarrhi ſuffocatiui freqventiores ſunt.

Ita æmulantur ſæpe periodos tuſſes, exqviſite vero aſthmata convulſiva. Nec non

Congeſtiones eryſipelatodes, plegmonodes, rheumaticæ, hemicranicæ, opthalmicæ, odontalgicæ, jſchiadicæ.

Imprimis ſi mala ſint hæreditaria, qvæ ſæpe eundem annum ſervant invaſionis, qvem in parente habuere, præc. ſi illo tempore nati ſint, qvo illis parentes affligebantur.

Lunares phaſes ſequuntur viſus & auditus hebetudines, tactus paralytodea vitia, rationis labefactationes, deliria, convulſiones, epilepſiæ, qvæ omnia luna decreſcente & ad plenilunium appropinqvante ſenſibiliter ingraveſcunt.

Paralyſes, hemiplexiæ & apoplexiæ revertuntur ſæpe, & gravius qvidem illo tempore, anno, qvo primo invaſere.

Periodici tales affectus â simplicibus probe discernendi ; modesta hinc & adæqvata cura instituenda est, non per turbulenta narcotica.

Facilius & efficacius præservantur, qvam curantur.

Inveterati & a patheticis occasionibus orti in paroxysmo non ut simplices curandi.

Narcosis cum sit suspecta, sola generalis temperatio, analepsis, & ethica evamatio, placida exhalatio, præservatio causarum physicarum & moralium convenit.

Cap. XII.

Historia morborum incurabilium.

Tria horum generum statuuntur.

1.) *Qvi vix unqvam solide & constanter eradicantur*, qvin longis sæpe intervallis recrudescant.

Videlicet illi, qvi evacuationes sanguinis spontaneas qvantumcunqve assuefactas pro fundamento habent, qvi non nisi totius vitæ generis mutatione desuescunt; ventilationibus vero vicariis leniuntur tantum & differuntur, in solidum autem non auferuntur.

Huc pertinent & restagnationes catarrhales aut rheumaticæ circa caput, vielfältige Flüssigkeiten in phlegmaticis, dolores acutiores, æstuosiores, freqventiores in sangvineis

guineis magis, qvæ omnia heteroclyta medicatione in fonticas anomalias aguntur.

2.) Qvi *brevioribus intervallis*, & gravioribus exacerbationibus *recurrentes*, ita magis magisqve *infolescentes*, *medicam opem in dies ferocius aspernantur*, & qvo feverius aggrediaris, eo violentius contra aſſurgunt. In qvibus ambobus generibus, qvanqvam morbum ſuperare non detur, datur tamen eundem mitigare, freqventiam ejus præoccupare.

Hujusmodi ſunt habituales mali conatus motorii ad translationes varias, inprimis ſangvinis, tum etiam ſeroſorum apoſpasmatum.

Sic in ſexu maſculino evacuationes ſinceræ ſecundum naturam magis alienæ ſunt; ſi tamen contingunt, & vel impeditius vel impetuoſius concitentur vel excedant, vel freqventius & diutius affligant, eo citius incurabilem contumaciam acqvirunt.

In fœminino vero ſexu, ſi excretiones ſangvinis conſvetæ turbentur & hæ motuum perverſiones diutius durent, asſvetudinem non eradicabilem progignunt.

Et hæc qvidem eo certius, qvo auctior eſt ætas.

Sunt vero hæ hæmorrhagiæ omnes capite vel ad ſummum pectore inferiores, ſi qvidem hæmoptyſis mature iterum occupata non ita rarisſime poſtea qvieſcit, & ad ſummum ad primæ claſſis periclitationes tendit, item vomitus cruentus, non tam propria per-

tinacia, quam ſuccedentibus inde malis, haemorrhoides vero in ſincera ſua ſpecie ſine longe periculoſioribus malis, non in ſolidum curantur.

Huc etiam ſpectant affectus hypochondriaco-flatulenti, colici, torminoſi jam habituales, item hyſterici, ſuffocativi, ſpaſtici, convulſivi, chronici, arthritici, iſchiatici, gonagrici, epileptici, vertiginoſi, melancholici, maniaci Pariter etc.

Paralyſis fortis inueterata, qvae tamen in junioribus melioris ſpei eſt.

Nephritis calculoſa, phthiſis hectica annoſiorum, aſcites conſummata, oedemata diuturniora, praeprimis in annoſioribus.

Strumæ, ſarcocelae, ſcirrhi mammarum diuturni, indolentes tumores parotidum, eryſipelata rheumata aſſueta, pariter huius cenſus ſunt.

In flatulentia præc: cavendum, ſi habitualis eſt in ſubjecto annoſiore, ne calida aromatica adhibeantur, nec flatus retineantur, vel altius ſurſum ducantur, unde vere atrocia mala icterodea, aſcitica, hectica pullulant, imprimis cavendus intempeſtivus vomitus.

Accedunt ulcera tam ex- quam interna, manantia; calculus renum, mictus cruentus, ſtrabismus, viſus hebetudo, gutta ſerena, cataracta, lippitudo antiqva, caries dentium & oſſium, aſthma antiqvum, ſtati poſt cibum vomitus mucidi, non tamen ciborum, vomitus niger in acutis, & ſingultus cum perenni

renni cardiagmo, tormina habitualia, hernia inueterata, procidentia uteri habitualis, impotentia virilis, ſterilitas fœminarum, fluxus albus, incontinentia urinæ inueterata etc.

Qvorum inveteratorum omnium ſpes nulla eſt ex fudamento tollendi;

III.) *Qvi neqvidem mitigationem vel palliationem admittunt*, ſed qvibus ægri curati citius intereunt.

Tales ſunt apoplexia profundior, hemiplexia, imprimis annoſiorum, vel ebrioſiorum, paralyſis cum ſenſus & motus ablatione. Fatuitas cum lingvæ difficultate imprimis ebrioſorum, gutta ſerena, paralyſes particulares annoſiores & annoſiorum, cancer occultus vel ulceratus, ſphacelus membrorum à fractura, ruptura, ulcerationes, amorſu, globis tormentorum, aridura, impotentiæ, ani fiſtulæ & perinæi.

Mitigatio non inſtituenda per narcotica. Vicariæ proſunt ſervitutes, v. s. ſcarificatio hirudines, menſes promovendi, fonticuli, veſicatoria, ſetacea, balnea, thermæ prudenter adhibenda.

Cap. XIII.

Hiſtoria de morbis recidivantibus

S*ubjecta*, qvibus morbi facilius recidivant, ſunt homines utplurimum cholerico-ſanguinei, cholerico-melancholici, ſen-

ſenſibiliores, debiliores, activiores tam corpore qvam mente, immorigeri, valetudinarii. In his,

Recidivæ freqventiores ſunt, & facile in variis affectibus contingunt.

Interim in cauſarum cenſum referuntur, plethora, cacochymia, anomaliæ motuum & excretionum ſalutarium & artificialium, fonticulorum propter catarrhales defluxiones inſtitutorum intermisſio, ulcerum & aliarum excretionum ſeroſarum ſuppresſio, conſuetudo, hæreditaria diſpoſitio, diuturni morbi prægresſi, morbi complicati, perverſa medendi methodus per adſtringentia, narcotica, palliativa, fortiter evacuantia, item animi pathemata graviora, viſceris alicujus interni labes, mala diæta, regimen perverſum, calidius vel frigidius. &c.

Qvæ in morbis poſt criſin relinquuntur, recidivas facere ſolent, Hippocr. Sect. 2. jam monuit aph. 12.

Et qvando morbus, morbo præcedente, periculoſior & magis ſonticus obſervatur, uti Hippocr. lib. de int. affect. §. 9. Text. 15. dicit, morbus reverſus magis premit, qvam ab initio.

Qvoad temporis rationem recidiva morborum utplurimum contingit ſine multa interjecta mora, & qvidem periculoſe, vel durante adhuc morbo, vel exeunte, vel brevi ſuperato, vel modo poſt illum.

Morbi interim, qvi facile recidivant, &

& ad hanc classem pertinent, sunt potissimum febres omnis generis, acutæ, malignæ, benignæ, catarrhales, inflammatoriæ, exanthematicæ, intermittentes, tertiana, qvartana &c.

Spasmodici & convulsivi motus, rheumatismi, hæmorrhagiæ uteri, mensium, hæmorrhoidum, narium, inflammationes, erysipelas, catarrhales defluxiones, præprimis ex sanguinis commotionibus congestoriis, lues venerea, hydropici tumores, ulcera a congestoriis motibus sustentata.

Signa partim ex Hollerio in Schol. ad Sect. 2. aph. 12. Hippocratis, Zacut. Lusit. Zachia & aliis patescunt.

Qvibus jungi possunt, qvando præcedens morbus citius mitescere videtur, ac remissio adhuc ambigua est, & suspecta symptomata nondum mitigata, urinæ, alvi, sudoris excretiones adhuc turbulentæ existunt, vires, appetitus, & somnus adhuc inordinati, congruæ evacuationes nimis præmature obtingunt, vel plane cessant: in sudore adversus odor, in ore perversus sapor, in urina insolitus color, mentis adhuc perturbatus status, avidus appetitus etc.

Et hic temperamentum, mores, consvetudo, educatio, sexus, ætas, hæreditaria dispositio qvam facile anomalum omnium actionum statum inferre possunt.

Differt

Differt vero recidiva morborum 1) a palindrome morborum, quæ hic fit a parte externa ſc. ignobiliore ad internam ſ. nobiliorem morbi alicujus retroceſſione:

2) a periodicis morbis, qvi certum inuaſionis tempus ſervant, & freqventius recurrunt, recidivæ non.

3) a conſeqventibus, qvi poſt notabilem temporis moram demum corripiunt, ac alterius ſunt plane ſchematis.

4) a metaſchmatiſmo morborum, qvi eſt transformatio & tranſitus unius morbi in alium.

Prognoſis: Omnes recidivæ morborum ſonticæ ſunt, & periculoſæ.

Recidiva primo ac prævico morbi gradu, ſubitanea, præprimis in ſenſibilioribus, debilioribus, immorigeris & timidis periculoſior, qvam qvæ tardius, & abſentibus prioribus ingruit.

Recidiva præcedentem morbum multum turbans, cum animi & corporis ſonticis alterationibus, ſudoribus frigidis, animi deliqvio etc. periculo plena, & ut plurimum funeſta, & qvo graviora ſymptomata ſunt, tanto periculoſior ſtatus exiſtit.

In ſenibus, infantibus, gravidis, puerperis, & qui rarius ægrotarunt, qvi freqventioribus morbis defatigati & poſt perverſam medendi methodum, animi graviora pathemata, imo alium complicatum morbum afferunt, ſemper admodum ſunt periculoſæ recidivæ.

Reci-

Recidivæ repetitæ in morbis alias haud adeo periculosis, valde fiunt periculosæ.

In subjectis, labe aliqva interna visceris nobilioris adflictis, valde periculosæ.

Crisis extra dies decretorios contingens, recidivam significat. Hippocr. Sect. IV. aph. 36. Sect. VI. aph. 65.

In *therapia* provide agendum est, hinc omnes impetuosæ evacuationes ἄνω & Κάτω, v. s. curativa, commoventia, diaphoretica, motus supprimentia, narcotica, regimina inordinata, vires destruentia, concentrata adstringentia, incrassantia evitanda sunt.

Pro varia vero circumstantiarum, causarum, morborum differentia differt quoque cura.

Hinc generaliter prodest, qvo motus anomali in legitimum ordinem redigantur, et excretiones salutares & necessariæ decenter & placide promoveantur, et demum vires, qvantum fieri potest, conserventur & adaugeantur.

Cap. XIV.

Historia de crisibus morborum.

Crises morborum veteribus magis cognitæ, qvam hodiernis, inter qvos sunt, qvi has plane negant, vel haud multum curant.

Sub-

Subjectis activioribus, senioribus, alacrioribus præ aliis freqventiores ſunt.

Interim in attenta praxi hoc verum eſſe videtur, qvod incolis, qvi in calidioribus, qvam qvi in frigidioribus climatibus habitant, ſint freqventiores & ſolenniores.

Sic in infantibus, pueris & ſenibus minus freqvens obſervatur criſis in morbis.

Criſis diſtingvitur in *perfectam* & *imperfectam*.

Criſis interea non eſt effectus clinitatis, diætæ, regiminis & remediorum, ſed ipſius *naturæ medicatricis*, & uti veteres dixerunt: lucta ſeu pugna naturæ cum morbo & ſec. Hippocr. κρίσις ἐστιν ἀπόλυσις νόσου.

Criſis hinc in morbis contingens fit ſemper juſto qvodam tempore, termino aut die. vid. Sthal. Diſſ. de period. auct. §. 45. & diſſ. de *A*criſia §. 2. 3.

Verum objectum criſeos ſunt febres acutæ, continuæ, ſynochæ inflammatoriæ.

Critici dies vero veri in his morbis ſunt 7. qvi magnus dies criticus dicitur. 14. 21.

Veteres iterum 3. dies criticos ſubalternos animadverterunt, uti 27. 34. 40. qvi vero magis in calidioribus regionibus obſervari videntur.

Hi critici dies ſuos habent indicatorios dies; ſic 7mi diei indicatorius eſt qvartus; decimi qvarti undecimus; vigeſimi decimus ſeptimus; vigeſimi ſeptimi, vigeſimus qvartus; trigeſimi qvarti trigeſimus primus;

&

& qvadragesimi, trigesimus septimus. vid. Hippocr. sect. 2. aph. 24. Sect. IV. aph. 36.

Signa instantis criseos Hippocr. Sect. 2. aph. 13. nervose tradidit: Qvibus crisis fit, his nox ante exacerbationem gravis est. Subseqvens vero levior plerumqve.

Insuper ante crisin animus ægrotantis admodum anxius & dubius est; anima qvasi trepidat de prospero & salutari successu.

Æstus fit intensior, vigiliæ acutæ adsunt.

Crises vero in febribus consistunt vel in *diaphoresi*, qvæ optima, vel *diuresi*: qvæ infteqventior, vel *narium haemorrhagia*; hæ tres freqventiores & meliores sunt.

Vel vomitu, vel *diarrhaea*, vel *haemorrhoidum*, vel *mensium* fluxu, qvæ vero periculosiores, difficiliores & infreqventiores sunt.

Criseos per *diaphoresin signa* sunt: qvando qvarto die urina est cocta, habitus corporis exterior fit laxior, levis horripilatio denudato corpore, cum alvo occlusa, urina pauca, hæc denotant crisin septimo die per sudorem fieri. Qvæ familiarior in acutis & inflammatoriis.

Criseos per *diuresin* signa sunt, vel qvarto die copiosa coctæ urinæ profusio, vel septimo die præcedit molesta tensio in regione hypochondricorum & lumborum, æstus aridior, sitis intensior, qvibus supervenit largior urinæ excretio & remissio omnium symptomatum.

Criseos signa per *haemorrhagiam narium* sunt: In Subjectis adhuc junioribus, activioribus plethoricis, antehac narium hæmorrha-

giis ſimplicibus & harum moliminibus ſubjectis, alvus ſiccior circa dies criticos, urina non cocta, limpida, & parca, æſtus aridus, qvinto vel ſexto die cephalalgia intenſior, inqvietudo major, tenſiones & anguſtiæ gravativæ hypochondriorum & pectoris, cum faciei rubore, inflatione, rigore colli cum cervice, venarum inflatione, oculorum ſplendore & caligine.

His accedunt interdum lacrymarum effuſio, mentis abalienatio, vigiliæ, extremorum frigus, donec 7mo die hæmorrhagia narium larga & ſtrenua ſuccedat, qvam excipit euphoria, & freqventior eſt in ſynocha.

Criſeos ſigna per vomitum ſunt; antecedunt vertiginoſæ, gravativæ capitis moleſtiæ, anguſtiæ præcordiorum, oculorum caligines, rigor remisſus extremorum, alvus ſiccior, urina cruda, parca, limpida.

Supervenit freqvens ſputatio, nauſea, ructus, morſus in ventriculo, ſapor amarus, tandem actualis vomitus repetitus.

Criſeos ſigna per diarrhæam ſunt: ſudor deficiens, æſtus intenſus, urina parca, cruda, pallida, accedente die critico oriuntur torminoſæ commotiones in abdomine, flatulentiae, borborygmi, morſus circa umbilicum, horripilationes externi habitus, gravitas lumborum, & demum alvi fluxus critice cum euphoria ſuccedit.

Signa criſeos per hæmorrhoides vel menſes ſunt: æſtus ſiccior, alvus inordinata; urina

urina parca, cruda: circa diem criticum vero concurrit horripilatio extremorum moderata, & tensio molesta spasmodica, si hæmorrhoides superveniunt, per infimum dorsum ad os sacrum; similes vero motus tractorii, si menses instant, circa sinum aut in locis ingvinalibus & summis, femoribus; demum septimo die perrumpit ejusmodi sangvinis fluxus.

Post omnem crisin, qvæ in copiosa & congrua causæ morbificæ evecuatione consistit, ægroti fiunt alacriores, febris symptomata diminuuntur, animus fit qvietior, somnus tranqvillior, & appetitus redit &c.

Imperfectæ criseos decursus est vel deficiens, vel præposterus, vel excessivus; hinc mox accedunt graviora symptomata, inflammationes, spasmi, convulsiones, deliria, affectus soporosi &c.

Insignes lunæ mutationes utplurimum criseos decursum legitimum alterant, & turbant, uti pleni- & novilunium & primum qvadrans.

Porro secundum Veteres morbi acuti vel crisi, vel lysi, vel apostasi, exeunt ac terminantur; ubi lysis sec. Galenum succesiva febris solutio & per certos paroxysmos contingens causæ morbificæ consumptio & qvidem salutariter, audit.

Apostasis subinde supplet defectum veræ criseos, ubi materia peccans a nobilioribus internis partibus salutariter ad externas per

naturam demandatur, ibiqve actualem abſceſſum format.

Occaſio datur apoſtaſi, qvando criſis exqviſita impeditur, per minus ſuccedentem diaphoreſin, per tempus hybernum, per nimia calida regimina & medicamenta, per refigeria externa, per graviora animi pathemata; in febribus bilioſis per nimis commoventia materiam bilioſam, magis in humores impellentia.

Nonunqvam tales apoſtaſes in Phlegmonodeum affectum deſinunt, vel in affectus contumaces rheumaticos, valde ſenſibiles & refractarios.

Prognoſis: Ante omnia juſto moderamine opus eſt, ne vel defective vel exceſſive operetur natura.

Sic animi pathemata graviora omnino evitanda ſunt, qvæ criſin plane perturbare poſſunt.

Si aliis diebus, extra criticos, contingit, minus ſalutaris, ſed ſymptomatica eſt.

Sudores extra dies criticos contingentes, dolorem ſignificant, longitudinem morbi & recidivas.

Galenus de criſibus dicit: vehementisſimas eſſe, quæ usqve ad 14. diem eveniant, minus iis, qvæ ad 20. diem pertingunt, ac debiliores ad huc, qvæ ad 40. retardentur.

Si urinæ nubeculam rubram continent qvarto die & ſaturatæ ſunt, & ſedimentum deponunt, ſalutarem futuram criſin 7mo die deſi-

designant. Hippocr. Sect. IV. aph. 71. lib. 1. Epid. Sect. 2. p. 661. §. 56.

Pleuritis, peripneumonia judicatur 7mo die vel 14 die, Hippocr. lib. de dieb. jud: §. 8.

Si mitior 4to die per tussim, ejecta materia cruenta, circa 7mum diem plerumque per sudorem & liberiorem expectorationem; gravior vero extenditur interdum ad 14 diem, si ulterius in Empyema mutatur.

Largæ evacuationes vel extra vel in diebus criticis contingentes, si symptomatum vehementia non decrescit, pessimum indicium est.

Therapia: Crisis morborum admodum delicata, ita provide tractanda est, ut nunqvam simultaneæ evacuationes, nimis commoventia, vel refrigerantia, aut opiata adhiberi debeant.

Sed ante crisin subvenire licet qvodammodo cum absorb: digerent: alterant. diluent. abstergent. mucitaginosis, regimine qvieto leniter diaphnoico.

Qvando crisis instat, nunqvam turbanda est cum oblatione ciborum & potuum: vid. Hippocrat: de vict: rat. in auct lib. cap. 45. §. 1. & cap. 63. v. 8. usqve 11. Sed ubi impetuosæ commotiones adsunt, qvæ semper crisin excessivam denotant, conducunt temperantia nitrosa absorbentia, modeste acidulata, diluentia.

Sub crisi medicamentorum ingestio nocet,

 pro-

prodeſt potius bonum regimen cum ſufficiente humectatione & corporis animiqve qviete.

Cap. XV.

Hiſtoria morborum retrogradorum.

De retrogresſis morbis ſtrictim acturus, ſubjectorum mentio fieri debet, in qvibus præ aliis morborum retrocesſio fiat; ſc. in hominibus ſenſibilioribus tam corpore qvam animo, ſanguineis, immorigeris, teneris.

Conſiſtit retroactorum eſſentia in eo, qvod morbi in exteriori habitu ſ. partibus ignobilioribus, exorti, ad interiora, ſc. ad partes nobiliores, retrocedant. Et qvidem horum retrogradorum morborum hiſtoriæ in praxi haud infreqventes ſunt.

Cauſæ, qvæ hanc retrocesſionem introducere valent, & posſunt, ſunt a parte corporis cacochymicus ſtatus humorum, ſenſibilitas naturæ, partium interiorum aptitudo ſc. labes vel alia læſio.

A parte ægroti, regimen improvidum, negligentius, animus impatiens, refrigerationes, victus & amictus negligentia &c.

A parte medicantis, imprudens therapia, tam

tam interne qvam externe, nimia complacentia &c.

Morbi, qvi præ aliis facile retrocedunt, ſunt exanthemata varii generis: bubones, petechiæ, variolæ, morbilli, purpura benigna & maligna, febris urticata, ulcera ſuperficialia, venerea, maculæ ſcorbuticæ, inflammationes, eryſipelas, podagra, arthritis, rheumatismi acres, gravedo, ſcabies, ſerpigines, maculæ hepaticæ, gutta roſacea, efflorescentiae, ſudores particulares manuum, pedum, ſub alis, defaedationes cutis, tumores, œdemata, cutanei affectus, achores infantum &c.

Omnes morbi retrogradi periculoſi ſunt & anomalici, & qvo magis nobiliores invadunt partes, eo magis repentinam & praeſentem noxam minantur.

Hi affectus admodum ſenſibiles ſunt, hinc tanto magis evitari debent immoderati artis impulſus. Retroceſſorum morborum itaqve expulſio tempeſtiva fieri debet, qvoniam diutius remanens materia peccans aliâs grave damnum infert.

In therapia ſuſpectae ſtricturae habitus exterioris emendari debent absqve immoderata coactione, cum placido regimine, frictione, humectatione interna, abſtinendo ab omni inqvitudine, jectigatione, admisſione auræ frigidae; proſunt etiam lenia temperantia, analeptica, discutientia & alexiphar-

xipharmaca. Exulent calida concentrata, volatilia, rubefacientia &c.

Cap. XVI.

Historia morborum Endemiorum.

Hæc consideratio haud infima, pro diversitate climatis habet & diffidentes morbos, cujus causa sine dubio tam aeri qvam vivendi generi & aliis imputari poterit. Sic.

Videmus in regionibus Septentrionalibus, & Maritimisuti in Lapponia, Svecia, Dania, Russia, Belgio etc. freqventiores esse morbos, scorbutum, intermittentes contumaces, scabiem, hydropes, peripneumonias, ulcera etc.

E contra ibidem pestem, ardentes febres & exanthematicæ infreqventiores esse.

Hispanis, Italis, Hungaris, Gallis, Germanis australis plagæ, Polonis, Silesiis perquam familiares sunt hæmorrhoides, phthises, hecticæ, ardentes & malignæ, imo exanthematicæ febres, calculus, malum hypochondriacum, melancholia.

Locis præcalidis, Africæ, Asiæ minori pestis, elephantiasis, dysenteriæ, variolæ, malignæ, phrenitides, epilepsiæ sunt freqventiores.

Americanis lues venerea periculosæ qvalitatis; Æthyopibus, Arabibus lepra Elephan-

phantiasis; Constantinopolitanis, Ægyptiis pestilentia; in Anglia phthisis, in infantibus rachitis.

In Misnia, Thuringia, Austria, Franconia ob vini calcariæ indolis proventum copiosum, nephritis, calculus; Polonis plica; Venetiis hæmorrhoides; Romanis febris semitertiana.

Hetruriæ incolis, epilepsia; in Apulia febres ardentissimæ & morsus Tarantulæ; Hispanis melancholia hypochondriaca; In Belgio scorbutus, renum & vesicæ calculus. Lapponibus & Finnis Norvegis, lippitudo, opthalmia, Peripneumonia; Hungaris podagra, arthritis; Westphalis, peripneumonia; scabies; in Misnia, mulieribus purpura; in Gallia Narbonensi hydrocele; in Ægypto sarcocele; in insula Ormo Ægypto, Persia, Gvinea vermiculi in carnosibus partibus. Apud Æthiopes, variolæ, morbilli.

Helvetis, Rhætis, Vallesiensibus, in montosis locis habitantibus, & carinthiæ styriæqve incolis, & in qvibusdam Hercyniæ urbibus strumæ endemiæ sunt.

Neapolitanis roseolæ s. maculæ rubrae mox visibiles, mox invisibiles.

In Russia, Tartaria, perniones, ulcera & pustulae â frigore.

Apud Chinenses, Japonenses, oculorum vitia, lippitudines, cataractae, caecitates. In Insula formosa pestis. In Armenia oculorum dolores vehementissimi, podagra.

Morbi endemii hoc peculiare habent, qvod in qvibuslibet climatibus cum iſtis remediis, qvae ibidem prognaſcuntur, facilius curari posſint.

Hinc quove obſervatur, morbos certis regionibus freqventiores facilioris eſſe curationis, & non tanti periculi, qvam in alia climata propagatos & translatos.

Cap. XVII.

Hiſtoria annorum & morborum Climactericorum.

Anni Climacterici a multis qvidem negantur, interim ſunt, qvi haud ſine ratione confirmant hos; a nativitate ſemper ſeptimus annus dicitur climactericus, alias ſive ſcalaris, fatalis, decretorius.

Gaudent numero ſeptenario, inter qvem numerum præprimis fatalis numeratur 49. 56. præ aliis & 63. annus, qvi ideo heroicus adpellatur.

Sicuti enim corpus humanum habet certum tempus, ut à natura ſtruatur, ut ad exitum diſponatur; certum tempus reqvirit, ut ad perfectionem perveniat.

Sic certum tempus reqviritur, qvo morbi coorti ſanentur.

Deinde ex criſium natura, qvæ in febribus ſua

sua stata tempora & dies observant; & paroxysmis intermittentium stata tempora servantibus; ex variolarum, morbillorum ortu, incremento, statu & decremento; ex mensium statuto tempore fluxu.

Sic potissimum existentia climactericorum annorum comprobari videtur, ex historia morborum ætatum, qvi morbi omnino differunt pro ætatis differentia, huic vel illi ætati magis familiares.

Interim numerus, quatenus septenarius numerus, hanc vim minime habet.

Tanto facilius vero vis annorum climactericorum sese exerit in corporibus jam morbidis, in virium debilitate, animi pathematibus gravioribus concurrentibus; sic reminiscentia, timor & angor multum valet.

Morbi vero, qvi annis climactericis adscribuntur, sunt circa 7. mensem dentitio: ex his sæpissime vigiliæ, febres, pavores in somno, diarrhææ, asthmata, epilepsiæ, alvi adstrictiones, tormina, qvi affectus omnes, qvando imprudenter tractantur, facile infantes jugulant.

14. Mense erumpunt dentes canini, qvi vero magis propter longitudinem, & acumina, dilacerant gingivas, ac sæpius lethifera symptomata producunt.

Inter 3. & qvartum annum, tanqvam dimidium septennarium, molares erumpunt, qvi facile febres lentas haud sine periculo producunt.

7mo

7 mo anno decidunt dentes, ubi adſunt, laxitas gingivalis carnis, os faetet, dentes qvandoqve fiunt nigri, carioſi: hinc diarrhææ, appetitus proſtratus, febres ſtomachales, lumbrici freqventiores obſervantur.

14. Anno in fæminis ante menſium eruptionem varia ſæpius ſymptomata præſto ſunt, macilentus ſtatus, cephalalgiæ, nauſea, appetitus dejectus, lividus color, lasſitudo & gravitas in pedibus, lentus calor.

Anno 21. & 28. Fæminæ fiunt ſalaciores, amatoriis ſubinde febribus corripiuntur. Sicuti & Mares appetunt hoc tempore magis res venereas: unde gonorrhæa ex contagio, fiunt corpore ſicciores, calidiores, unde pleuritis, peripneumonia, febres imflammatoriæ, pthtiſes, hæmoptyſis &c.

Anno 42. & 49. Viri in ardentes, bilioſas, tertianas continuas, canſum facilius incidunt.

Fœminis præ aliis annus 49. infenſus eſt, propter ſolennem ut plurimum cesſationem menſium, unde varia pathemata hypochondriaca, hyſterica cum lento depaſcente calore, ſuccedunt.

Anno vero 63. & 70. ubi inſignis virium & corporis debilitas accedere ſolet, fiunt facile morbi chronici: cachexia, aſthma, hydrops, apoplexia, qvartana, icterus niger, hæmorrhoides cæcæ; ſubſeqventibus vero annis ingruunt viſus & auditus imminutio, vertigo, paralyſis, ædemata pedum, maras-

marasmus, ſtranguria, calculus veſicæ, tremor artuum etc.

Viri ſolennius in Climactericis annis defunguntur præ fæminis vid. Act. med: Berol. vol. VII. dec. 11. p. 65. vol. X. p. 55.

Hi morbi interim cum morbis ætatum arctam habent cognationem.

Interea minime dici & ſtatui poteſt, qvod præciſe mors in annos climactericos in omnibus ſubjectis incidat, qvin potius in diſpoſitis, vel etiam contingit qvandoqve vel paulo ante, vel paulo poſt annum climactericum.

Cap. XVIII.

Hiſtoria morborum Imaginariorum.

Subjecta, qvæ præ aliis his imaginariis morbis expoſita, ſunt homines ſangvinei, melancholici, hypochondriaci, ſplenetici, molles, mobiles, Menſchen, die ſich baldt etwas zugemüthe ziehen können. tam animo qvam corpore delicati, meticuloſi, imaginabundi. Leuthe, die ſich eine Sache zu gefährlich einbilden können, Empfindliche, Eigenſinnige, weichliche Menſchen, die man gar leicht kranck reden kan. De vita & ſanitate admodum ſolliciti, diu vivere cupientes, morbos & mortem anxie exhorreſcentes.

Qvando itaqve ex imaginatione ægrotant, morbi

morbi per cogitationes imaginarias valde exacerbantur. Sie haben immer etwas zu klagen, heute fehlet ihnen diß, morgen etwas anders, baldt zwackt der Todt hier baldt dort in Gliedern, ex mera imaginatione.

Sexus vero seqvior, & ætas junior activior his magis patet.

Hi ægroti de qvalibet levissima circumstantia pessima qvævis sibi præsagiunt: Ein rauschendt Bladt kan sie auf das eusserst erschrecken.

In rebus non naturalibus adhibendis admodum solliciti & scrupulosi sunt; levem aeris injuriam fugiunt; & de omni ciborum genere sibi timent; qvando de morbo qvodam, præsertim contagioso epidemico audiunt, vel cogitant, præ metu jam ægrotant.

Semper & qvotidie novas ægritudines præfigurant, atqve de duplicata qvotidiana molestia qværimonias habent. Dahero haben sie die Apothek beständig vor sich stehen, & ingerunt ad evertendas has adflictiones constanter medicamenta.

Imaginantur sibi semper magnam virium dejectionem, pulsum morbidum, pallorem faciei, calores volæ manus, imo indignantur aliis, qvi hoc credere recusant.

Inde fit, ut levis aurium tinnitus statim illis metum & terrorem de apoplexia; levis contabescentia vel exscreatio pauca sangvinis de hectica, phtisi; levis horripilatio & incalescentia de febre sontica, levis intumescentia

tia corporis turgidula, de hydrope & sexcenta alia inducere valet.

Ex hac hiſtoria imaginariorum ægrotorum duplex circumſtantia fluit. 1.) qvod per imaginationem varia morbida pathemata adducantur. 2] qvod per hanc plurimi etiam leves morbi exacerbentur, & in deteriorem ſtatum devolvantur.

Sic abunde conſtant ex imaginatione, terrore & timore Exempla, ſcilicet, palpitationum cordis, nauſeæ, vomitus, lipothymiæ, ſyncopes, dolorum partium exteriorum, verrucarum, peſtis aliarumqve febri-contagioſarum, exanthematicarum, tumorum: febris malignæ ex viſo ſaltem eryſipelate, hæmorrhagiarum narium, epilepſiæ, purgationum, colicæ, & ventris inflationis ex nauſeoſa imaginatione, hydrophobiæ. De his vid. porro Foreſtus, Solenand: Zacut. Luſit: Raym: Joh. a Fortis etc.

Qvid valeat imaginatio in gravidis, ſatis nota & triſtia exempla docent.

Imaginatio, cogitatio intenſa ſubinde adauget & exaſperat dolores podagricos, iſchiadicos, ac alios morbos.

Tandem qvid imaginatio ad mortem ipſam inferendam conferat, var: Autores præc: Henr. ab Heer obſ. med: 6. Kerckring: ſpic. anat. obſ. 41. Act. N. C. Dec. 1. an. 2. obſ. 137. & in append. pag. 401. Dec. 3. obſ. 81. etc. teſtantur.

Sicuti haud exigua damna inferuntur, ſi

ſubito

ſubito ægrotantibus magna imaginatione pallentibus, funeſta imminens mors praedicetur, ubi morbi derepente deteriorantur.

Omnes morbi ex animo originem ducentes valde ſunt intricati & refractarii.

Imaginarii morbi fiunt facile complicati, & multiplices, imo corrumpunt manifeſte morbos benigniores & ſimpliciores.

In therapia his imaginariis ægrotis & morbis duplex communiter auxilium prodeſt, morale & medicum.

Multum conſolationis affertur per gratum colloqvium & conſortium cum amicis, per attentionem ad alia grata objecta, per applicationem mentis ad ſeria, per cantus, muſicam, carmina, jucundas relationes.

In therapia medica, lenia adminicula & providus remediorum, pro diverſitate, uſus ſemper qvadrant.

Cap. XIX.

Hiſtoria de temporibus morborum

Pro diverſitate materiæ morbificæ internæ domeſticæ, & imminente ſpecie læſionis a natura, ad eas præcavendas & removendas, inſtituuntur motus proportionales, vel celeres vel tardi; inde duplex morborum genus, Chronicorum & Auctorum naſcitur.

Interim cauſæ procatarcticæ ab extra acceden-

dentes præprimis multum & ſæpius præcipuum contribuunt ad morbificas internas adflictiones.

Sicuti hoc præ aliis confirmat Hippocr. Sect. 3. aph. 1. & de Hum. C. VIII. v. 15. de temporum mutationibus maxime morbos parientibus. porro vid. de Hum. cap. VII. v. 1. 2. 3. Epid. lib. 2. cap. 1. v. 20. 21. Sect. 3. aph. 8. de Humor. cap. VI. v. 6.

Hinc Sect. 3. aph. 9. dicit: In Autumno morbos acutisſimos & omnino mortiferos fieri; Ver autem ſaluberrimum & minime lethale eſſe.

Huc referuntur ſolſtitia, maxime æſtivum, & æqvinoctia, magis autumnale, qvæ præ aliis temporibus periculoſiora habentur, propter inſignes mutationes & alterationes in macrocosmo, ſic & in microcosmo.

Hinc & Hippocratis obſervatio haud plane de nihilo videtur de nat. hum. cap. 17. Qvicunqve morbi hyeme augeſcunt, æſtate deſinere ſolent: Qvicunqve v. æſtate augeſcunt, hyeme finiri; Qvicunqve vere fiunt, autumno; autumnales v. morbos vere diſcedere; Qvicunqve autem hæc tempora transgrediuntur, eos annuos eſſe.

Qvanquam & ſec. Hippocr. Sect. 3. aph. 19. in omnibus temporibus omnes fiant morbi; qvidam tamen in qvibusdam ipſorum magis fiunt & exacerbantur.

Sic Hippocr. Sect. 3. morbos cuivis anni

F tem-

tempori convenientes, & præprimis in aph. 20. morbos Vere contingentes recenſet: uti ſunt ex claſſe Sangvineorum, Inſaniæ, Melancholiæ, Epilepſiæ, Hæmorrhagiae, Anginæ; ex claſſe ſeroſorum, Gravedines, Raucitates, Tuſſes, Arthritides; ex claſſe impuri & viſcidi ſeri Lepræ, impetigines, Vitiligines, Puſtulæ ulceroſæ, Tubercula.

Aph. 21. Sect. 3: Æſtate fiunt horum non nulli & in cholericis febres continuæ, ardentes, tertianæ ſimpl. & dupl. exqviſitæ & nothæ, vomitus, diarrheæ; in melancholicis qvartanæ; in ſeroſioribus, opthalmiæ, aurium dolores, oris exulcerationes, genitalium putredines, & ſudamina.

Aph. 22. h. Sect. Autumno fiunt utplurimum multi morbi ex æſtivis, & in melancholicis lienes magni, hydropes, phthiſes, tabes, inſaniæ, melancholiæ, qvartanæ; in Sanguineis coxæ dolores, anginæ, volvuli, epilepſiæ, febres erraticæ; in phlegmaticis, ſtranguriæ, lienteriæ, dyſenteriæ, aſthmata.

Aph. 23. h. Sect. Hyeme fiunt in Sanguineis, Pleuritides, peripneumoniæ; in phlegmaticis, lethargi, gravedines, raucitates, tuſſes, dolores pectoris, laterum & lumborum; in magis ſanguineis, cephalalgiæ, vertigines, apoplexiae.

Porro Hippocrates manifeſtis aeris qvalitatibus & alterationibus multum tribuere videtur; in producendo inſtiusmodi morborum ordine, qvando h. ſect. aph. 12. 13 &

& 14: dicit: Qvod post hyemem siccam, Vere autem pluvioso, æstate facile fiant febres acutæ, opthalmiæ, dysenteriæ.

Post hyemem pluviosam & clementem, vere existente sicco, hoc tempore facile abortus aut partus debiliores contingere;

Si æstas fiat sicca, autumnus autem pluviolus, in hyeme dolores capitis, tusses, raucedines, gravedines & qvibusdam tabes fieri;

Si autem autumnus siccus & sine pluviis sit, mulieres & humidiore constitutione præditos melius habere; reliqvis vero fieri opthalmias siccas, sangvineas, febres acutas, & gravedines diuturnas, & nonnullis melancholias;

Sic aph. 7. & 10. ejusd. sect: in Siccitatibus, febres acutas fieri, & reliquos morbos pro cujusqve anni constitutione, tabes, opthalmias, arthritides, stranguriis, dysenterias.

In pluviosis sec. aphor: ib. plerumqve fieri febres longas, diarrheas, putredines, comitiales morbos, appoplexias, anginas;

Hæc omnia interim pro regionis situ & natura variare qvodammodo & Hippocr. de Aer. Aq. & loc. cap. 34. v. 5. 6. 7. innuere videtur.

Morbi epidemici non qvovis anni tempore, sed certo saltim utplurimum sævire solent. Sic vernorum exemplum præbent

F 2 mor-

morbilli, & febres tertianae; Autumnalium vero Dyſenteria &c.

Nunc progredimur ad tempus, qvod in qvovis morbo in ſpecie obſervatur, ſcilicet ad periodos particulares ſeu paroxyſmos; de qvibus nonnulla retulimus in hiſtor. morb. periodicorum.

Huic obſervationi accenſeri debent Criſes morborum, de qvibus in Hiſtor. Criſeos morb. actum eſt.

Paroxyſmi ſ. circuitus tempora, nempe Principium, incrementum, ſtatus & declinatio in qvolibet non modo toto morbo, ſed & in ſingulis etiam paroxyſmis obſervari poſſunt: priora univerſalia, poſteriora particularia vocantur.

Haec omnia interim ſubinde variant pro morborum, cauſarum, ſymptomatum, naturæ, virium & reliqvarum circumſtantiarum ratione.

Hæc temporum diſtinctio tam in omnibus morbis, qvam & in paroxyſmis eximium uſum habet, præſertim in acutis non tantum in Prognoſi, ſed & Curatione.

Demum conſideranda veniunt tempora ſingulorum morborum.

Febris tertianæ paroxysmus qvilibet non ultra 12 horas protenditur. Et ſec. Hippocr. Sect. IV. aph. 59. Exqviſita tertiana, cæteris paribus, in ſeptem ad ſummum circuitibus judicatur. Ingruit paroxysmus ante & verſus meridiem. Et diſtinguitur in vernalem,

brevi-

brevioris, & Autumnalem, longiôris periodi, & aliqvando epidemice grasſatur.

Febr. tertiana notha ultra 12. horas paroxysmos ſuos habet.

Qvartanæ incipiunt utplurimum declinante æſtate, ante æqvinoctium autumnale, qvæ longæ; aliæ poſt aeqvinoctium vernale, qvae breviores ſingulasqve accesſiones faciunt, declinante die poſt meridiem. Principium eſt aeqvinoctium autumnale; ſtatus eſt ſolſtitium hybernum, declinatio vero aeqvinoctium vernale. Qvandoqve obſervantur epidemicae.

Febris catarrhalis benigna, maligna, invadit circa occaſum Solis, & itidem circa veſperam qvotidie ſuas habet exacerbationes: oritur plerumqve ſub & circa æqvinoctia; maxima ex parte eſt Epidemica & contagioſa.

Febres ſanguineæ, ephemera, ſynocha etc. Incipiunt ſummo mane & diluculo, & ſunt ſolſtitiales, alii vernum tempus ſtatuunt. Ephemera ſimplex ſolvitur ſpatio 24. horarum; ſynocha, 7mo die hæmorrhagia narium vel ſudore, critice.

Variolæ, morbilli invadunt poſt meridiem, & plerumqve per luſtra, exceptis populoſioribus urbibus, graſſantur. In Islandia vigeſimo qvovis anno periodicas; freqventes vero in Japponia eſſe refertur in Act: Hafn. vol. II. Sunt ſæpisſime epidemicæ. Variolæ 3. die apparent, 4. prodeunt, abhinc magis magisque augeſcunt ad 7. usqve, quo

manifestius suppurascunt; inde ad 11. maturescunt, & ad 14. siccescunt. Inde Sydenhamio hæc 4 tempora procedunt; ebullitionis, eruptionis, suppurationis & exsiccationis. Febris Scarlatina nullo non tempore, sed tamen æstate præcipue exeunte oritur. Terminatur primo qvaternario macularum eruptione.

Pestilentia in calidioribus climatibus, uti in Turcia, freqventior & fere Endemia est, invadit seundum Borrich. in Pest. Hafn. aô 1711. hora plerumqve 6. vespertina. Circa Novi- & Plenilunium plerumqve ferocior.

Febris petechialis s. catarrhalis malignior, invadit vespera circa horam 5. 6. oritur plerumque autumno. Maculæ erumpunt 4 7. die, durant 3 4. 5. dies & febris 7. 11. imo 12. die remittit.

Febris biliosa exoritur facile circa Solstitia, versus solis exortum, & qvotidie suas habet exacerbationes.

Febris qvotidiana invadit tempore matutino, hora 6. 7. Paroxysmus raro excedit 6. horas.

Febris lactea die 3. vel 4. lochiis rite fluentibus, supervenit, & intra triduum vel quatriduum sudore finitur.

Febris lenta qvotidie exasperatur circa vesperam, calor ingruit post pastum, & sub aurora sudor exoritur.

Sudor Anglicus intra 24. horas vel ad salutem vel ad mortem tendit, & autumno potissimum sevit.

Pleu-

Pleuritis eſt morbus veris, & inter ver & aeſtatem ambigit; verſus meridiem aut mediam noctem invadit. Solvitur critice ſecundo ſeptenario ; mitior vero 7mo die ad ſalutem ; atrocior ſexto vel ante ad mortem. Qvo ſputum maturius apparet, eo citius morbus ſolvitur Sect. 1. aph. 12. Si vero intra 14. dies non repurgentur aegri, tranſit in empyema. Sect. v. aph. 8. Epidemice qvandoqve grasſatur.

Peripneumonia eodem tempore ac pl-euritis oritur, eandemqve periodum ſervat, acutiorem tamen. Epidemica qvandoqve eſt.

Hæmorrhagia narium ſtata ſubinde tempora, vel æqvinoctia, vel ſolſtitia vel utraqve ſervat.

Hæmoptyſis periodos utplurimum ſervat annuas, vel menſtruales.

Vomitus cruentus in fœminis menſtrua tempora, & in Viris æqvinoctia ut plurimum ſervat.

Hæmorrhoides certam ætatem occupant, & prorumpunt vel annuatim, vel circa æqvinoctia, vel ſingulis menſibus.

Menſes cum tempore pubertatis 14. 15. 16. annor. etc. fluere incipiunt, ſingulis menſibus continuant, & circa 49. annum ut plurimum, deſinunt

Rheumatismus eſt maxime morbus Autumnalis. Arthritis ſervat exacerbationes typicas, impetus omni die remittit & revertitur, invadit ut plurimum circa æqvinoctia vel ſolſtitia.

Poda-

Podagra Vere & Autumno præcipue cruciat: Hippocr: Sect. VI. aph. 55. Hora 2da post mediam noctem invadit.

Epilepsia invadit instantanee, ac servat communiter novi- & plenilunia, & qvandoqve qvadras.

Apoplexia ab Hippocr. Sect. 3. aph. 23. ad tempus hyemale & aph. ib. ad imbres assiduos, a Waldschm. ad solstitia, æqvinoctia, pleni. & novilunia refertur. Viris 40. 50. annor. freqventius contingit, & certis regionibus qvasi Endemius est morbus. Semel sanata, intra 3. annos fere lethaliter recurrit.

Paralysis durat sæpe per multos annos, qvamvis in Senioribus cum lingvæ & memoriæ læsione, intra annum sæpius fortior recrudescat: vid Stahl. Theor. med. p. 1201.

Opthalmia vere magis exoritur, & qvandoqve periodica est, imo epidemica sec. Gal. Lusit. & alios.

Catarrhus suffocativus utplurimum brevioris periodi & temporis observatur, maxime hyberni.

Angina eodem tempore, qvo pleuritis freqventius invadit, qvolibet anni tempore nonnunqvam ingruit, brevi saepe jugulat, & Epidemice qvandoqve grassatur.

Asthma convulsivum ingruit derepente & vix ultra 3. diem persistit, & freqventius paroxysmum format.

Pthi-

Pthtisis freqventer ab anno XVIII. ad XXXV. accedit: exacerbatur circa aequinoctia.

Nephritis circa noctem magis cruciat; dolores per aliqvot dies & fere ad 4tum durant. Et est periodica subinde.

Colica ordinario dimidiam vel unam alteramve horam, vel si mitior sit, plures cruciat, qvo vero violentior, plerumqve est brevioris periodi & temporis. Ælianus epidemicam, & Barthol. periodicam observarunt. Endemia & Epidemica simul est, qvae in insulis Caribaeis dominatur.

Passio iiaca, forte ex ingestis crudis, ab Hippocr. Sect. 3. aph. 22. ad Autumnum refertur.

Ischuria utplurimum infra 7. diem jugulat; qvanqvam hinc inde observ. prostent ischuriae curatae, die 11 usqve 19. vid Ionst. Forest. & alii,

Dysenteria Autumni proprie soboles & utpl. initio Augusti incipit, sub epidemica constitutione v. aliqvoties vere observata est, et subinde epidemice grassatur. Solet dysenteria atrocior primo, mitior 2do septenario terminari. Hippocr. Praed. l. 2. c. 30. v. 12. addiem 20. & 40. qvandoqve periodice recurrit.

Cap. XX.

Historia de Consensu & Dependentia morborum.

Morborum conſenſus, qvomodo nempe magnus ſæpius morborum numerus in unum centrum qvaſi confluat, ſuam utilitatem tam in cognoſcendis & dijudicandis morbis, qvam in horum vera Therapia abunde comprobat.

Hæc utilitas tanto clarior exiſtit, qvando conſeqventium, & morborum per ætates, (vid. ſupra Cap. de morb. ætatum) variantium cauſas evidenter videmus, qvi morbi, decenti ordine, uſitatius non ſe invicem praecurrunt, aut inter ſe confuſe decurrunt, ſed ſemper aliqvam obſervant conſpirationem & cognationem. Recte hic morborum per ætatem conſenſus, merito generalis harmonia dicitur.

Sic in hiſtoria medica in genere omnino morborum conſenſus pro diverſitate Temperamentorum quoqve exiſtit, qvi interim aetatis cognationem conſervant. vid. Hiſt. de Temperament.

Porro evidens morborum conſenſus occurrit pro diverſitate Sexus.

Si qvidem in ſexu maſculino haemorrhagiae narium, haemoptyſis, cum ſuis moliminibus, pectoris inflammationes, nephritis, haemorrhoidales, lumbares, podagrici affectus etc: conſpirant;

Uti in ſeqviore cum menſium negotio cohaerent ventriculi & praecordiorum pathemata tormina, flatulentiae, cardialgiae, cephalalgiae, hyſterica paſſio etc.

Qvae

Qvae passiones specialiter in impraegnatione, puerperio, & lactatione sese produnt;

In specie vero superflua sangvinis quantitas, ubi in corporibus offenditur, vitae ac sanitati periculosa existit, & princeps multorum morborum causa saepius evadit.

Inde videmus, qvod plethora omnino consentiat cum hæmorrhagiis præsertim spontaneis activis, Narium, menstruis, hæmorrhoidalibus &c. saepius qvoqve cum secundariis, uti hæmoptysi, vomitu cruento, mictu cruento, & varicibus manantibus.

Imo reliqvæ hæmorrhagiæ, qvæ passivæ habentur, uti lochiorum, vulnerum, cruentationes gingivarum &c. cum plethora præsertim in plethorico statu, ubi largius succedunt, consentiunt.

Cum moliminibus qveqve hæmorrhagicis, & qvidem in Subjectis, qvae olim haemorrhagias perpessa, & ad has valde proclivia sunt, fit consensus.

Hinc evenit, qvo plethora magis commovetur, ut congestiones tales ex motibus eluctatoriis enatæ magis confirmentur, & exacerbentur.

Ideo tales congestorii motus pro ratione ætatis in capite, pectore vel abdomine varios affectus excitant.

Ex his sanguinis congestoriis motibus & inde evenientibus diuturnis detentionibus necessario dein nexu fluit consensus serosorum adfectuum in diversis glandulosis partibus,

tibus, ubi fluidior ſubſtantia ſeroſa ſeſe ſeparat, & excernitur ſub variis ſchematibus, coryiæ, gravedinis, lippitudinis, manationum ex auribus, parotidum, aſthmatis humidæ &c. ubi interim cauſæ externæ occaſionales, & internæ impulſivæ ſemper conſociandæ veniunt.

Ex ſangvine dein facto ſpisſiore enaſcuntur in diverſis partibus diverſæ oppletiones, infarctus, Scirrhi, inflammationes, corruptiones ulceroſæ, ſphaceloſæ, hecticæ etc.

Sic in capite affectus apoplectici, ſoporoſi, vertiginoſi; in pectore, vomicæ, phthiſis, polypi cordis etc. In abdomine, anguſtiæ præcordiorum, cardialgiæ, ſcirrhi hepatis, ſplenis, affectus hypochondriaci, etc.

Plethoricæ congeſtiones ſubinde diſponunt & conſentiunt cum concretionibus membranaceis verrucoſis, fungoſis.

Spasmorum exortus ſimul referri poteſt ad intenſiora molimina hæmorrhagica, & ſic ad plethoram. Qvi ſpasmi utplurimum præcedunt homorrhagias ſponte vel ægre erumpentes.

Sic conſentiunt cum hæmorrhagicis moliminibus arthritis, jschias, nephritis ſimplex, podagra, colica hæmorrhoidalis, malum hypochondriacum, deliria, melancholia, affectus qvandoqve ſoporoſi, apoplectici, paralytici: &c.

Item inflammationes, circa caput, in pectore, in abdomine.

Febres

Febres ſæpe conſentiunt cum plethora, ut ephemera, Synocha ſimplex. Eveniunt inde febres compoſitæ ex acuta & chronica periodo.

Imo cephalalgiæ in febribus ſemper reſpiciunt narium hæmorrhagias, qvanqvam non ſemper ſalutares.

Singularis plethoræ conſenſus cum affectibus ſeroſis & bilioſis ſubinde occurrit, qvando cachexia, œdemata, hydrops, jcterus &c. ex hæmorrhagiis turbatis, & ex hæmorrhoidibus qvartana proveniunt.

Interea minime exiſtimari debet, qvaſi ex ſolo plethoræ fonte omnes affectus reſultent; pro diverſitate enim occaſionum ex aliis etiam cauſis exoriri & demonſtrari poterit conſenſus.

Sic conſentiunt caput cum ventriculo in hemieraniis, & clavis hypochondriaco-hyſtericis: Renes cum pulmonibus, calculus vero cum ventriculo. Spaſmodici convulſivi motus capitis cum hæmorrhoidibus, cum utero.

Sic attenta praxis conſenſum demonſtrat inter febres continuas cum hepate, per icterum criticum: inter intermittentes ſc. in tertiana & qvartana cum liene per tumores, ſcirrhum; imo ipſæ febres ſymboliſant cum motibus hæmorrhagicis.

Flatulentia conſentit cum ſpasmodicis affectibus, calculo, nephritide, podagra, moliminibus hæmorrhagicis, febribus corruptis,

ruptis, diarhæis & dysenteriis perperam suppresfis &c.

Cum pulmonum infarctu consentiunt respirandi difficultas, asthma, catarrhus suffocativus, hæmoptysis, tusfis ferina, pthtisis.

Hepatis, lienis infarctus & scirrhus inseqvuntur cachexia, flatulentia, icterus, hydrops, melancholia, vomitiones cruentæ, nigræ sedes. &c.

Ex hoc morborum consensu omnino discere debet medicus clinicus therapiam veram, securam; qvo in suis semper curationibus respiciat affectum primarium, ex qvo hic vel ille morbus exsuscitatus & prognatus fuerit.

Hæc pauca sufficiunt de consensu morborum dixisse; vid. pluribus Tractatus de cognatione & dependentia morborum ex Foresto ad finem.

Cap. XXI.

Historia de Autocratia naturæ.

Mixtio animalis corruptibilisfima ab interno Agente conservatur nihilominus longisfime, & qvidem inter organa corruptionis, humiditatem, calorem, aerem.

Co-

Conſervatio vero perficitur circulatione ſ. motu progresſivo humorum ad & per ſolidas partes; & qvidem fundamentaliter per Se- & Excretiones corruptibilium portionum, actu vel potentia in humoribus reſidentium.

Secretio peragitur tam motus perpetui beneficio, per pulſum, qvam organorum variorum Colatoriorum, item per Tonum partium, ſpecialisſimam ſtructuram.

Portiones recrementitiæ activiores ſunt vel ſpumido-halituoſæ, & rejiciuntur per poros cutis, ſub ſudoris ſ. tranſpirationis inſenſibilis forma; vel Salino-Sulphureæ, & per renes transcolantur, ſub urinæ forma.

Paulo ſpisſiores ſulphureo-ſalinæ portiones ſecernuntur per hepar, ſub forma bilis.

Crasſiores mucido-mucilaginoſæ imo ſalſæ portiones per inteſtina cum excrementis rejiciuntur.

Et haec eſt ordinaria methodus naturæ autocratoris, qva inſtrumentaliter utitur; quoqve qvando p. n. recrementa e corpore ſub morbis rejicienda.

Subjectum αὐτοκρατίας noſtræ conſtituunt morbi chronicoteri & acuti.

In Chronicoteris haud ita ſolennis eſt actus naturæ, qvoniam omnino differentia tenenda eſt inter noxam præſentiorem, præcipitem, & inter leviorem, longinquam & ſegnem.

In priori caſu vivaci & vegeto imo pertinaci reniſu, in poſteriore vero negligenti; & ſegni obluctatur ut plurimum natura.

In

In morbis naturæ methodus consistit in liberatione & restitutione corporis humani a læsionibus ipsi illatis aut ingruentibus, mediantibus actibus sec. naturam usitatis.

Restitutio est tam clarum negotium, ut demonstratio supervacanea videri possit, v. g. Qvis neget, quod ab intrinseca efficacia, non modo reunio vulnerum, sed erosarum partium restitutio sine figuræ partium notabili alteratione fiat?

Liberatio qvotidie occurrit, uti in assumtis, qvæ animalem mixtionem qvidem non penitus & cito disturbant, interim neque eidem proficuæ, neqve sine noxa longe retinentur v. g. Salia præcipue acriora, acidiora etc.

Qvæ vero, ne longius in humoribus delitеant, Natura autocrator satis mature & tempestioe, mediantibus Se- & excretoriis motibus per Emunctoria ejicit.

Sic in morbidis adflictionibus autocraticus naturæ actus ad suam intentionem implendam semper utitur actibus s. n. usitatis sc. Se- & excretoriis, qvandoque nutritoriis.

Generaliter non semper autocrator in corpore actuales læsiones expectat, sed imminentibus quoqve resistit; harumqve causas, antequam effectum ediderint, subinde expellit.

Et hoc luculenter in febribus observamus. Si enim actualis effectus causæ continentis febrilis expectaretur, certe viscerum Sphacelus

celus in malignis; apoſtemata in benigniori-bus acutis; ulcerationes vel pertinaces Scirrhos in intermittentibus, praeſto eſſet. Qvae vero omnia ne fiant, inſtituitur intenſio motus ſangvinis, ac hic freqventius ad Colatoria congeritur, & expellitur. Unde in febribus partes ſubtiliores per ſudorem, vel exanthemata; crasſiores vero per vomitum, alvum, urinam, bono & felici ſucceſsu eliminantur.

Qvando ergo proportionata commotio febril. adeſt, Se-& Excretionum negotia legitime & ſine impetu procedunt; ibi gravisſimæ febres non modo vitaliter, ſed & tolerabiliter ſuperantur.

Sic æſtus cum actu frigidis, vigiliæ cum opiatis, Sudores vel cum intempeſtivis exſtimulationibus vel, opportune emicantes, cum opprimentibus, critica molimina aut actuales maxime Eccriſes cum cohibentibus improvide tractantur.

Qvod tanto evidentibus videre licet in febribus apud pauperiores, qvi ſæpe absqve ullis medicamentis, evitatis ſaltem refrigerationibus, ſola abſtinentia & qviete, felicius & tranqvillius ſanantur, qvam illorum febres, qvi ſatis pretioſis, variisqve experimentis utuntur.

Interea in acutis tanto manifeſtiores ſunt autocratiæ concurſus, qvanto magis in talibus Energia cauſæ lædentis vegetam & alacrem reſiſtentiam reqvirit.

In chronicis vero malis magis ſeſe exerunt molimina diſcusſoria, & excusſoria, qvam perfectæ παγκρατίαι.

Uti videmus in ſpaſmodicis incompletis motibus, ubi Arthritides non ſecus atqve Cephalalgiæ & Hemicrania recurrentes, modo narium hæmorrhagias moliuntur, aut conſuetas olim, jam vero ſuppresſas, Scarificationes &c. ſudores, laborioſum & ſudoriferum vitæ genus, inſequuntur. Scapularum & humerorum arthritis reſpicit hæmoptyicas eruptiones: lumbaris mictiones cruentas aut calculum Renum: Iſchiadica, hæmorrhoidales excretiones: podagra vel hæmorrhoides vel varicoſos ſanguinis decubitus. &c.

Hæmorrhagiæ narium puerili & adoleſcenti ætati ſolennes, ſed jam ægre procedentes, inferunt cephalalgias, otalgias, opthtalmias, anginas &c.

Hæmoptyſis adolescentis & juvenilis ætatis morbus, haud vero perrumpens, infert phthiſes, rheumatismos, pleuritides, tusſes &c.

Hæmorrhoides virili ætati competentes, non vero eructantes vel ſuppresſæ, inducunt Aſthmata convulſiva, hypochondriaca, colicas hæmorrhoidales, nephriticas, ischiadicas, arthritides &c. In Senioribus inferunt mictiones cruentas, calculum, nephritidem, varices, aut horum loco, gonagram, podagram.

Hydrops

Hydrops, Anasarca spon tanee, sine adhibitis medicamentis, qvandoqve solvitur diarrhæa, largissimis aqveis vomitibus, ingenti sudore, motu assiduo, largissima narium hæmorrhagia &c.

Paralyseos annosæ resolutio per timorem, iracundiam ab observatoribus docetur.

Præservativi motus autocratici elucent in diarrhæis spontaneis, & sudoribus, vel statis temporibus, vere & Autumno, vel ex diætetico errore sc. pingvibus &c, vel certis tempestatum mutationibus contingentibus. Contra suppressi tales motus autocratici, accersunt varias alias graves passiones.

Idem tenendum de epilepsiæ solutione sub pubertatis tempore; morborum solutiones virgineorum adminiculo matrimonii, graviditatis, partus, lochiorum etc. Hypochondriorum pathemata per menses & hæmorrhoides fluentes solvuntur etc.

Naturæ vero constantia in agendo vel ejus aberratio exacte conuenit cum rationalibus s. animi motibus in patiente; ut in segnibus, segniter; in præcipitibus, præcipitanter; in tranqvillis, placide hi actus perpetrentur:

Ubi semper conspirant in corpore viarum libertas, ætas & vigor corporis. Itidem huc referri debet, qvod illi, qvi rationali actui impensius dediti sunt, gravius fere in morbis laborent, quam simpliciores & incurii.

Ex hiſce motibus naturæ medicatricis uſum Therapeuticum ſumere debet medicus, qvod primo ex variis hujusmodi moliminibus & excusſionibus autocraticis diſcat veras cauſas variorum affectuum: ſecundo, qvod medicus motus organa & tempora in omnibus ſubjectis Se- & Excretionum perſpiciat & cognoſcat. Denique, qvod concurrentibus hiſce motibus, & tempeſtiva eorundem promotione, curationem & certisſimam, & ſecurisſimam perſpiciat, nempe.

Ars in ſuis adminiſtrationibus naturam vel excitet, promoveat, exſtimulet; vel, ubi aliena irrita & effera molimina, ſedet, cohibeat, vel in viam reducat errantem.

Ubi itaqve plethora onerat corpus & reſpicit eructationem, ac ſubſiſtit in moliminibus, externus Medicus diſcat methodum interni, & ſic ægroto imperet diætæ moderamen, motum laborioſum conſumptorium; vel ad minimum propter luxum ſeculi & mores corruptos ſvadeat tolerabilium hæmorhagiarum puerilium tolerationem; circa adoleſcentis vero confinia, Scarificationes circa Ver & Autumnum: In Juvenibus ſecurius V. S.

Porro inflammatio profundior, ſi moderate pergat, ſuppuratur ſine omni periculo. Si huic vero actuale frigus, inſrigidantia, ſtupefacientia, adſtringentia adplicentur, vel fit putredo ſ. ſphacelus; vel fit Scirrhus, vel

vel maligna ulceratio: erstifte Schäden, Todten-Bruch. Inde optime facit medicus saltem moderare inflammationem.

Si Hæmorrhagiæ omnis generis depletiones abundantis sangvinis intendant, & recte succedant, noxæ nullæ; Sin impeditior sit successus, oriuntur congestiones in vicinia, unde pro diversitate ætatis, temperamentorum etc. varia truculenta symptomata.

Sic in febribus autocratica naturæ methodus ab externo medico itidem probe attendenda est; sc. qvid sit paroxysmus, & qvod cum paroxysmo ordinario medicari, sit optima & certissima methodus; sc. per corrigentia, alterantia, temperantia, absorbentia, leniter diuretica, diaphoretica, diluentia sufficientia; non vero per confusa vomitoria, purgantia, sudorifera, regimina præpostera, V. S. intempestivas, &c.



II.

Hiſtoriæ Medicæ Pars ſpecialis

De

Morborum ſingulorum circumſtantiis, phænomenis, ſymptomatibus esſentialibus & accidentalibus particulariter.

Sect. I. de

Anomaliis pulſus S. Febribus.

Cap. I.

Hiſtoria febrium in genere.

Qvoad Subjecta docet experientia, qvod febres non tam facile & crebro uni eidemqve homini per totum vitæ tempus eveniant, præcipue diverſarum ſpecierum.

Sunt vero ad eas proclives plethorici, cholerici, & qvi animi ſunt activioris, ad iram & terrorem proni; minus Melancholici, & phlegmatici; magis juvenes & adoleſcentes qvam ſeniores, imprimis ad acutas: Seniores,

res magis [qvartana, hectica,] lenta afficiuntur.

Causæ antecedentes variant pro diversitate febrium acutarum vel chronicarum. Potissimum vero in genere contribuunt omnes res non naturales, animi pathemata, transpirationis, mensium, hæmorrhoidum turbæ etc.

Symptomata sunt: circa vitalium actionum insignes alterationes: α) appetitus languidus, vel plane abolitus vel nauseosus; in qvartana vero fit appetitus major subinde; imo nimius, certis etiam eduliis insolitis intentus.

β.) Concoctio læsa, hinc carnes difficilius, vegetabilia facilius feruntur. Cibus perperam ingestus, cardialgias, frigus extremorum, sudores anxios frigidos, virium Jacturam, deniqve totius morbi pejorem successum progenerat.

γ) Motus præterea sanguinis sensibiliter alteratur per pulsum celeriorem, respirationem laboriosiorem; hinc calor, color, dolor, inflatio aut exinanitio vasorum. A toni alteratione procedit horror, rigor cum æstu inseqvente.

δ) Has comitantur valde sensibiles actuum animalium & rationalium alterationes; Siqvidem sensus externi intenduntur; gustus & tactus depravatio; somni & qvietis cessatio,

latio; langvor corporis; inſomnia, deliria adſunt.

ε) Deinde tempora & ſtatæ periodi motuum febrilium notantur. Initium eſt primus paroxysmus & inſultus; qvi per opportunam evacuationem materiae morbificæ in herba ſubinde ſupprimi poteſt, qvod aliâs noxium conamen. Incrementum eſt, dum virium lapſus, anxietas, æſtus, cephalalgia, ſitis continuant. Status eſt, ubi hæc ſymptomata ἀκμὴν ſunt nacta. Declinatio eſt, cum ſub motibus & temporibus criticis hæc omnia fiunt tranqvilliora & tolerabiliora.

ζ] Excretionum inſuper alterationes ſunt notabiles. 1. Urina loco citrini offert colorem aurantium, imo magis rutilantem, dum calet; refrigerata evadit plane turbida, vel deponit ſub declinatione ſedimentum, aliqua ſuperſtante urina qvodammodo pellucida. Hoc ſignum eſt ſalutaris eventus, ſi vero deficit, funeſti.

2. Sudor, ſi legitimo tempore ſub paroxysmorum remisſione prodeat, bonum: regimine qvieto, temperato promovendus. Si vero ante hoc juſtum tempus vel ſponte vel arte prodeat, malum. Ejus emanſio trahit poſt ſe in acutis anxietates, æſtus internos, virium dejectiônes, deliria, convulſiones, mortem; in Chronicis vero diuturnitatem aut tranſitum in acutas.

3. Excretio alvina & emetica in certis ſolum

lum febribus contingunt; uti diarrhæa in malignis, vomitus in tertiana, utrumqve in biliosis.

4. Hæmorrhagiæ denique vel in primo conatu, vel ultima crisi à natura instituuntur.

η) Ejusmodi vero excretiones convenientes succedentes seqviturEuphoria; unde omnis exacerbatio remittit, animi & corporis alacritas accedit, item somnus & appetitus redit.

Ante criticos vero dies, si mutatio in melius & remissio obtingat, malum, & hoc eo magis per negligentem tractationem; nisi critico tempore confirmetur; imo intermittentium præmaturæ cohibitiones sunt malae conseqventiae.

θ) Inde patet, omnis generis febres freqventius restitui sine medicamentis, sola abstinentia, qviete, animi tranqvillitate, spontaneis evacuationibus, sc. per sudores, diarrhaeas, vomitus, urinam: & qvidem hac naturae medicantis methodo aeqve certe ac secure, qvam externa medicatione, maxime vulgari, heroicarum commotionum.

ι) Contrarium vero evenit Subjectis nimis valetudinariis, sc. pectoris, hepatis capitis &c. vitiis laborantibus, qvæ facile sanguinis intensiorem commotionem incurrunt, & hectici, phthisici, ascitici evadunt, maxime in senioribus aut minus vegetis.

In aliis ſæpe lucta febrilis periculoſas diſpoſitiones corrigit.

θ) Externa medicina ſine aut contra has internas luctas parum valet; præſertim ſi motus febrilis, calor, excretionum molimen, periodica exacerbatio &c. turbetur, gravior inde redditur morbus, unde plures febricitantes ſine medicis convaleſcunt, qvam per medicos.

Cap. II.

Hiſtoria febris Epidemicæ, malignæ in genere.

Indoles febrium continuarum ſtatim innoteſcit, ſi æſtus in primo paroxysmo plurimum ultra 12 imo 16. horas duraverit.

Uti febri in genere competit certa temporis ratio; ita imprimis acuta habet ſtata tempora exoriendi, increſcendi, ſubſiſtendi, ac remittendi.

Recte vero decurrens febris habet evidentem sangvinis commotionem, & conſeqventis caloris p. n. vicisſitudines.

Tendit ad eccriſes vel ſucceſſivas lenes diapnoicas; vel confertas exanthematicas aut criticas.

Acuta ſtata commotiones excretorias ſangvinis non habet, niſi in principio, aut ſub declinatione circa dies criticos.

Habet

Habet hæc febris manifeſtas alterationes Urinæ; Bene enim decurrens diebus ſtatis concoctionis, turbationis, ſedimenti indicia præbet: sivero nihil mutetur, aut mutatam denuo cruda ſeqvatur, malum.

Magis vero & utilius acuta tendit ad excretiones periphericas, qvam ad introrſum ſpectantes, non tamen niſi ſtatis temporibus & graduali augmento in diaphoreſin tendit.

Sine ſufficienti tali & tempeſtiva diaphoreſi tendit in lentam, ſuccedentibus ſudoribus colliqvativis.

Si talis febris criticis ſuis temporibus exactius incidat in lunæ duas præcipuas mutationes, Novi & plenilunium, imprimis poſterius, eſt longe periculoſior, qvam extra hæc.

Epidemica dignoſcitur ab acuta benigniore ex freqventia ægrorum, convenientia, item modo invadendi ac ſymptomatum.

Omnes tales febres aliqvid monſtri alunt, ſi malignæ ſunt, licet benigniores typos ſimulent; unde etiam ex tertianis epidemicis multi moriuntur.

Sic tales ordinario continuant, qvantumcunque diſſimulate, ut & ex uno typo in alterum ruant: curatæ quoqve facillime recidivent, aut in lentas hecticas abeant.

Reſpondent vero typis communiter illi anni tempori, in qvod incidunt, conuenientibus; ſc. Vere, tertianario: Autumno qvartanario: Vere adultiore, pleuritico: Autumno

tumno humidiore, catarrhali, tusſiculoſo; æſtate dyſenterico etc. ordine graſſantur.

Therapia in epidemicis malignis regimen & medicamentum æſtuoſius, item adſtringens terreum noxium dicit: pariter V. Stiones, refrigeria, opiata, purgantia noxia. Contra materiæ tenuis putredinoſæ halituoſa excretio ſub motibus & temporibus criticis promota, per alexipharmaca temperantia, acida, aq. diapnoic. interpoſitis analepticis, diluentibus utilis exiſtit. Regimen qvietum contra jectigationes commendatur, in convaleſcentibus nocent injuriæ aeris; Contra moderatus hinæ cum alexipharmacis refracta doſi continuandus eſt uſus.

Cap. III.

Hiſtoria petechialis malignæ.

Contagioſa hæc febris graſſatur per omnes generis Subjecta; magis vero invadit tenera, otioſa, timida, ac aeris injuriis minus adſveta.

Sibi interim relictæ, non perturbatæ, hiſtoria hæc eſt & ordinario occurrit; qvod ægri primo Catarrhali moleſtia afficiantur cum tuſſi non adeo ſicca, gravedine, Coryza & torpedine membrorum, ſicuti in catarrhali coryza contagioſa; hoc tamen contagium certa anni aerisqve conſtitutione ſegneſcere qvandoque videtur, ut 3. 4. ſeptimanarum intervallo aliqvi

aliqvi corripiantur ex illa familia, in qua antea qvis hoc morbo decubuit.

Autumnali præcipue tempore ægri experiuntur per plures dies gravedinem, Coryzam, branchum, tusſim &c. qvi affectus vero ex improviſo cohibiti, aut non libere ſuccedentes, hanc facile febrem excitant, cum languore, torpore, horripilatione, rigore, maxime ſub aura liberiore.

Qvod in genere de epidemicis dictum, hic repetendum; ſc. ſub vere pleuriſes aut tertianarias mentitur; Martio, Aprili, Majo, Junio calidioribus, cauſos, cholericas, cardialgias; Iulio, Auguſto dyſentericas; Septembri, Octobri, catarrhales cum multa tusſi.

Qvæ vero ex ſolo contagio ſubnaſcuntur, ut plurimum ſine tusſi prodeunt.

Cauſæ procatarcticæ potisſimum ſunt aeris varia irregularis conſtitutio, potus & cibus fermenteſcens, animi pathemata, præcipue timor, iraqve ſuppresſa, refrigeratio corporis exæſtuantis, contagium.

Tempus invaſionis eſt veſpera, hora 5. 6. cum frigore horrido & rigido, tenſione in dorſo; ubi nec pedes, tibiæ ſenſu ſtringente carent. Hic horror non durat apud ſingulos per æqvale tempus.

Succedit calor ſatis fortis cum anguſtia præcordiali. Durat æſtus, pro menſura plethoræ præ, ſertim dimetiendus, per horas

multas

multas ac totam fere noctem, ita ut in primis paroxyſmis calor usqve ad novam exacerbationem maneat.

Sudor vero in his primis paroxyſmis vix niſi ſummo continentiæ regimine qvieto & qvidem declinante paroxyſmo mane ſentitur, & qvidem ſubtilisſimi halitus forma; qvod ſi fiat, inſeqventium paroxysmorum inſultum mitigat.

Per noctem interim acerbiora omnia ſymptomata comparent, ſc. inqvietudo, oris ſiccitas major. &c.

Qvando vero tranſpiratio, qvæ admodum necesſaria, retardatur, ac partes inferiores refrigerantur, facile deliria accedunt.

Hæc exacerbatio, ſine tamen frigore, repetitur die ſecundo eodem, qvo pridie invaſerat, veſpertino tempore, durans per æqve longum tempus: imo fortior ſæpe eſt, donec verſus meridiem vsqve ad veſperam iterum paululum remittat. Sicqve durat in ſeqventibus diebus usqve ad 4. diem, ingravescendo magis qvam decrescendo. Poſt 4. diem reliqvi paroxysmi non ſolum nihil augescunt, ſed potius, ſi cætera bene ſuccedant, ad ſenſum mitescunt.

Ulteriore recrudeſcente paroxysmo, delaſſatio, dolor capitis, tusſis magis increſcunt, & qvidem tusſis maxime, dum multi ante paroxysmum nil tuſſiunt, redeunte vero exacerbatione, ſumma tusſi corrripiuntur, indeqve

deqve eo pejus afficiuntur. Imo ſæpe tusſis index eſt paroxysmi redeuntis.

Sub hoc rerum ſtatu eſt qvaſi characteriſma ſpecificum, ſumma lasſitudo, vibrationes in artubus, præcipue in ulnis & ſuris, in dorſo in adultis; in infantibus ex horum motuum exacerbatione convulſiones, pavores in ſomno, primis ſtatim diebus, accedunt.

Somnus abeſt, ſine tamen conſpicua hujus defectus cauſa. Hinc leviter saltem dormituriunt, qvando dormiunt. Nec etiam incommodo inde, nedum damno afficiuntur, a delirio & ſtuporibus alieni, imprimis ſi tranqvillam mentem ſervent. Si ergo medicamentis ſollicitetur ſomnus, gravis eſt, morbumqve magis turbans.

Occurrunt nonnunqvam aliqvi, maxime juniores, qvi in ſtatu morbi ſomno potius qvam vigiliis laborant, qvod vix non pro comate ſomnolento haberi poſſet, niſi & ad poſcendum potum & excretiones perpetrandas ſponte evigilarent, qvibus peractis, ſtatim iterum in ſomnum relabuntur, non qvidem anxium, ſuſpirioſum, ſed naturali non abſimilem & ſatis æqualem. Hi ſine ullis peculiariter contra hunc affectum remediis directis, ſed illis tantum, qvæ ipſi morbo deſtinantur, ad ſe redeunt.

Cephalalgiæ vix unqvam tanto impetu angunt, ut ipſis directe remedium neceſſe eſſet, Notatu dignum vero, qvod illi ægri, qvi nota-

notabilioribus capitis doloribus afficiuntur, communiter minus periculosi deprehendantur, quam isti, in qvibus imprimis plane nullus in capite sensus molestus occurrit.

Sicuti in genere notandum, ubi ægri nullius morbi sibi conscii esse videntur, licet de reliquo mente constent, præter lassitudinem insignem, appetitum plane deficientem, somnum nullum aut levem etc. qvod ibi ordinario maximum soleat esse periculum.

Exqvisita ordinarie adest inappetentia, nausea, nisi ad cibum coactis, nulla positiva est. Nulla ad vomitum inclinatio, nisi in individualibus forte dispositionibus & ventriculi statu, jam magis ante morbum onerato: & qvidem exemplis satis raris.

Plerique sitim qvidem satis sentiunt, non tamen adeo enormem. Alii qvidem sunt valde sitientes, sed cerevisiam, alias usitatam respuunt. Qvidam fastidio qvodam cerevisiæ & aliorum decoctorum afficiuntur. Qvo magis v: sitis deficit, eo pejoris ominis res est.

Potus aqveus tepidus nil facessit negotii, licet largus sit; qvi calido potui sunt addicti, illi utiliter talibus uti pergunt.

Interea ægri notabilem contabescentiam incurrunt; licet in hac febre, uti in aliis lentis etc. nil adeo magni periculi alat, cum superato morbo facile flos corporis recuperetur.

Durat hæc febris ad 7. 11. interdum 12. diem;

diem; ubi ſæpe concurrens ſpecialis dolor tendens, trahens, dorſi artuumqve præcurſor eſt Macularum, & id ſæpe 4. 7. die, imo initio, ſed non niſi paucis individuis; erumpunt disperſæ, magis vero circa artus, pectus, ſcapulas, non æqve in facie & abdomine conſpiciuntur. Posſunt etiam exaſperari, uti variolæ, morbilli; imo benignior earum conditio, medicationum fortiorum interventu, præter ſolitum exacerbari poteſt.

Interdum puſtulæ ex ipſis maculis apparent. Si paucæ, emergunt ægroti communiter: ſi multæ, moriuntur. Hæ maculæ ſunt huic febri & qvidem ſoli propriæ, ſed tamen non perpetuæ; humores enim qvandoqve ſolum per diaphoreſin ventilantur, unde magis petechizans nuncupari poterit.

Neqve tantum ſunt ſymptomaticæ, ſed criticæ hæ febres: qvamvis non exqviſite criticos dies vel horas ſeqvantur; eccriſin tamen utilem habent, imprimis ſibi relictæ, decenter expeditæ magis, qvam promotæ, non vero intempeſtive retardatæ.

Qvi ægri methodo leniore, naturæ convenientiore tractantur, illi rarius, pallidius, maculas ſuas exhibent, criticis aut certe proximis temporibus; ſet, ſub diverſis methodis copioſius, impetuoſius, imo præmature, aut juſto tardius, prorumpunt.

Maculæ, qvo tardius circa 7. diem erumpunt, eo melius: qvo vero citius, eo magis

vagæ & periculoſæ; ſi nimis copioſae uno impetu prodeant, plerumqve funeſtæ ſunt. Maculæ roſeæ, pallidiores, rubellæ tamen & floridæ, meliores ſunt quam obſcuræ, lividæ, perſiſtunt 3. 4. dies & evaneſcunt ſenſi Maculæ, qvæ poſt 7. diem erumpunt, ſi nil levant, nil boni ſperandum, niſi die 3. poſt appareant in maculis puſtulæ ſive purpura alba, ubi iterum bona ſpes affulget. Ita purpuræ ſuccesſus ſæpe exſpectandus, ſi petechias nec melioratio, nec deterioratio ſubſeqvatur, licet tales efflorescentiæ cum gravioribus anxietatibus & virium jacturis ingruere ſoleant.

Qvod ſi vero talis purpura una cum petechiis appareat, periculoſum eſt, & ſubeſt plerumqve impulſus diaphoreticus.

Diarrhæa poſt purpuram, petechias non recte ſuccedentes inſeqventem, utilis eſt. In genere diarrhæa circa ſtatum & declinationem plus commodi qvam damni adfert; alvi adſtrictio, contra. Unde nunquam ſiſtenda, ſed nitroſorum & alexipharm: uſus iterandus. In principio v. ambigui eventus eſt diarrhæa. Obſtructio o auget ſymptomata, delirium, aphthas etc.

Aphtæ & prunellæ ſunt familiares huic febri, maxime alvo adſtricta; ſi inſoleſcant, funeſtum indicium exhibent, imprimis ſi ad aliqvot dies invaluerint; Wenn der hals in 2 Tagen gelb wirdt, und das man das gelbe Waſſer mit einem Pinſel abſtreichen kan, auch in den Oeſopha

go

go zusehen ist. Hæmorrhagiæ ordinariæ aut criticæ, haud eveniunt. In principio debilitatem majorem, mentis abalienationem, anginas, mature adducunt, cum vagis præcordiorum angustiis. Excitantur etiam in statu, maxime sub alvi siccitate.

Sudores largi præsertim ab initio salutares raro sunt. Qvo minus v. mador halituosus exit, eo æstus gravius & diutius affligit, cum periculosioribus symptomatibus. In moderato calido regimine 4 ad minimum die & seqventibus paroxysmis inter horam matutinam 4 vel 7. lenis erumpit sudor, non sine notabili levamine.

In qvibus materia majoris corruptionis abundat, in illis sæpe talis halituosa excretio successu continuo gaudet, magis tamen tepescente paroxysmo prodiens.

Regimen tamen ultra frigoris exclusionem non debet extendi. Tale qvi cum continentiæ qvietæ molestia excusant, aut qvasdam corporis partes denudando refrigerant, mox aphthas periculosas incurrunt, & qvidem eo maligniores, qvo impetuosiores ingruunt.

Contra qvi in anxio nimis calore continentur, in illis, in principio qvidem, magna prolicitur sudois copia, su cum insigni debilitatione.

Si vero hic sudor in morbi augmento pertinaciter supprimatur; symptomata exacerbantur, petechiæ monadicæ, inconstantes, dispersæ micant, & iterum recedunt,

cum fatali morbi exitu. Inde

Faucium inflammatorium vitium ſuccedit cum funeſta cataſtrophe, qvam in plethoricis incondita regimina una cum fervidis medicamentis accerſunt.

Urina eſt rubella, vel poſt refrigerium turbatur; deponit conſiſtentiam lacteo-roſeam, levi flavedine pallentem, & ſimul vitrum, in quo eſt, alba cuticula imbuit.

Symptomata ergo in hac febre ſunt ex una parte catarrhalia, ex altera vero maligna & petechialia: hinc ſecundum poſteriora admodum placide & provide tractari debet.

Differentia hujus febris a caſtrenſi non eſt in eſſentia, ſed qvoad accidentia, & qvidem I) qvoad regimen in nuditate, frigore aeris, tempeſtatum injuriis repoſitum, decubitus qve in nuda humo; æſtus diurnus accedens inæqvalitatem auget. In potu nullum regimen. II) Qvoad diætam prægresſam occurrunt inopia, cibi olim ſitu confecti, nunc vero luxus; aqva fæculenta, impuræ cereviſiæ, vini & ſpirituum ardentium abuſus. III) Qvoad medicationem occurrunt tot monſtra, maxime diapnoes defectus vel excesſus; uſus opiatorum, emeticorum enæ V. Sect. &c.

Qvoad exitum hæc febris, ſibi relicta, eſt lenis, & in ſuo genere lenta, nec ad peracutum ſtatum proclivis. Ordinarie non incipit nec deſinit cum evacuatione, niſi

qvod

qvod ad diarrhæam in ſtatu praecipue ſeneſcente inclinet. Unde aegri, hac febre placide laborantes certius evadunt. Qvi vero aliis evacuatoriis commotionibus corripiuntur, pesſime habent, & vitae periculum incurrunt. Qvoad medicationes, qvantum hae a placido aeqvali decurſu aberrant, tantum Febres a leniore exitu recedunt.

Hinc I.) vomitoria in primo principio ſubjectisqve robuſtis ſunt adhuc tolerabilia. Qvodſi vero aeger, maxime faemina, a primo paroxyſmo gravius afficiatur, & vomitus lentius ſuſcipiatur, alvo ſicciore, accedunt in ipſo vomitu enormes anxietates cardialgicae, & typus lenior in turbationem deicitur.

Circa criticos dies ex levi cauſa revocantur vomitus, reliquum progresſum turbantes, facileqve funeſtum exitum adducentes.

II.) Purgationes pariter hanc typicam febrim initio turbant, maxime diapnoicam diſcusſionem revocant.

III) V. Stio, in vere non adeo abſolute, aeſtate vero, hyeme & autumno, certa mors eſt. Non habet uſum nec necesſitatem: imo nunqvam ſine periculo eſſe ſolet.

Si qvidem porro 7. 9. 11. incompletam congeſtionem haemorrhagicam, ad caput attrahit qvae erumpere per nares neſciens, fauces occupat, aphthas producit, nec non ſtagnationem ſanguinis intra caput, qvæ cum delirio,

comate, lethargo inde ſuccedentibus, aegrum jugulat.

In tali ſtatu, ſi hæmorrhagia Narium V. S. nem admiſſam ſubſeqvatur, in aliqvibus aliqva ſpes ſanationis eſt.

Sudores in principio præmaturi ſunt, ut ſupra dictum, & typum turbant; item facile vel colliqvativos vel ſuppresſiones cauſantur.

Si vero die 7. 8. ſudor fervidis medicamentis urgeatur, ſaturatæ exeunt maculæ, raro felicis eventus futuræ.

Inter juvantia vero experientia commendat, qvæ præc. cap. dicta ſunt; ſc. Febrem leniter ſuccedentem expectare, adjuvare, congruo tempore, criticos motus. Illa porro commendat præcipitantia, colliqvantia abſorb. acido citr. tart. ſatur. nitroſa verſus paroxysmum; Alexiph. eo exeunte; in Infantibus tenuiora diapnoica. In Maribus acida nitroſa interpoſitis alexiph. conducunt. Absqve his confert abſtinentia & exſpectationis cura.

Cap. IV.

Hiſtoria Peſtis.

Peſtis eſt morbus ſumme contagioſus & epidemius: ut plurimum flagellum Dei.

Qvoad ſubjecta: peſtis omnis generis homines juniores, adultiores, præcipue vero juni-

juvenes plethoricos, cholericos, floridioris habitus &, ut ex Polonia relationes retulerunt, fœminas juniores, juvenculas invadit.

Incredibili celeritate urbem imo totam regionem inficit, per aliqvot menses furit, tandemqve remittit, & per dimidium vel totum sæculum sæpe (nisi ubi endemia est, uti Constantinopoli) non rediens.

Qvoad anni tempus plerumqve æstatem servat.

Subjecta, qvæ peste corripiuntur, compluribus symptomatibus obnoxia sunt, qvæ febrem petechialem antecedunt, vel concomitantur, licet hic gradu multo vehementiore.

Contribuunt vero magis ad pestem, aer inqvinatus, mala victus ratio, annonæ caritas, metus & imaginatio timida, otia, exundatio aqvarum putrilaginem relinqvens, retentiones transpirationis, urinæ, mensium, hæmorrhoidum: Exhalationes corporum post magnam stragem; Effluvia venenosa etc.

Vulgo inter pestem & febrem pestilentialem aliqvalis differentia ponitur. Siqvidem observare licuit, qvod pestis sine febrili evidenti motu contigerit, raro interim. Variat qvoqve aliqvando nonnullis symptomatibus, aliumqve simulat genium; & hoc pro diversitate locorum, subjectorum, & temporum. Interim essentiales circumstantiæ ubiqve conspirant.

In multis convenit cum febre petechiali.

Pathognomonicum vero ſignum conſtituunt bubones & anthraces, pluribus evenientes.

Hinc hi tumores bubonodes ob præcipitem ad ſphaceloſam corruptionem diſpoſitionem cum magnis anxietatibus, doloribus, lipothymiis &c. bene diſcernendi ab aliis tumoribus bubonodeis ſimplicibus.

Eventus ſimul characteriſat peſtem, qvi familiariter apud plerosqve eſt lethalis &c.

Invadit cum doloribus capitis, ventris, dorſi, intercurrente frigore, horrore, vertigine (düſterkeit des Haupts, daß ihnen Grün und Gelb vor den Augen wird) his ſuccedunt ſumma anxietas præcordialis, calor diverſi gradus, pulſus inordinatus, lentus, debilis, cum inſigni debilitate, & conatibus vomibundis anxiis.

Poſtridie augeſcunt ſymptomata usqve ad mentis perturbationem, & qvidem eo vehementius, qvo diutius ſe & excretiones retardantur: ubi vero vomitus vehementiores, diarrheæ, hæmorrhagiæ enormes, lethargus, convulſiones, ſyncope accedunt, ſunt imminentis mortis prænuncii: antea tamen plerumqve ſudores multi colliqvantes, lividæ, fuſcæ, nigræ maculæ & anthraces erumpunt.

Tempeſtiva qvieta & lenis diapnoë per dies 3. 4. & bubones in locis glanduloſis, parotidibus, poſt aures, ſub axillis, in inguinibus &c. ſuccedentes & maturationi haud difficulter obſeqventes, morbum intra 8. dies minuunt.

Recen-

Recensitas circumstantias universales sequuntur nunc particulariores secundum naturam Subjectorum, rationem curationis &c.

Varia temperamenta varia etiam symptomata incurrunt. Unde Sanguinei vehementes dolores, deliria, debilitates, sudores, hæmorrhagias &c. Cholerici vomitus impetuosiores, diarrhæas, fortiora deliria & hæmorrhagias; Melancholici majores anxietates, dolores, debilitates, minus sudores; phlegmatici lethargum, dolores artuum, vomitus sustinent.

Pro diversitate temperamentorum etiam diversus respondet exitus: unde in Cholericis erumpunt facile petechiæ cum carbunculis; in Sanguineis petechiæ cum bubonibus; in Phlegmaticis bubones lente prodeuntes, nec ita pestiferi; in Melancholicis bubones cito & facile exeuntes.

Melancholici sæpius a contagio immunes sunt, uti & podagrici, calculosi, hectici. Sic ulcera, scabies &c. præservant.

Peculiaris & rara est circumstantia, unum subjectum bis â contagio mortis periculum subire.

Illa freqventior est, qvando febres catarrhales malignæ (rarius vermium excretiones) præcesserint, gravidæ facile abortierint etc. nonnunqvam dysenteria pestem insecuta est.

Rarissime pestes hominum & brutorum inter se communicant.

Prognoſis hæc eſt omnia ſymptomata ſunt periculoſa & raro ſortiuntur eventum bonum. Interim peſtis omnium conſenſu tribus modis ſalutariter excurrit: e. g.

α) Largis ſudoribus in ipſo initio, β.) bubonibus, γ.) Anthracibus, ſed utrisqve his mature & ſatis prompte erumpentibus.

E contra funeſte:

α.) qvibus nulla talis excretio tempeſtiva obtingit, β.) vel emicans iterum diſparet & retrocedit γ.) vel plane ad interiora ſecretoria & excretoria organa defertur, & varios ſonticos affectus format.

Ideo, qvoniam peſtiferum miasma ſumme ſubtile eſt, hinc prudens & conſtans indicatio curatoria deſumi debet, qvam optime per lenem & tranqvillam tranſpirationem ſemper proſeqvatur medicus.

Cap. V.

Hiſtoria variolarum & morbillorum.

Novum Europæis eſſe morbum, uti petechiæ, & lues Venerea, aliqvi putant, cum Orientales medici nil de eo ſcripſerint. Maxime ex Africa ad nos delatus eſt; cum Nigris talis affectus cutaneus per omnes ætates valde familiaris, ut-

utpote forte ex diurno æſtu & nocturno frigore oriundus.

Alii male incuſant ſangvinis menſtrui impuritatem, cum & gravidæ menſtruatæ prolem varioloſam edant

Interim eſt materia maligna, qvæ contagii inſtar inficit.

Omnis homo ad variolas diſpoſitus eſt; ita ut etiam provectiores ab hoc contagio immunes non maneant. Infantilis & puerilis ætas facilius occupatur. Nec facile bis afficit homines, ut fæminarum traditio eſt, qvod qvi in plantis pedum nullas gerant, altera vice hunc morbum incurrant. Adultioribus majus periculum afferunt.

In omni vero ætate facile in progreſſu ſuo turbantur: per ſe vero non tanti periculi ſunt, exemplo plebejæ experientiæ: niſi ab adventitiis cauſis.

Variolæ ut plurimum gravitate morbillos ſuperant; licet etiam pro diverſitate temporum & annorum ſubinde maligniores, interdum mitiores reperiantur.

Communiter cum febre incedunt; qvanquam hiſtoria medica teſtetur, qvod & in individuis ſine febre qvandoqve decurrant.

Cauſæ antecedentes excitantes ſubinde ſunt: aer contagioſus inqvinatus, crapula, corporis motus immodicus, vel nimia deſidia, ſomnus & vigiliæ vel excedentes vel deficientes, ſudationes vel purgationes aſſvetæ

nter-

intermiſſæ aut neglectæ, terror, metus, & converſatio cum varioloſis etc.

Servant, imprimis in progreſſu, ſtatam periodum; eruptionis a 3. ad 7. diem; maturationis a 7. ad 11. deſiccationis ab 11. ad 14. Sine typis tamen decurſus abſolutiur.

Invaſio prima fit ſine horrore aut frigore notabili; ubi vero tale qvid, & pulſus ataxia, motus convulſivi concurrunt, prognoſis deterior eſt, & metus inflammatoriæ invaſionis in aliquo viſcere.

Oritur, poſt meridiem maxime, languor, laſſitudo, calor ſat levis, capitis turbatio gravativa, vertiginoſa, ciborum faſtidium: in qvibusdam odor amarus & adverſus, rarius nec valde utiliter Vomitus.

Multis teneriorum juniorum eveniunt tormina in abdomine, qvæ tamen, niſi vermium proventus adſit & hi plerumqve mali ominis, parvæ conſiderationis ſunt.

Accedit plerumqve tuſſis & pectoris infarctus, dolor dorſi tenſivus, & leviter punctorius.

Convulſiones ſub eruptione ſæpe accedunt, ſed non freqventer aut necesſario. Si vero minus freqventes aut vehementes eo minus periculi ſubeſt, præſertim in ſubjectis ad eas qvaſi adſuetis.

Tertio die vel qvarti initio erumpunt puſtulæ, primo exiguæ milii inſtar cum rubore ambiente, augeſcunt tamen pedetentim, ut

ut magnitudinem ciceris imo minimi pisi adæqvent.

Turgent semi-pellucido humore, qvi sensim 2. 3. dierum spatio magis magisqve spissescit & purulentam consistentiam inducit. Durat itaqve eruptio a die 3. ad 7. Fit eruptio sine insignibus alterationibus febrilibus, sine excretionibus multis sudorum.

Si vero eruptio simul & semel præpostere aut inconstanter ante 3. 4. diem contingat, vel ex nimia copia ulceratio copiosior fiat: tunc vel facile regurgitat impetus, vel nimia inflatio prægravat naturam, ut utrinqve opus deserere cogatur.

Obstructio alvi eruptionis tempore est pene ordinaria, nec tunc temporis irritanda. Si vero ante variolarum eruptionem nimis diu extiterit adstrictio alvi, diarrhæam gravem post se trahit sub eruptione retrocessionem inducentem: uti contra variolæ retrocedentes diarrhæam & convulsiones causantur.

Moderata vero diarrhæa in initio sponte accedens, raro nocet; sed tempore eruptionis impetuosius continuans, aut immoderate exoriens haud bonae notae est.

Circa 7. diem non modo pure turgidæ apparent pustulæ, sed & rubet circumferentia: sin vero pallet, mali ominis est.

Extuberant fastigiatæ pustulæ bullulis similes, rotundæ bono; sessiles v. & depressæ in medio

medio, malo; circumcirca pallentes pesſimo omine, uti & lividæ. Qvæ vero limpidæ manent, & mature rumpuntur, ſind die weiſſen Pocken. Qvæ acuminatæ, die Spitz-Pocken. Utræqve mitiores exiſtunt. Mature ſubſidentes ſ. dehiſcentes cum ſangvineo qvaſi nigro ſtigmate, loco puris, in adultis plerunqve, in infantibus non ita abſolute, lethales. Qvale qvid etiam evenire ſolet, ſi urina copioſa ſub ſuppuratione prodeat.

Ab XI. die ſponte disruptæ, effuſa purulenta ſanie, ſubſidere incipiunt; innaſcitur ſiccescens cruſta, qvæ verſus 14. diem ſenſim deabitur, reſtituta ſubtus cuticula. Remanent tamen aliqvamdiu rubicunda, ſub tenuiore cuticula, veſtigia, non raro etiam foveæ, ipſa cute profundius eroſa.

Sub ſtatu ſuppurationis dejectiones ſanioſæ cum ſtriis ſangvineis, non freqventes nec copioſæ aut torminoſæ, adeo periculoſæ non ſunt: maturis vero & rumpentibus ſuccedentes etiam utiles ſunt.

Periculoſæ v. ſunt tempore eruptionis, & ſi maturatio langvida ſit cum ægri imbecillitate, ac inſigni febrilium ſymptomatum vigore.

Tales darrhææ, ſi ſenſibilis variolarum retrocesſio, earum extenuatio, livor in ambitu & pallor reliqvæ cuti ſuperveniant, mortis præſagia evadunt.

De ſuccedaneo variolarum exitu notat obſervatio, qvod in lento & inæquali progreſſu, dum

dum aliæ poſt alias prorumpunt, vel prioribus jam matureſcentibus aliæ novæ ſuccedunt, qvod, inqvam, hæ novæ facile retrocedant, & aegri convulſionibus coortis facile intereant.

Fit hoc maxime, ſi primis maturatis & euphoria ſuccedente, regimen moderate calidum negligatur.

Ratione paucitatis notandum, qvod ſi juſto tempore & prompte exeant, numero paucae variolae, non malae ſpei ſint, & plerumqve mitisſima habeant ſymptomata; languide v. exeuntes non careant periculo, & plerumqve alias tarde ſucceſſuras habeant in receſſu; vel ipſae ad retroceſſionem pronae, ſint peſſimo exitu.

Symptomata extraeſſentialia ſunt perturbationes capitis vertiginoſae, pectoris tusſiculoſae, ventris tormina, murmura, inflationes: fluxus alvi, haemorrhagiae narium, largae ſemper; variolae intra nares, infundibulum, fauces, ſternutationes, anguſtia per nares reſpirandi, faucium inflationem poſt ſe trahens, oculorum laeſiones, eroſiones, & foveae cutis &c.

Morbillorum.

Idem eſt typus qvoad tempus inuaſionis & effloreſcendi.

Sunt vero exanthemata leviter protuberantia lenticulari elevatione, depreſſiore ſc. qvam

qvam variolarum, rubicunda, ſine ſenſu, niſi qvod ſub ſui finem, dum poſt paucos dies ruborem dimittunt,& ſubſident,pruritum qvendam & levisſimas ſqvamas ſeu furfures abſcedentes forment.

Morbilli & variolae primo eruptionis die vix diſtingui poſſunt, ſecundo vero facilius, qvia hae mox elevare ſeſe ſolent.

Interdum ſatis benigni, qvanquam copioſi ſint; interdum valde periculoſi & pluribus funeſti obſervantur, & maxime a tempore vel tempeſtate praegreſſa vel praeſente. Semper tamen benigniores variolis ſunt: ſc. in ſuo gradu, ubi coincidunt. Unde ab eorum retrocesſione, niſi valde maligni ea tempeſtate ſint, tam certum mortis periculum non abſolute imminet,

Neqve diarhaeae adeo periculoſae ſunt, ut in variolis, reliqvis circumſtantiis bene ſe habentibus; malis v. accedentibus ſunt m. ſatis malae. Semper tamen facilius toleratur ſponte coorta, quam medicamentis excitata diarrhaea.

Improvide tractati, praecipue qvando alvinae excretiones vel tranſpiratio poſt morbum non curioſe obſervantur, ſaepius relinquunt aſthma & infarctum pulmonum & alia pathemata.

Inter ſymptomata communia ſunt faucium anginoſae inflammationes, oculorum inflationes; nonnunqvam variolae oculis & medio

medio tunicae corneae innafcuntur, cum fummo vifus periculo.

In utrisqve tempore fuppurationis, præcipue in variolis, inflatur admodum totus ambitus corporis cum infigni rubore, & qvidem cum bono omine; fi emaneat, malo, imo pesfimo.

Anni conftitutio ad malignitatem multum contribuit; qvæ etiam ad diarrhææ noxium effectum multum confert.

Achores, fcabies, defædationes, purpura rubra &c. a variolis & morbillis vel præfervant, aut ad minus falutares funt.

Cura: Hic femper leniter & cum prudentia agendum & fecundum Sydenhamm. fere nulla medicamenta adhibenda funt.

Præmature ftimulati progresfus, movent qvidem copiofiorem folito eruptionem, fed mature iterum recedentem:

Inconfiderate vero retardati & per narcotica cohibiti vagum faciunt fuccesfum, & retrocedentem, lethalis fæpius euentus.

Qvod m. de refrigerationibus, faltim particularibus, conftat, fub eruptione & maturatione, imo ruptione; qvas retrocesfio, abfceffus maligni, facile infequuntur.

Sic regimen æftuofum & medicamenta calidiora omnia turbant.

Ergo in his qvi pereunt, magis inculpari posfunt 1) artificia medica 2) malum regimen, 3) accidentes caufæ externæ, quam morbi malignitas.

Variolæ, imprimis ruptæ & jam deſiccatæ, tantum ſubinde periculi fovent, ut teneriores ab aere libero, frigido, aut turbido, vitæ diſcrimen imo jacturam ſubeant, id qvod imprimis valet in vaiiolis lento ſucceſſu aliis poſt alias emicantibus. Hinc facile ſub improvido regimine retroceſſuræ etc.

Cap. VI.

Hiſtoria Febris Bilioſæ.

Subjecta ſunt homines cholerici, macilenti, non æqve ſucculenti, niſi iracundi cholerico-ſangvinei, calidiori diætæ adſveti, & ante vel poſt cibum aſſumptum ira graviore commoti; præſertim ſi mox vel frigidum vel fermenteſcentem potum ſuperbibant, vel dulcia acria ingurgitent; unde facile procatarſis naſcitur.

Hinc omnia, qvæ effuſionem bilis in ventriculum poſſunt ſuſcitare, apta ſunt ad has febres.

Exoriuntur facile circa ſolſtitia & aggrediuntur verſus ſolis exortum.

Qvæ vero veſperi cum æſtu, amaritie oris invadunt, non bilioſæ, ſed a ventriculi cruditate, vel ab iracundia ortæ ſunt.

Habent qvotidie ſuas exacerbationes, ſemitertianaria commotione, ſed ſine vehementibus rigoribus: cum horripilatione tamen ſub principio exacerbationis.

Corripiuntur ægri, præcedente procatarſi,

trasi, horripilatione, tetrico aspectu, langvore cum præcordiorum angustiis, nausea anxia syncoptice, æstu totius corporis, dolore capitis, in gradu suo per individua variante.

Succedit vomitus acris biliosæ materiæ qvæ dentium stuporem, labia ulcerosa efficit, & cum pulvere terreo efferuescit.

Conjungitur dejectio biliosa, tenesmum, pruritum intestini recti ejusqve excoriationem, maxime in infantibus, efficiens.

Utraqve hæc evacuatio fit cum syncoptica anxietate. Qvo vero maturius hæc excretio succedit, eo accedit citius levamen. Si vero diutius inde conclusa hæret materia, efficit intensum ardorem inflammatorium ulcerosum, anxium; unde syncope, deliria, convulsiones.

Maxime vero succedit symptomatum summa exacerbatio, si vomitus non mature exeat in casu ab ira post cibos, alvi vero siccitas adsit, ut siccitas oris, sitis a largis potibus augeatur, debilitates, dolores præcordiorum sensibilissime tactum respuentes, increscant.

Hoc rerum statu urina est subrufa, flammea, pauca, crassa, turbida, rosea cum simili sedimento: flavedo immixta manet.

Æstus præ omnibus febribus est intensus, licet externæ corporis partes facile palleant & frigeant.

Singultus facile accedit, invalescente ma-

gis inteſtini recti, duodeni & meſenterii, imo diaphragmatis inflammatione.

Cauſus communiter infeſtat cholerico melancholicos aut ſangvineo-melancholicos, ad iram ſatis proclives, ſed ut plurimum diſſimulantes & ſupprimentes eam.

Cauſus neqve vomitu nec diarrhœa ſolvitur; æſtus, ſitis, ariditas eſt intenſior, imo facile in apthas, deliria comatoſa fit tranſitus; ſemper vero in hoc ſtatu alvus ſicca periculoſior eſt, qvam nimia ejus ſolutio, præcipue in ſtatu; facile m. in Leipyriam, inflammationes internas degenerat, ut plurimum funeſtas.

Procatarcticæ cauſæ ſunt ſæpe aſſumpta ſiccantia immodice calefacientia, ardor ſolis liberalior, potus vini fortioris, longa ſitis, labor, venus inexhauſta.

Si cholera ſurſum ad vomitum inclinat, magis pathemata circa caput progenerat: ſi deorſum, tormina, palpitationes epigaſtricas, ſingultum.

Dejectiones tamen criticæ tetricæ materiæ raro utiles ſunt, vel ſponte vel arte excitatæ. Accedunt faucium prunellodes ſiccitas ad fisſuras proclivis: agrypnia, pavores in ſomno, animus ſumme faſtidioſus, impatiens, ad deliria furioſa, imo convulſiones proclivis.

Lingva arida, nigra, labia nigra propria hujus febris ſigna ſunt.

Transeunt hæ febres leviter mitigatæ per ſtomachica præcipitantia, acida, in lentam, cum

cum majore virium & appetitus dejectione; ſomno pauco, ſiti multa, aſpectu inter audacem & meticuloſum fluctuante; qui ſtatus, ſi pro phthiſi habitus per traumatica tractetur, in hecticam immedicabilem tranſit, in humidioribus tumores aſciticos relinqvens.

Suppreſſæ bilioſæ immediate qvoque Leipyriam accerſunt, qvæ ſi ſtatim ita incipiant cum æſtu torrido, frigiduloſitate externa, periculoſæ utiqve ſunt. At ſi bilioſæ jam unum alterumqve diem vigenti hæc alteratio accedat, funeſtum eſt; maxime dejectiones & vomitus nigricantes obitum præcurrunt aut inſequuntur.

Bilioſæ in tertianam ſæpe mitigantur, ſed ſuſpectam: neqve oris amarities aliud qvid qvam bilis reſtagnationem in ventriculo indicat.

Si vero omnia recte eveniunt. die 7. vel 11. fit criſis, vel per icterum, vel per diarrhæam, rarius malam.

Periculoſus hic morbus eſt: ſine provido enim regimine appropriatisqve remediis raro ſalutarem ſortitur eventum.

Obſidet viſcera, ſi ſine matura materiæ ejectione invaluerit.

Therapia confirmat, qvod abſterſio & excretio ſint primarius ſcopus.

Hæc per emetico-catarctica, imo leniora clyſtica impetratur. Hinc ſimplex aqva tepida ſufficit, imo pulv. digeſtivus nitratus. Emeſis vero ſit matura, maxime in ſtatu pro-

xime admiſſæ iracundiæ; poſt partum, in teneri oribus, clyſteres ſufficiunt.

Illa per abſorbentia v g. cryſt. mont. oſtracea cum nitro regenerato, parcis & repetitis doſibus, conjuncta humectante dilutione per decoct. pullor. tenue.

Mitigatio abſolvitur per nitr. cum emulſ. ſem. card. mar. etc. in inflammatoriis ſpecificis.

Diſcusſio diapnoica ultimo præſtat pro abſterſione & inflammationis præoccupatione per Eſſ. alexiph. mixt. s. ſine regimine. Spontanei ſudores nec concitandi, nec reprimendi.

Potus ſit dilutus, temperatus inſtar thee, Decoct. C. C. citr etc. vel non fæculentus, non frigidus, qvi aliâs anxietates intendit: parum acidulatus non nocet.

Cap. VII.

Hiſtoria febris inflammatoriæ in genere & ſpecie.

Subjecta ſunt communiter magis vel minus plethorica, rariſſime eminenter melancholica, atqve aliâs ſanguinis commotionibus ſubinde expoſita.

Ejusmodi febris internam inflammationem reſpicit, & exhibet; præcipue dolorem ſumme ardentem in aliqva regione, ſub qva viscus

cus qvoddam delitescit, qvi pro diversitate visceris, sic etiam periculosior, variat, dum in sensibilioribus magis acutus & continuus existit, ut in pulmonibus; in ventriculo, ubi cardialgia, doloresissimus; in renibus sensibilissimus &c.

Qvibus vero obtusior inest sensus, in illis rariores & veluti intercursantes tantum sunt puncturæ, & saltem nudus ardor urget: imo sæpe hæc utraqve ita obtusa, ut nisi valde diserti ægroti neqvidem mentionem illorum faciant, nisi interrogati.

Concurrit in hoc statu febris intensa sitis cum magna faucium siccitate, potui mox iterum succedente.

Perpetua qvasi horripilatio adest, si leviter saltim corpus ventiletur.

Pulsus est febrilis, freqvens & celer. Pulsu enim sano interiora uri extremis frigentibus, nondum compertum est.

Concurrunt interdum singulares angores & inqvietudines.

In his febribus operationes Naturæ diversæ sunt, tam qvoad inflammationem, qvam qvoad ipsum typum.

Ex inflammatoriis, si male res cedit, periculosiores sunt ventriculi, hepatis, intestinorum, duodeni, pancreatis inflammationes: proxime splenicæ & nephriticæ.

Facile qvoque male cedentes in hecticam aut lentam transeunt.

Eximii vero periculi ſunt inflammatoriæ, ab arthriticis motibus repulſis genitae.

In inflammatoriis, maxime abdominis, vomitus materiae nigrae circa dies criticos evenientes, mortis praeſagium ſunt. Imo diverſorum colorum inſolitorum excrementa alvina nullius boni praeſagii ſunt.

Qvamvis ita materia, qvae primitus roſionem & inflammationem intulit, ejiciatur, perſiſtit tamen ab ipſa productus effectus, ſc: inflammatio, & pergit in corruptionem.

Omnis inflammatoria febris praeter diſcusſionem nullum fere ſalutarem exitum ſortitur, niſi interdum tempeſtivae haemorragiae in Subjectis junioribus contingant, qvam 4to die remisſio doloris indicat.

Qvo vero intenſior dolor, malum omen in tempus criticum metuendum.

Suppuratio ſuccedens raro ſalutarem exitum nanciſcitur. Aut enim die 9. vel 11. deficit penitus agens, aut in hecticam tranſit.

In conſiſtente aetate, ſexu fœminino, vincere nonnunqvam deprehenditur Natura.

a.) Inflammatio Ventriculi.

Hic affectus magis familiaris fœminino ſexui, ob menſium regeſtionem, qvam virili.

Oritur ſaepius a medicamentis vel venenis acrioribus, vel acicula deglutita, vomitu laborioſo, concusſione graviore, cucurbita exterius diutius appoſita relicta, topicis calidis externis, intenſiore ira, potu frigido, corpo-

pori valde calefacto ingurgitato, retentione bilis, post dysenteriam, mensium & haemorrhoidum qvandoqve regurgitatione etc.

Differt vero a cardialgia in eo, qvod dolor in ventriculi inflammatione intensior, & febris coniuncta sit.

Praeter generales inflammatoriae febris characterismos, specifice indicant hanc insignis cardialgia cum dolore aestuante, urente instar prunae, pungente vel ad minimum lancinante, ita ut levissimum praecordiorum contactum reformident; in medio pectoris sub scrobiculo cordis adest fixus & vehementissimus dolor.

Si qvid, præsertim frigiduli, deglutiant, potulenti ægri, emicant statim ructus, singultus cum immanibus lancinatoriis intensionibus, vel increbescit cardialgia adeo vehemens, ut subinde animo linqvi appareant.

Nec alimenta nec medicamenta facile ferunt: febris adest cum pulsu celeri & inæqvali debili.

Quo levior inflammatio, eo major spes curationis; qvo profundior, tanto promptior ad sphacelum, exulcerationem via.

Inflammatio levior aliqvando accidit in variolis, morbillis, diarrhea, dysenteria, Ictero nigro, cholera; item diarrhoea & dysenteria suppressa adstringentibus, opiatis, frigidis etc.

Non totus semper ventriculus inflammatur, sed tantum pars, maxime fundus, non-

nunqvam tenuior ſiniſtra pars, ubi vaſa brevia jacent; aliqvando ejus orificium, qvod periculoſisſimum eſt, &, uti Foreſtus loqvitur, Iovis filii dicendi ſunt, qvi evadunt.

b.) Lienis inflammatio.

Sicuti ventriculi inflammati dolor regionem ſcrobiculi cordis occupat; ita cooritur, & freqventius qvidem, haud multo diſpar dolor, in ſiniſtra regione ſub coſtis, ardor, tenſio, & actualis turgeſcens tumor.

Dolor eſt punctorius ſumme ſenſibilis, imo contuſorius gravisſimus. Adeſt æqve calor febrilis, pulſus celerior, ſiticuloſitas, appetitus dejectio, agrypnia &c.

Durat hic affectus ad plures horas, imo ad 3. 4. diem, qvamvis gradu diverſo.

Familiaris qvoqve huic affectui, uti omnibus circa V. P. ſanguinis reſtrictionibus, alvi adſtrictio exiſtit.

Viget tamen & perſiſtit hic affectus alvo ſatis ſuccedente, unde facie diſcernitur a colico dolore.

Oritur freqventer a menſium vitiis, ita ut male ſuccedentes vel antecedat, vel ſeqvatur, aut comitetur.

Succedit interdum vomitui cruento, aliqvo etiam tempore tolerato; nonnunqvam etiam in talem erumpit: ſc. inflatione aut inflammatione tali lienis a meſenterii & inteſtinorum conſtrictione fiente.

Tanto magis notandum, qvod ſtata periodo recurrat, menſtrua, ac certa tempora

perduret; ubi dispiciendum, qvantum inflatio congeſtoria a ſtaſi inflammatoria differat.

c.) Hepatis inflammatio.

Subjecta ſunt magis ſanguinea, habitus corporis ſpongioſi.

Cauſæ antecedentes ſunt conſuetæ naturales & artificiales ſanguinis misſiones omisſæ, refrigerationes externæ & internæ corporis antea intenſius calefacti per potum, ſpirituoſa, ſudorifera calidiora, balnea, maxime ira gravior, eaqve cohibita &c.

Rarior eſt affectus qvam Peripneumonia, ſed periculoſior; qvia facile terminatur in ſuppurationem, aut Scirrhum, hydropem vel atrophiam.

Periculoſa ergo, difficilisqve dignotionis.

Adeſt punctura acutiſſima in dextro hypochondrio, faciei uti & oculorum color flavus, cum febre, ſiti, agrypnia &c.

Signa hepatidis ſpuriæ ſunt dolor magis occupans partes inferiores circa coſtas nothas, & ſeſe extendit ad cordis ſcrobiculum, cum febre, tusſi, præcordiorum anxietate, & doloris, in inſpirando, augmento.

Differt ab inflammatione pleuræ; qvod ſub inflammatione hepatis dolor mitior & potius gravativus ſit, cum tusſicula arida, dilucida habente intervalla etc.

Differt ab inflammatione muſculorum abdominis in eo, qvod corpus qvoad colorem fer-

ferme non mutetur, tumor oblongus ac per totum ventrem fit extensus, & cutis circum circa sit tensa.

Prognosis: In hepatis inflammatione singultus malum Hippocr. Sect. 7. aph. 17. per experientiam adhuc roboratur. Unde Iudæis familiarior est affectus & sub singultu, livida facie hippocratica, exit.

Vomitus nigri perniciosi sunt.

Et si res male cedit, convulsiones præsto sunt, vel si diutius durat, qvidpiam hydropici, vel hectici ob abscessus latentes relinquit.

Cura: V. Stio initialis plethoram derivat, subjuncta diapnoica discussione.

Stimulus alvi turbat v. portæ.

Sublevatur affectus die critico, primo sudore, & hæmorrhagia.

(d. Pectoris inflammatio.

Subjecta sunt familiariter juniora in ætate juvenili, magis virilis qvam fæminini sexus, habitus corporis sangvinei, & præcipue post sangvinis turgefactiones, atqve in illa periodo, qua hæmoptysis contingere posset, ac qvæ olim narium hæmorrhagiis adsueta fuerunt, & harum incompleta molimina experiuntur.

Causæ procatarcticæ sunt, exæstuatio, motus nimius, spirituosa, animi pathemata graviora, sc. ira, refrigeratio immodesta, corpore calente admissa, evacuationum solitarum, præcipue hæmorrhagiæ narium, suppressio,

presſio, artificialium adſvetarum intermisſio, ictus, contuſio, lapſus, ponderis gravioris elevatio. etc.

Peripneumonia freqventior pleuritide, qvi qvidem diverſus ſtatus per ſputum cruentum diſcernitur.

Pleuritis eſt inflammatio in muſculis intercoſtalibus & qvandoqve in pleura; Peripneumonia eſt in ipſis pulmonibus.

Oritur verſus meridiem aut mediam noctem cum horrore, nauſea, vomitu, ſensu puncturæ in alterutro latere pulſui reſpondente.

Tusſis individua eſt, non tamen exacerbans ſtatum, cum æſtu, agrypnia, genarum rubore, languore, urina copioſa-flammea, alvi ſtipticitate.

In peripneumonia major anxietas & respirandi difficultas; in pulmonibus percipitur ſub reſpiratione gravis reniſus & dolor.

Prognoſis: Hæmorrhagias narium & qvidem ſalutares qvidam experiuntur, qvi & multo ſudore critico ſolvuntur.

Et qvando 4to die in urina coctionis ſigna, 7mo expectanda largior ſudatio, qvandoqve exqviſite critica.

In Subjectis cholericis, ſi diſcusſio 4to die non ſeqvatur, ſed ſuppuratio immineat, cum dolorum continuatione; tum facile & eo magis aut funeſta evadit, aut in hecticam tranſit.

Delirium, vomitus, diarrhæa, aut convulſiones haud adeo boni ominis ſunt.

Em-

Empyema verum rarus eſt affectus, in annoſis lethalis, maxime in ſubitanea dolorum remisſione & reſpirationis ingraveſcentia.

Sic apoſtema a pleuritide natum, qvando pus in cavitatem pectoris effunditur, & ſub commotione corporis in pectore fluctuat, certe periculoſum; in peripneumonia periculoſius.

Qvo ſtatu febris & dolores qvidem remittunt, ſed lentus ſtatus fit.

Per paracentheſin qvandoqve thoracis pus evacuatur, & abſcesſus qvodammodo repurgari poteſt. Qvando vero materia purulenta in pectore remanet, ipſos pulmones afficit, & hecticam, phthiſin, imo mortem inducit.

Hi vero affectus incongrue exorientes ſicqve adultiora & ſenilia corpora corripientes, ſemper periculoſiores ſunt.

Therapia ait, qvod traumatica ſuppurationem adſtringant, & hecticam accelerent.

Præſtat discuſſio promota per ſalina diuretica colliqvantia. Calida præcipitant tranqvillam talem reſolutionem. Plethoram V. Stio matura tollit. Acida vegetabilia æſtum mitigant: mineralia tusſim augent & diureſin. Alvi irritatio inflammationis abſterſionem avertit & impedit.

Si epidemice grasſatur, tunc magis lenis tractatio indicatur.

Pleuritis ſpuria rheuma arthriticum eſt, non

non vero inflammatio pectoris; facile tamen eo inclinat. Incipit cum horrore succedente calore, puncturis lateris pulsui & inspirationi coincidentibus, vagantibus, urina tartarea cum crystallis rutila, æstus augetur in sanguineis, cholericis, in diæta vinosa.

e.) Nephritis.

Subjecta sunt plethorica, hæmorrhoidalia, facile spasmodicis adflictionibus & aliàs aliis superioribus hæmorrhagiis addicta, juniora.

Ad tale molimen hamorrhoidale per renes disponunt venus, diæta spirituosa, diuretica fortiora, balnea, eqvitatio &c.

Levior & brevior est affectus, qvam lienis aut hepatis inflammatio.

Adsunt ardores, puncturæ, dolores ardentes, acute strictorii, in alterutro lumbo, virium dejectio, angustiæ, appetitus defectus, febris, vomendi conatus, alvi segnities, urina pauca & tincta.

Utplurimum ren sinister laborat, qvando vero hoc malum insistit, simul alter ren in consensum trahi solet.

Nephritis simplex non nisi per incongruam medendi methodum degenerat in calculum verum.

Qvando congestio, constrictio & inflammatio aliqvomodo remittit, tunc urina paulo

paulo largius exit, hinc limoſo-roſeum ſedimentum deponit.

Vera renum inflammatio complectitur ſtaſin ſangvinis cum læſione urinæ, in ſuppurationem aut ulcus, niſi mature prævertatur, abeuntem; in nephritide v. ſubeſt tantum congeſtio ſangvinis major & ſtagnatio, ſponte & arte facilius diſcutienda; niſi tamen hoc ſuccedat, majorem inflammationem & ulcerationis periculum illatura.

Inflammatio veſicæ adeſt, qvando dolor circa regionem pubis in perinæo cum pondere conſtringens urget, cum mictu difficili, ſtranguria, teneſmo, alvo adſtricta, febre lenta.

Magis familiaris viris, quam fœminis, ſenibus qvam juvenibus, præſertim hæmorrhoidariis, aut calculo renum vel veſicæ laborantibus.

Malum communiter diuturnum & difficilioris curationis, ac degenerat ſubinde in verum ulcus.

f.) Phrenitis, & Paraphrenitis.

Subjecta, qvibus ab internis commotionibus contingunt, ſunt communiter juniora plethorica, activiora, cholerico-ſangvinea, Sangvineo-cholerica, ad incandeſcentiam proclivia, ſpontaneis excretionibus ſangvinis, ut narium, adſveta; commotionibus præcedentibus vel præſentaneis obnoxii.

Idiopathice magis exoriuntur ex repentina

ſan

ſanguinis congeſtione in intimiora capitis; ob ſubitaneas hæmorrhagiarum ſuppresſiones, vel omiſſam adſvetam Venæſectionem, ſcarificationem, ob iram etc.

Occaſionaliter fit in febribus a venæſectione intempeſtiva, vel a calefacientium remediorum & regiminum adhibitione, vel in activioribus a refrigerantium etc. cometione.

Accidentaliter ab ictibus & percusſionibus capitis periculoſioribus.

Signa antecedentia ſunt vigiliæ immodicæ, fortis pulſatio in capite, reſpiratio magna, rara, ſuppresſio urinæ, aliqvando paucæ ſanguinis ex naribus ſtillæ. Præſentia ſunt oculi rubicundi & truces, alienatio mentis, verborum ſine ſenſu & ordine prolatio, lacrymarum involuntaria effuſio, dentium ſtridor, extremorum frigus, violentia in circumſtantes, laborioſum erumpendi conamen.

Deliria phrenetica conſiſtunt in inflammatione meningum & ſatis communiter magis ſymptomatice ex raptu humorum ad caput acutis febribus ſuperueniunt: raro per ſe contingunt, niſi ad minimum vehemens cephalalgia præcesſerit, aut concurrat.

In Paraphrenitide nullam diaphragmatis inflammationem obſervatam fuisſe in Bonetti ſepulch. anat. &c. aſſeritur. Hinc magis eſſe affectum complicatum ſive in pectore ſ. abdomine teſtantur phænomena internæ inflammationis.

Phrenitis mediocris per initia non tam periculoſa eſt qvam in ſtatu; cum aliis a malis ſignis, præcipue virium jactura, ſumme ambigui eventus; critico die, aliis ſignis conſpirantibus, narium hæmorrhagiarum impeditionis prodromus eſt; ſed non ſine periculo.

Caſtrenſi ſtricte dictæ ſ. Hungaricæ febri qvaſi eſſentialis eſt non tam phrenitis, qvam paraphrenitis, a ventriculi, vel diaphragmatis, vel alia interna inflammatione derivata.

Qvoad prognoſin febris eſt acutisſima & periculoſisſima; raro ultra dies 7. excurrit, ſæpiusqve hoc die vel antea jugulat.

Urina aqvoſa, Dejectio albicans ſtridor dentium & convulſio, rigor & lethargus, ſigna ſunt lethalia;

Item dementia cum vigiliis, alvus cum urina pertinaciter compresſa, diſtenſio neruorum & contractio, ſyncope.

Contra illa dementia ſpem præbet, qvæ continuum riſum admixtum habet, maxime ſi ſuperveniat fluxus hæmorrhoidalis.

Therapia: Oleoſa, Salia volat. concentrata calida, opiata, camphorata, magis nocent qvam proſunt.

V. Stio in fronte ambigui eventus. Aliâs ſalutariter exit uel ſudoribus vel largo ſanguinis profluvio hic morbus.

Veteres itaqve medici prudenter annotarunt, qvomodo in hiſce affectibus narium hæmorrhagia tempeſtiva admodum profuerit

Cap.

Cap. VIII.

Hiſtoria febris catarrhalis.

Subjecta ſunt familiariter ſanguineo-phlegmatica, ſpongioſa & ſeri inqvinamentis abundantia.

Cauſæ occaſionales contribuunt; veluti refrigerationes immodeſtæ, tempeſtas frigido-humida, retropulſio ſcabiei & aliorum ulcerum, ſpiritus vini abuſus, tranſpirationis impedimenta, potus frigidus, calente corpore, ſumptus, coryza retropreſſa etc.

Evenit diſpoſitioni catarrhali. Præcurrunt vel ſtatim junguntur gravedo, coryza, fauces cum raucedine, deglutitionis moleſtiis, imo eriſypelacea intra collum conſtitutione prægravantur. Adſunt capitis gravitas, prægravatio pectoris, tuſſis ferox, parum tamen excernens, languor univerſalis, ſitis, calor febrilis, per noctem exacerbatus, pulſus celer, appetitus proſtratus, ſomnus turbulentus.

Exſurgit circa occaſum Solis, verſus æqvinoctia, vere, præcipue autumno.

Qvæcunqve v. continuæ inter ortum & occaſum ſolis invadunt, fere inconſtantes, vagæ, aut in intermisſionem proclives ſunt.

Veteribus qvotidiana, imo phlegmatica dulcis ſalſa & rheumatica dicebatur.

Siſtit communiter indolem continentis

ſine invaſione cum frigore & horrore. Eſt qvidem ſine typo, ſed non ſine periodo & criticis alterationibus.

Vomitus & alvi profluvium (qvod non æqve pernicioſum; niſi excedat) accidunt â principio; in fine v. per coctionem, ſudor vel diureſis.

Si virtus fuerit debilis ſtatim ab initio, vel appetitus dejectio adſit, lethale. vid Foreſt.

Angina magis per accidens accedit, vel ob malum regimen vel medicationem, ſicuti & febris lenta, qvando ex hac febre exoritur.

Eriſypelati freqventer ſupervenit, quo ſubito diſparente pectus prægravatur, & anheloſiores fiunt ægri. Hanc converſionem Hippocr. malam pronunciavit.

Hic non adeo eminenter tuſſis ſentitur, qvia non tam pectus, qvam præcordia, ventriculus, œſophagus, diaphragma ab eriſypelate retrocedente afficiuntur.

Inde eſt, qvod febres ejusmodi rheumaticæ in floridis ſangvineis bilioſis cito ad interiora converſis, præcordia & hypochondria, maxime dextrum invadendo, inflammationes viſcerum producant, & ita primum inſultum cum horrore forment; maxime ſi malum ortum ſit ab externo frigore, ira, motu; unde vomitus bilioſi accedere ſolent.

Urina, ut in omnibus febribus, eſt aurantia, crasſa, primo ſine ſeceſſu, ac ſedimento; at huic peculiare eſt, qvod pauca mora

vitra

vitra tenuiſſimam cutem inducant, lacteo colore rubentem.

Contagioſæ ſunt etiam hæ febres; imo à diaphoretico regimine facile petechizant, qvod per ſe non faciunt.

Pejoris m. indolis evadunt, ſi in ver aut autumnum incidant, ubi ſenſibilior ſanguinis commotio exiſtit; acrior enim fit facile inflammatio.

Epidemica conſtitutio catarrhalem benignam larvam induit poſt hyemem tepidam; ubi repentini tumores glandularum ſub auribus, maxillis, collo, faucibus, cum deglutiendi difficultate &c. exoriuntur.

Febricula lenis accedit, ut orthoſtadia non impediatur.

Discusſione vero non rite ſuccedente, acerbior redditur cum inqvietudine, anxietate, vomitu, fluxu ventris &c.

Eo magis ejusmodi rheumata epidemica diſtinguenda ſunt, qvo magis repente cum capitis gravitate, perturbatione, dolore acriore, appetitus & virium languore, febre acutiore invadunt; ubi corruptivus ſtatus prouti ſerum mucidum ejicitur.

In ejusmodi ſtatu, ſi poſt tusſiculoſa initia aphthiferæ & prunellodes congeſtiones ſuccedant, majoris ſunt conſiderationis hæc conſectaria, qvam anorexia, agrypnia, gravedo cephalalgica.

Ex hiſce patet, has febres lenes eſſe &

lentarum commotionum ; acutæ tamen & ſatis exqviſitæ periodi.

Prognoſis : Simplices catarrhales conſtitutiones per ſe periculo carent ; qvo vero acrior inflammatoria ſubeſt ſtaſis, eo propius ad acriores, raucedines, cynanches, eriſypelaceas, peripneumoniacas diffuſiones, & cauſticas exulcerationes accedit, hincqve periculoſior evadit.

Hæc febris admodum ſæpius diuturna ; ita ut in non nullis ante 40. dies non finiatur ſecund. Foreſt. obſ. 33. lib. 11.

Urina ſubtilis in ſubſtantia, & pauca in principio cum deliriis, debilitate virium, difficili reſpiratione mortem propinqvam ſignificat ; uti & tempus admodum frigidum & humidum, habitus pituitoſus, paucus ſudor, paroxyſmus longus, ſomnus profundus, ſimile præſagium adferunt.

Uti limoſitates in dentibus febrem fortiorem ac diuturniorem ; ita ſudor citius magis copioſe apparens eandem brevioris periodi fore præſagiunt.

Sic Foreſtus cit. loc. paroxyſmo incipiente cum ſtupore qvodam ac ſomni profunditate, a multis oſcitationibus, facie tumida, qvodam livore comite, facile in carum ægrum prælapſurum adſerit.

Item ſi facies pallida citrina, oculi concavi, cutisqve, veluti corium ſiccum, tenſa & arida fiat, in hecticam tranſire vel cum eadem mixtam eſſe febrem hanc docet.

In

In hypochondriacis, plethoricis, menſium vitiis ſemper gravior eſt hæc febris.

Coacta regimina turbant & materiam ad interiora retropellunt, cum infauſto ſucceſſu.

Therapia: Spontanea diaphoreſis placida, ſtata eſt utiliſſima, ſi juſto tempore promoveatur vel ſponte procedat.

Alexipharmacorum uſus providus ſit, niſi petechizantem ſtatum inducere velimus: imo ex abuſu prædicit Baglivius mortem.

Quam ob rem aſſiduæ moderatæ tranſpirationes naturæ molientis potius especstandæ, qvam alexipharmacis ſtimulandæ.

In teneriore ætate aqvæ diapnoicæ ſufficiunt, fumariæ tamen exulet; uti & lignoſa, catarrhalia, ſuccinata ſimplicibus catarrhis qvadrant; hic vero exulent, nec non ſalia volat. urinoſa, oleoſa, ſpirituoſa, opiata.

Una cum leni diapnoico regimine diuretica lenis abſterſio ulceroſæ acrimoniæ & commotioni humorum inteſtinæ in hac febre convenire videtur per abſorb. nitroſa, qvæ in rheumaticis retroceſſionibus utiliſſima ſunt.

Ob lenem internam diapnoem continuandam, æger convaleſcens, aeri moderate aſſuefiat.

Pro uſu demum therapeutico differentia tenenda eſt in ejus ſtatu acriore ſangvineo, a ſtaſi urente catarrhali, rodente, ulceraſcente, venereo in naribus, infundibulo,

palato, tonsillis &c. nam per mercurialia augetur. Unde tanto magis omnis impetus & hic abesse debet: utpote hic lenis & levis absterſio febrilis sufficit.

Cap. XI.

Historia febris Hecticæ & Lentæ.

Hectica Subjectis magis familiaris ſiccioribus, ſenſibilioribus, animi pathematibus expoſitis, uti & evacuationibus ſanguinis conſuetis & artificialibus intermisſis aut suppresſis & præcipue junioribus; item febribus ſive intermittentibus ſive acutis, in ſubjectis, diæta calida, vinoſa, aromatica, utentibus, præpoſtere tractatis.

Cauſæ antecedentes ergo communiter ſunt viscerum internorum inflammationes, abſcesſus, exulcerationes, ſcirrhoſa induratio febres acutæ, putridæ, qvartanæ, diarrhææ, dyſenteriæ diuturnæ, hydropes, cachexia, diſpoſitio hæreditaria &c.

Ejus ſymptomata ſunt per leves occaſiones inductus calor ſiccus, languor p. n, animi faſtidium, inappetentia, ſitis, major potus qvam cibi, & ex in his major frigidorum qvam calidorum appetentia, caput vertiginoſum, ſomnolentia magis delasſans, qvam refi-

reficiens, alvus irregularis, sudor colliqvativus & diarrhæa in fine &c.

Specialissime sensibiles sunt sub tempestatis mutatione, & ferunt fere melius, (domi tamen) pluviosam qvam gravius serenam. Æqvinoctia & Solstitia fere fatalia sunt, neqve illud tantum, ut vulgi opinio est, ex tempestate, sed sæpe ipso die aut circiter; maxime qvando febris intenditur, cum exacerbatione reliqvorum symptomatum.

Qvo sensibilius vero dicta symptomata sese exerunt, eo magis exacerbatio febrilis accedit: sc. post pastum torpescunt magis & incalescunt, maxime in volis manuum.

Color faciei qvidem vividior est, sed in reliqvo corpore major languor, sitis, &c. sentitur.

Hæc omnia exacerbantur sæpe, daß sie sich auch über alle Macht aufhalten müssen.

In lenioribus vero exacerbationibus, imo extra illas, nutritio lente succedit; magis in longum qvam amplum. Si tamen contingat, laxior semper & subtumidus est habitus.

Tussis formaliter omni hecticæ non convenit. Tusses in pectoris ac hepatis induratione freqventer perennes sunt: illius humidior, hujus siccior est status.

Febris hectica interim manet auctior sanguinis motus, pro perpetua abstersione ulcerosæ labis ac corruptionis in aliqvo viscere

 sus-

ſuſceptus; inde pendent prædicta ſymptomata.

Diagnoſis interea visceris læſi difficilior eſt; ſenſatio & morbi prægresſi aliqvid indicant. Itaqve

Si dicta hectica pathemata incidant in ſubjecta ſenſibilia, ab auræ tempeſtate, acidis, animi pathematibus, cibis crudis, motu corporis: & inde ſuccedat languor corporis, color pallidus, oculi lividi, volatici ardores cum rubore genarum: tunc eſt hectica pulmonum.

In hepatis vero vitio tuſſis eſt ſiccior, faciei color lividus, hypochondrii dextri tenſio etc.

Sic renum hectica ex præcedanea nephritide dijudicatur.

Lienis vero ab anxietatibus hypochondriacis conjunctis etc.

Differt à Lenta. In ea m. 1) febres acuta inflammatoria præcesſit, & hectica inſtar acutae ſuccedit continuæ 2) Eſſentialia ſigna gradu non ſolum majora ſunt v.g. languor, faſtidium, agrypnia, extenuatio, exacerbatio poſt aſſumpta etc. ſed eorum major ad plures ſeptimanas duratio accedit. 3.) Interea augetur tabes, & 4.) vitalium torpor. 5.) cum exacerbationibus acribus ſine typo, ferociore impetu, non in ſanitatem, ſed in langvidiorem febrem miteſcente. 6.) viribus itaque corporis & animi ſemper in pejus ruentibus.

In ſpecie de Lenta notandum. Nam eſt ex continuarum cenſu, nec oritur ſponte, vel non

non tam diu durat, ſed in typicam abit, & facile ſuccedit, febribus e. g. typicæ vel acutæ continuæ, diariis, qvotidianis: vel intermittenti ut tertianæ, præcipue in plethoricis, ubi diaphoreſis retardata fuit, vel ubi perverſa methodus adſtringens vel nimis calida adhibita fuit; ſic & hæmorrhagiis excedentibus, gravioribus vulnerationibus, longioribus morbis præcedentibus etc. 2. *L*enta, niſi in typicam abeat, poteſt tranſire in hecticam, 3. lenta vel miteſcit vel in aliud ſchema tranſit, hectica non. 4. Lenta in profuſos ſtatim ruit ſudores; Hectica vero non niſi conſummata ſit. 5. Et illi ſudores non tanti periculi ſunt, facileque obtemperant medicamentis, qvod ſudores hectici non faciunt. 6. *L*enta de vehementia in dies remittit, hectica augetur.

Indicia lentæ ſunt, lapſus virium inſignis, appetitus remisſior non penitus dejectus, ſitis, mediocris corporis calor, ſtupor capitis, temulenta capitis turbatio, maxime in plethoricis, color corporis pallidus cum genarum rubore, ſudor largior ſub omni ſomno. Urina in prima emisſione eſt rutila, craſſa cum ſedimento roſeo, liqvore claro ſuperſtanre. Qvandoqve præter ſudorem hæc febris ſeſe ventilat cum diureſi.

Tranſitus lentæ in hecticam fit, qvando appetitus redire videtur, reliqva ſymptomata tamen perſiſtunt; maxime ſi ſicca tusſis urgeat, laborioſior reſpiratio, præc. ſi in unum

unum vel alterum latus fiat decubitus, ſenſibilis gravitas in hypochondrio dextro &c.

Qvodſi lenta recentior, ê tertiana vel alia intermittente legitima ſ. compoſita nata, in intermittentem ſimplicem tranſeat, minus periculoſa eſt, qvam ſi in lento typo continuet, aut in hecticam vel acutum ſtatum transmigret.

In hectica conſtans nulla prognoſis, qvia innititur internæ corruptioni.

Juniores & activiores hectici, ob nimiam impatientiam, citius moriuntur, qvam adultiores, temperatiores, & qvi ſunt continentioris animi.

Hectica dyſenteriæ, acutis & hæmorrhagiis ſuperveniens, mali eventus eſt.

Sudores colliqvativi, diarrhææ hecticorum, profecti & funeſti mali ſigna, adſtringentibus & anodynis tractatæ, accelerant eo magis mortem.

V. Stio curatoria nihil utilitatis, qvandoqve præſervatoria, ſi necesſitas, adfert.

Exulent ubiqve purgantia, vomitoria, Saturnina, antimonialia, nimis refrigerantia, abuſus abſorbentium terreorum, bolarium, adſtringentia, Salia volatilia, Expectorantia, Balſamica, anodyna. etc.

Experientia vero comprobat lenem expeditionem per acrimoniæ urinariæ abſterſionem ex abſorbentibus, oſtraceis cum ſucco citri,

citri, tart. vitriol. aceto deſtill. qvibus nitroſa, emulſiva interponantur.

Poſt exacerbationem diſcusſio lenis alexiph. ex rad. pimp. vincet. hel. ſubjicitur. Humectatio medica & diætetica utiliter conjungitur.

Balſamica pro ſcopo præſervativo tum demum locum habent; antevertendi exacerbationes febriles, præmisſa V. Sne. & qvidem temperata ex ſuccino, ſcord. maxime ſi ab evacuatione omisſa hectica orta ſit.

Eqvitationem pro hectica abdominis pro levamine commendat Sydenhamius. Confert & navigatio, dum nautis raro hectica ingruit.

Cap. X.

Hiſtoria febris ephemeræ continentis & ſynochæ.

Familiaris eſt plethoricis, floridæ ætati, & qvidem juniori ſanguineo-cholericis, ſucculentis, monachis otio & ingluviei deditis. Evacuationibus naturalibus & artificialibus adſuetis intermisſis, & talibus motibus ſuccedentibus, &c.

Excitatur communiter, ab aere frigido poſt calidum ſubitaneo, exæſtuatione, crapula, motu vehementiore, vigiliis excedentibus, â conſuetis excretionibus tranſpirationis, ſudoris

Sudoris,urinæ,alvi,mensium,hæmorrhoidum lochiorum, interceptis vel suppressis, venere immodica, laboribus nimiis, gaudio effuso, ira, maerore, tristitia immodica &c. Plethora ubiqve est causa materialis objectiva.

Invadit sine repentino horrore & frigore, sed majore sangvinis commotione; Inde insignis capitis dolor, calor inflatorius, punctorius, tensivus, facies rubicunda; turgida, virium & appetitus dejectio, sitis, & ubi nimia voracitas, vomitus, urina tincta roseum deponens sedimentum, pulsus celer. etc. prodeunt.

Incipit diluculo circa solstitia, peracta tertia cococtione, pergit æqvali tenore subinde ad 7. diem, ubi crisis per hæmorrhagiam narium vel sudorem copiosum fit.

In Ephemera v. ab exæstuatione externa solum subnata, periodus talis intra 1. vel 2. diem terminatur, nisi in sua indole turbetur: tunc transit in ephemeram plurium dierum.

Si vero impetus excedat, & omnia symptomata vehementiora fiant, tunc facile phrenitis vel angina criticis & aliis indicatoriis diebus accedit, & stases periculosas internas producit.

Crisis hæmorrhagica qvoqve sæpe excedit, vires consumit, vel suppressa, hecticas, cachecticas, hydropicas, hypochondr. valetudinarias viscerum obstipationes relinquit.

Interdum hæc febris comitatur bubones in locis glandulosis, ingvine, alis, circa aures &c.

etc. qvæ tamen mitis & periculo vacat, si bubones ex causis evidentibus nati sunt; secus ubi hi fiunt a delitescente intus causa, ut viscerum inflammationibus, humorum malignitate pestilentiali.

Per se adeo periculosa non est, & ut plurimum intra 24. horas terminatur. Ephemera, sed plurium dierum, talis febris in junioribus soluitur hæmorrhagia, in adultioribus sudoribus largis. Si vero sine sudore declinet, aut hoc exeunte diem tamen naturalem excedat, cum calore post assumptos cibos intensiore, & pulsu duro, succedit hectica; præcipue in macilentis biliosis subjectis.

Sin vero calor magis augeatur, cum urina tincta sine digestionis signis, male olente, & corporis fœtore, 5 vel 4 die in putridam periculosam, præcipue in cacochymicis, permutatur.

Aliàs in synochum abit in humidis & calidis, cum inflatione faciei insolita, rubedine pulsuqve pleno.

Calor siccus, cephalalgia continua usqve in crisin increbescens, ad hæmorrhagicam congestionem tendit.

Subinde etiam ad variolas s. morbillos fit transmutatio critica vid. Forest. Lib. 1. obs. 17.

In junioribus male cedens synochus phrenitidem, convulsiones; in adultioribus sopores excitat; in sanguinis constitutione crassa facilis

facilis transitus in lentam, hecticam, tumores.

Facile etiam anginæ & peripneumoniae malo omine accedunt: illae in incremento, hae in principio.

Alexipharmaca calida & regimina coacta nocent, & æstum magis augent. Camphorata in & externe progressum turbant. V. Stio praecipue in simplici supervacanea.

Sufficit dilutio, temperatio nitrosa, & acida & subacidula in sangvineis; Alcalina absorbentia cum nitrosis in cholericis. Magis alexipharmaca cum praecedentibus in phlegmaticis etc.

Ephemera in lentam vel hecticam transiens, facilius curatur, qvam si a schirrhis vel ulceribus viscerum propullulant successus tabidi.

In Synocho putri plerumqve Subjecta sunt juniora plethorica, in diaeta plena & regimine irregulari constituta, sangvinis evacuationibus aliâs adsveta, & jam aliqvomodo turbatis.

Et in hac finis duplex est, primarius, qvi circa qvalitatis depurationem; secundarius, qvi circa qvantitatis imminutionem versatur.

Sic periculosior noscitur ex urina livida, aut fœtida, excrementis faetidis, sputo subinde amaro, pulsu inordinato, symptomatis acrioribus, mentis alienatione, statu diuturniore ad diem 11. 14. etc.

Alvi fluor sub initium copiosus a copiosa ma.

materii morbum brevem reddit: maculæ purpureae die critico salutares, alias lethiferæ.

Cap. XI.

Historia febris purpureæ.

Subjecta, qvibus facile evenit, sunt juniora plethorica, otiosa, plena diæta viventia & iracunda; præcipue familiaris qvibusdam puerperis, &, vel id magis individualiter, vel epidemice, vel endemice.

Causæ sunt contagium, hæreditaria dispositio, evacuationes naturales & arteficiales suppresſæ & neglectæ, medicamenta exagitantia, regimina in-& externa calida, præcipue in morbis exanthematicis & catarrhalibus, diæta crassa in minus adsuetis. &c.

Invadit cum virium dejectione, horrore vel frigore aliqvali, subseqvente æstu. Anxietates insignes & angustiæ præcordiorum, artuum & dorsi dolores tensivi adsunt: Ardores faucium, magis anginodes qvam aphtodes; in qvibusdam lipothymiæ, interdum deliria sese exerunt.

Distinguitur in rubram & albam, qvæ posterior præcipue miliaris dicitur. In aliqvibus locis alba, in aliis rubra periculosior est; ac posterior familiarior est in Subjectis plethoricis. In aliqvibus locis endemius deprehenditur affectus.

Succedit 2. 3. 4. die asperitas cutis subtumida, præcipue in artubus, collo, corpore & pectore; qvæ sensim, sed tamen satis tempestive, format numerosissimas exiguas pustulas, aqvositatem continentes. Non dico persistunt, sed fere diei spatio disruptæ in adultioribus, & minus humidæ constitutionis, mature siccescunt.

In junioribus & tenuioribus humidisqve excoriationes qvasi & paulo diutius manantem formam inducunt.

Sub toto hoc decursu nec vehemens pruritus, nec insignis ardor sentitur.

Rubra præcipue, subjecta, qvæ semel occupavit, ægre deserit: sed per intervalla facile recurrit; imo in debilioribus, valetudinariis, & calido regimine viventibus, continuat fere sine notabili aliqva remissione per annos, sicqve seminium qvoddam deponit & relinqvit.

Dum rubra est cum aut sine evidenti febrili motu, hinc posterior haud tanti periculi & magis chronica dici potest.

His ita actis febris mitescit, & æger intra 7mum diem ad se redit.

Historiæ medicæ testantur, qvod hoc seminium purpuræ cum sangvine materno in infantes propagetur: unde hæreditarium malum prodiit.

Subinde hoc inqvinamentum etiam in aliis affectibus exanthematicis simul concurrit, veluti in petechiis, variolis, morbillis & præc

alba;

alba; ubi primarii affectus tanto periculosiores evadunt.

Gravius qvoqve habent puerperæ a lochiis retentis, vel ira motæ, purpuram inducentibus

Differt a febre petechiali; 1. scilicet pustularum proventu, qvi hic parcissimus. 2. materiæ contentæ diversitate, qvæ in miliari magis qvasi purulenta existit.

Retrocessio purpuræ albæ, imo, qvanqvam iterum expellatur, ubi symptomata tamen, ut apthæ, mentis alienatio, anxietas summa, manent, utplurimum est lethalis.

Idem tenendum de hac qvæ cum petechiis præcipue mature erumpit.

Purpura vero rubra haud adeo peritiosa, præcipue qvæ sine febre contingit; cum febre vero sub peculiari constitutione epidemica, vel sub languida eruptione retrocedens, qvandoqve funesta evadit.

V. Stio proprie non qvadrat. Camphorata, calida alexipharmaca, regimina calida & nimis refrigerantia, item irritatio positiva alvi ubiqve nocent.

Purpura est omnium delicatissimus morbus, qvi ergo temperatis temperantibus alexipharmacis, ac regimine accurato & curioso potius tractandus est.

Methodus albæ & rubræ fere coincidit, atqve in genere haud multum recedit â cura exanthematicarum febrium.

Cap. XII.

Historia febris Compositæ 1.) ex acuta periodo.

Synochus cum synocha, continens cum continua, synochus cum putrida, periculoso, ad minimum graviore successu, conjunguntur.

Synochus enim sangvinis abundantis resolutoriam consumptionem; Synocha vero qvalitatis secretoriam depurationem intendit; qvi scopus conjunctus difficilius obtinetur.

Unde plethorici febre maligna gravius decumbunt; nam qvalitatis secretio lentum progressum, qvantitatis v. resolutio summam motus intensionem requirit.

Inde Synochus non tantum periculi, qvam putrida secum fert. Conjunctio vero actum febrilem laboriosiorem reddit.

Synocha facile putres producit stagnationes, inflammatoriam febrem, hepaticam, phreneticam, anginosam, etc.

Synochi puræ septentrionali nostro climati rariores sunt.

Synochus æqvali tenore cursum absolvit: Continua vero non intermittit. Jene liegen in einer hitze fort; diese wechseln umb, daß sie zu einer Zeit sehr hart angegriffen werden, zur andern sich wider leidlicher befinden.

In

In continente non intenditur caloris gradus; impatientia major, qvam æſtus; opplestiva magis gravitas qvam virium defectus obruit ægrotos.

Mentis turbatio levior, niſi phrenitis ſuperveniat. Complicatio vero periculum adfert.

Criſis fit hæmorrhagica in anginoſa congeſtione ſubſiſtens, cum mentis obnubilatione, aurium obtuſione ac ſtrepitu, oculorum ſplendore; ultimo apoplexia ſ. ſuffocativa mortis ſcena, & poſt mortem effuſione ſanguinis e naribus, infundibulo; qvam erroneam criſin indicat ſtrictura inferiorum, daß ſie von unten auf ſterben.

Si Synochus cum cauſo, variolis &c. conjungitur, gravis admodum ſtatus eſt.

V. Stio raro bene cedit; larga typum invertit; parcior ſanguinem magis ad hæmorrhagiam invitat, atqve ſtaſin lethalem in capite generat.

Calida alexipharmaca inde valde nocent; niſi larga V. Stio præcesſerit, atqve regimen διαπνοικὸν curioſe conſervetur. Illa vero ventilatio in primo principio fieri debet, imo verſus criſes repetita, in fronte, naribus, lingua.

Attamen talis miſcela morbi methodum leniorem per diluentia, temperantia,

diapnoica lenia, potum calidum, regimen temperatum praeferendam esse svadet.

2.) Ex intermittente periodo.

Hæ febres certas dies & certas qvoqve horas exacerbationis habent, & qvidem cum frigore ac horrore recurrunt.

In paroxysmis subseqventibus, licet æstu, impatientia etc. sensibiliter acutis, sæpe tamen frigus vel plane nullum vel satis moderatum deprehenditur, ut extremitates digitorum, nasus, auriculæ leviter frigeant.

Tales compositæ v. sunt modo tertianæ, modo qvotidianæ, hemitritæi, præsertim si qvoad horas recrudescentiæ varient.

Tales febres raro exqvisitum tempus servant, sed plerumqve anticipant, qvod non adeo malum, si 1. vel 2. horis fiat; pejus v. si plurimum anticipent, vel vago motu titubent. Qvæ multum anticipant, & breve frigus formant, illae præcipites sunt ad statum acutum imflammatorium.

Si vero parum anticipent, aut plane postponant, inclinant in lentam, & hecticam, nisi recte curentur.

Qvodsi v. sensibiles remissiones ante novum insultum exhibeant; tunc mitiores & minus periculosæ sunt.

Tertianæ & qvotidianæ continuæ in talem diversum statum in specie inclinant.

Qvartanae v. continuae facile in lentum, imo

imo hecticodem ſtatum, vel duplicem typum, tranſeunt.

In genere omnes compoſitae febres proclives ſunt in acutas aut inſtabiles typos.

Recidivae vero, qvanqvam typum intermittentem & qvaſi benignum forment, nunqvam tamen ſuſpicione carent.

Qvod qvidem eo certius contingit, qvando prior febris ſtatus adſtringentibus obrutus fuit.

Hectica ex his, praecipue in ſubiectis ſiccioribus & ſtrictioribus; in laxioribus oedemata, hydropes etc. facile fiunt.

Aliqvibus tusſis & pectoris anguſtia phthiſin praeſagiunt ac ſenſim inducunt.

Cap. XIII.

Hiſtoria febris ſecundariæ ac ſymptomaticæ.

Secundariæ febres adjunguntur inflammationibus & abſcesſibus internis, congeſtionibus arthriticis, affectibus bilioſis, vulneribus, maxime ſenſibilium tendinoſarum & nervoſarum partium læſionibus, acrioribus dyſenteriis, alvi fluxibus, urinæ ſuppresſionibus diuturnis, ſcabiei ſuppresſæ, ulceribus represſis, calculo, colicæ, rheumatismis, lochiis, ſecundinis putrefactis, fœtui in utero mortuo. &c.

Symptomaticarum nomen minus congrue hic uſurpari docet Stahl. in diſſ. de febrib. ſecund.

Sunt ſine typo; qvae vero cum evidentiore typo invadunt & progrediuntur, vel non ſunt inflammatoriae, vel benigniores. Qvo magis ergo typum tranqville ſervant, eo minoris ſunt periculi.

Malignitas non competit febri, ſed humori ſtagnanti.

Fundamentum latet in ſtaſeos diſcusſione, vel ſi hoc fieri neqveat, fermentativae portionis depulſione.

Criſes nunqvam exſpectandae neqve expediendae ſunt. Ad acutum tamen ſchema inclinant, & ſtaſeos diſcusſionem ad 4. diem intendunt.

Lenta v. diſcusſione opus eſt in abſterſione diſcusſoria ulceroſorum internorum adfectuum, ne ſub impetu collectio ſangvinis corruptionem praecipitet.

Unde talis lenta diſcusſio facile exacerbatur in acutius ſchema per externas occaſiones.

Pulmonum exulcerationes prae aliis viſceribus hujus febris feraces ſunt. Habent tamen ejusmodi affectus á febribus ſeparatam exiſtentiam, qvippe qvi febrem ſtricte non ſupponunt; qvia non deſunt exempla vomicarum & ſuppurationum viſcerum ſine febre pus effundentium. Qvalia ſubjecta ſub corporis

poris motu intemperantiore, & vini largiore potu, ſuffocationem derepente lethalem incurrunt, & ſi demortui ſecentur, pulmonum ſuppurationes inveniuntur, cum vivi ab hecticis caloribus prorſus fuerint immunes.

Rheumata arthritica patent huic etiam febri, maxime in ſubjectis ſanguineo-cholericis, plethoricis.

Arthritis & podagra, haud libere procedens, ſ. retrograda, hanc febrem facile inducit.

Si vero ſegniores fiant retroceſſiones, loco febris tumores œdematoſi ac hydropici ſubſequuntur.

De Eryſipelacea, qvandoqve epidemica, febre, acriore bilioſa, notatur, qvod ejus materia acris per humores ad ſuperficiem expelli debeat, niſi ex regurgitatione maxime ægros in gravia damna conjicere velis.

Intus enim lethales viscerum corruptiones facile relinqvit; Extus vero moderato calore a reliqvo ſanguine diſtrahitur: temere vero intercepta, facile ulceratio phagadenica, vel plane ſphaceloſa, ſubnascitur.

Iſtæ v. expulſiones eryſipelaceæ, qvæ per apoſtaſes actu bilioſas formantur, tanto magis his periculoſis eventibus ſubjacent; unde initio facile ad interiora regurgitant, ac ſubſiſtentes aliqvamdiu cum interioribus conſpirant.

Simplex v. eryſipelas non ſemper eſt cum febre; ſed eryſipelati adsueti imprimis fœ-

minæ, a levi ira, terrore vel repentino timore, tacite illa febre corripiuntur, maxime si sensibilis phlegmaticæ sint constitutionis, cum sanguinea, cholerica, natura symbolizantis.

Ejusmodi febres Cholerico-Erysipelaceæ qvando vel sponte per ægros turbulentiores, aut ira adhuc gliscente (vel arte) intempestivis aut perversis humorum commotionibus vel casu, (malo regimine, aut dispositione praegressa)a proportionato progressu turbantur; tunc extrusa aliqua portione, hærente a. adhuc aliqva graviore læsione in interioribus, in solennia illa tentatæ & insufficienter patratæ criseos schemata, sc. languores repentinos, desperabundam virium & totius activitatis omissionem transeunt.

Simplex itaqve & successiva staseos discussio felix habetur; cui proxime apostasis ad ignobilem partem externam accedit. Tertia v. deterrima est, qvando neqve discussio obtinetur, neqve, licet aliqvid extrorsum sit propulsum, reliquum plane dissipetur.

Vulneraria v. evidentior omnibus est, & evenit, qvando hæmorrhagia, maxime plethora commota, violenter adstricta per adstringentia; vel si dolor pungens, ardens circa læsam partem, vel ingens contusio oboriatur. Aut violenta constrictio & inde ingens congestio sangvinis coagulati, corrupturi sit præsto; vel qvando a nimia hæmorrhagia debilitatus sit æger, & natura

facta

facta torpidior; vel si æger inordinata diæta, calidis acrioribus, aut frigido potu utatur, imo in refrigeratione corporis, maxime partis affectæ, motu immodesto excedat; vel si pars ipsa sit nobilior, vel actu valde sensibilis, vel vulnus amplum, vel evacuationes debitæ, præcipue alvi, supprimantur.

Imprimis si his omnibus causæ antecedentes in humoribus & animi adfectibus diuturnæ prægressæ accedant.

Inflammatoriæ accidunt in inflammationibus multum materiæ complectentibus.

Cum Inflammationibus partium abdominis, præcipue non valde exqvisiti sensus, fere typus tertianarius complicatur.

Febres Lochiales facile in veram febrem exardescunt, qvæ tamen, uti aliae omnes symptomaticæ, proniores sunt in continuarum typum, qvam intermittentium.

Tali febrili motu aliæ qvoqve excretiones erumpunt, unde horrores lactis: it. horrores, fluorem album aliqvandiu cohibitum, expellentes.

Motus febriles â scabie retropulsa, ulceribus antiqvis consolidatis, pedum sudoribus cito suppresfis, evacuationibus artificialibus sanguinis admisfis vel cohibitis, dentitione difficili, fœtu mortuo. &c. succedunt, similis prognostici eventus sunt,

Cap.

Cap. XIV.

Hiſtoria febrium intermittentium in genere.

Generale ſignum eſt, qvod paroxysmus cum omnibus ſymptomatibus per aliqvod tempus notabile interpoſitum relinquat vacuum â commotione febrili; Ut ad ſummum torpor aliqvis & fatigatio, qvaſi a labore, & aliqualis appetitus imminutio vel tenſio poſt cibos tantum reſtet.

Has febres plerumqve præcurrere ſolet ſpaſtica qvædam corporis exterioris commotio, tanqvam longinquum qvoddam molimen.

Sed exſerit ſe tenſione qvadam obſcuriore, qvam interpretantur ægri: Es liege ihnen in den Gliedern, ſie ſindt ſo müde, bleyſchwer.

Deinde accedit ſenſibilis pandiculatio cum oſcitatione, appetitus faſtidio, capitis perturbatione, gravitate ſomnolento-vertiginoſa.

Hinc proxime tranſitus ad frigus & horrorem corporis exterioris, qvem præcedit decoloratio inſignis, extenuatio & veluti repentina emaciatio externi habitus. Et hæc increbescit inſigniter in ipſo paroxyſmi frigido initio.

Hinc digitorum apices veluti acutiores, nares contractæ, aures compresſæ apparent.

Simul

Simul concurrit vaſorum ſanguiferorum exqviſita evaneſcentia; unde totius corporis pallor & ſtrictior habitus ac frigus. Succedit ita paroxysmus æstus.

Hæ febres ſæpius exiſtunt epidemicæ, & qvando hoc, pertinaciores & periculoſiores ſunt.

Intermittentes differunt ab acutis, qvod priores magis chronicæ, magis contumaces, neqve ita periculoſæ, niſi valde perturbentur, vel in malam conſuetudinem abeant.

Art. I.

Hiſtoria tertianæ ſimplicis & duplicis.

Eſt hæc febris paradigma omnium febrilium pasſionum, actionum, motuum & effectuum.

Subjecta, qvæ occupat, ſunt magis juvenilia & virilia activiora, maſculini præc. ſexus, ſenſibiliora, nauſeabunda & voracia.

Materiam & occaſionem ſuppeditant eſculenta viscida, inordinata, pisces, caro dura, cibi cum nauſea aſſumpti, ira ſuppresſa, impedita tranſpiratio, vita ſedentaria, otioſa, refrigerationes, ſcabies retropulſa, evacuationes naturales & artificiales ſanguinis ſuppresſæ, neglectæ, &c.

Huc referri meretur prægresſa longa aeris con-

constitutio austrina, nebulosa, inde tertiana epidemica.

Usitatius invadit tempore verno & æstivo, et servat tempus paroxysmi magis ante & versus meridiem; circa tempus jentaculi in illis, qvi jentare solent.

Interim post errores diætæ non statim ingruit paroxysmus; sed præcurrunt prius incommoda circa ventriculum & appetitum.

Sic de reliquo, anteqvam exqvisitum typum prodat, invadit cum capitis doloribus, æstu & defatigatione multa, adeo, ut facilius febris continua, qvam intermittens prædici qveat, donec paulo post cum simplici typo manifestior fiat.

Omnis paroxysmus præludit tensionibus artuum, ad oscitationem, pandiculationem, gravitatem crurum, brachiorum; tendentibus.

Proxime paroxysmum præcedit strictior habitus, qvem vocant das üble Aussehen.

Signa præsentia sunt: notabilis horror & refrigeratio a regione lumborum ordinarie adscendens ad scrobiculum cordis. Hic sensus primis insultibus qvasi formicarum fremitus tenerrimi tremoris forma sese offert, cum levi qvasi aura frigida; qvo magis v. increbescit, eo sensibilius frigus rudiorem tremorem format.

Succedit nauseabunda & anxia angustia, qvae sub exitu mox in actualem vomitum, nunc cibi indigesti, nunc saburræ mucosae,

nunc

nunc bilioſæ finitur; qvod qvo maturius fit, eo citius febrem tollit, & contra.

In qvibusdam ſolvitur paroxysmus frigoris cum parvo horrore & nullo vomitu, cum diarrhæa, praec. in minus vegetis, phlegmaticis, annoſis, vel in qvibus mucus indigeſtus in primis viis diu haeſit, aut aliâs jam natura ad diarrhaeas inclinat, vel motus emeticus ad exitum perduci non potuit, vel etiam contraria medicatione vomitus cum febre fuit cohibitus.

Utraqve v. hac via paroxysmus frigoris non exiens febrem in longum protrahit, qvia ad qvaslibet anomalias hinc promptior eſt, faciliusqve perverſa medicatione in lentam, acutam, hydropicam metaſtaſin transfertur.

Frigus per unam & alteram horam durans immediate excipit languor contuſorius, als wenn ihnen alles zerſchlagen wäre; exceptis illis, in qvibus nauſea diutius continuat propter anxietatem internam.

Fit inde tranſitus ad æſtum, qvi ſucceſſive vel præcipitanter ingruit.

Senſus adeſt oppletivus, inquietudo inſignis, præcipue in plethoricis intenſior, longior, cum pulſu celeri, freqventi, ſiti, ſiccitate oris, hinc: ſchmecket ihn alles wie Holtz; in qvibusdam amarities oris, in aliis cardialgia accedit. Urina eſt flammea, poſtea magis cocta.

Sudor

Sudor primis paroxysmis, non ſemper ſeqventibus v. 3. 4. &c, augeſcit.

Ordinarie in æſtu abeſt ſudor, mitescente v. æſtu prorumpit.

Intermedio vero ſtatu inter æſtum & frigus fiunt vomitus in junioribus evemetis, & diarrhææ in adultioribus aliquando, qvamvis hæ qvoqve durante frigore procedant,

Horror importunior fit illis, cum plogoſibus levibus emicantibus, qvi evomunt; illis vero, qvibus diarrhaea accedit, fit major rigor, qvam frigus tremebundum.

Æſtus ordinarie ad 6, 8, 12. horas durat.

Pallor ſub aeſtu ſuſpectae malignitatis qvid fovet; item ubi aeſtus longior, & vehementior, ibi febris in continuam magis inclinat.

Æſtus poſt 8. 12. horas in ſudorem remittit, qvi placide promotus reliqvos paroxysmos lenit. Nimium v. concitatus in febres compoſitas, lentas, acutas, ſudatorias debilitationes deducit. Impeditus & cohibitus in febrem magis chronicam langventem.

Qvae tertianae ſine tempeſtivis ſudoribus affligunt, illae pertinaciores ſunt; uti illae, qvæ vomitu & diarhraea non ſolvuntur.

Si tertianarius paroxysmus ultra 12. horas perduret, pro compoſita habetur ad continuam accedente, ſi praecipue vehemens æſtus poſt paucum frigus duret.

Ter-

Tertiana vaga in illarum typum proclivis eſt, qvarum horis diutius immoratur; anticipans in continuam, poſtponens in lentas vel qvartanam.

Rarius ante 4tum, ſæpius vero cum 7mo paroxysmo, recte ſc. obſervata & adminiſtrata indole, finitur.

Non vero obſervata in noſtris climatibus, vel 41. vel 71. paroxyſmi efficacia ad effectum qvaſi critice terminandum.

Si langvidius vel maturius emaneat, tum tamen alternis diei languoris inſultum, faſtidium, ſegnitiem, gravitatem, ſomnolentiam, refrigerationem relinqvit.

Tertianæ autumnales communiter obſervantur difficilioris curationis, ipſis vernalibus.

Impetuoſiores tertianæ vertente anno eodem circiter tempore facile recrudescunt.

Supresſa præmaturius vel redit, idqve ſalutariter, vel degenerat in continuas in ſubjectis calidis plethoricis, vel hecticas, phthiſicas in ſegnioribus pituitoſis, aut qvartanas in autumno, aut in icterum hydropem, choleram alvi obſtructiones, appetitus vitia, cardialgias, affectus hypochondriacos.

Inſolita edacitas, præcipue ante paroxysmum, Freß-Fieber, pertinaciam & diuturnitatem præſagit propterea: Weil ſie volle Nahrung haben.

Auctior appetitus post febrem facile recidivam parit.

Peculiare huic febri est, qvod 1) in edacibus maxime in consuetudinem abeat, licet nulla semper urgeat materia 2) Qvod in dispositis contagium e. g. contactu, lecto, bibendo ex iisdem vasibus, iisdem cochlearibus utendo exerceat. 3) Qvod aliæ epidemicæ hunc typum semper mentiantur præc. tempore verno, qvamvis haud raro sine peculiari majoris periculo.

Plethora hanc febrem magis incendit, & exasperat, & ægerrime medicamenta calida vel cohibentia tolerat.

Ordine v. exeunte febre, sanitas ut plurimum firmior redditur, appetitus vegetior, augmentum corporis majus, idqve sæpissime tertiana sine febre soluta.

Et qvæcunqve sponte curantur, vomitoriæ sub frigoris finem, sudatoriæ sub æstus remissionem sunt.

Therapia: Hæc febris fere nunqvam secure per purgantia, vomitoria aut per cohibitionem curatur.

1.) Catharsis veterum mitigat qvidem, sed febrem ut plurimum longius protrahit.

2.) Recentiorum emesis in robustis aliqvid, sed in tenerioribus, plethoricis, inconcocto muco, nocet. In evemetis ad vomitum propendentibus facile hypercatharses inducit, eo magis, qvando febris in habitum deducta, parum prodest.

3.)

3.) Cohibitio in robuftis, perfecte antea fanis, poft aliqvot paroxysmos, qvandoqve fine præfentanea noxa adhibetur. Contra v. fine refpectu ad paroxysmum, die fc. faltem vacuo, nihil juvat.

Noxia eo magis, fi materia nondum præparata, & evacuata, febris adhuc vigeat in plethoricis, fudores non vel parum promaneant, aut fi largius adftringentia adhibeantur cum fudore coacto.

Et licet hæc methodus adjumento videatur, feqvitur tamen cum appetitus augmento alvi obftipatio pertinax, qvæ ab adftringentibus introducta eft. Stimulo vero cathartico referata, ftatim novi paroxysmi redeunt.

Minus itaqve caute adhibita cohibitio, fonticas infert noxas, vel tardiores, ut, anguftias infolitas, in magis plethoricis φλόγωσες, capitis gravitates, tenfiones in abdomine cum borborygmis &c. vel præfentiores, pathemata, colica, inflammatoria, abfcesforia Scirrhofa, icterum, cachexiam, œdemata, afcitem, tympanit: labem &c. vel præcipites, febres acutas, anginas, ftrangulationes, febres lentas fudatorias, anomalas vagas.

parcius datus cortex nil perpetui præftat, maxime materia nondum fublata.

Verfus paroxysmum propius inftantem datus nonnunqvam vomitum vel alvi fluxum, aliqvando utrumqve fimul excitat.

E contra aliam methodum naturæ medicantis adjutricem commendat experientia. 1.) Digestionem & præparationem materiæ adjuvare versus paroxysmum per Salia med. c. absorb. in magis chronico statu per amara aromat. pip. zingib. rad. arigent. v. herb. absynth. cent. m. 2.) sub finem æstus discussionem per alexiph. parca promovere. 3.) motum, ne in consuetudinem abeat, tollere per cort. chin. croc. ♂ ♁ii vel 🜍ris, pil. Wildeg. conch. ustas (in robustioribus) &c.

Tertiana duplex.

Dignoscitur ex alternorum paroxysmorum conuenientia, ratione temporis invadendi & durandi vel utriusqve.

Eget typus curiosa observatione, ut á qvotidiana dignoscatur, qvod facile fit, si tertiana simplex præcesserit.

Illud magis considerandum, an revera sensibiliter remittat. Ex negligente & calida tractatione facile in continuitatem inclinat.

Aliam curationem vix reqvirit, qvam tertiana legitima.

Interim palliatione & cohibitione curata facilius recidivam vel acutam, sub temporis & tempestatis mutatione, parit. Qvæ tardius recidivat, in simplicem degenerat.

Acutæ

Acutæ tales ex intermittentibus natæ, ſunt pejores.

Anticipantes vero in continuam; poſtponentes in lentam, vel remisſionem, ſi paroxysmi decreſcant.

Art. II.

Hiſtoria qvotidianæ.

Rarior eſt aliis intermittentibus, & invadit ſubjecta magis phlegmatica, ſeniora & ſexum ſeqviorem.

Cauſæ antecedentes coincidunt cum cauſis tertianæ, niſi qvod hic qvantitatis & qvalitatis materiæ major gradus adeſſe posſit.

Invadit tempore matutino hora 6. 7.

Adeſt frigus & horror ad horæ ſpatium cum vomitu, vel diarrhæa, vel utroqve.

Inſeqvitur calor ſatis æſtuans, cum dolore capitis, ſiti, inqvietudine.

Totus poroxysmus raro 6. horas tranſcendit.

Æſtus paululum remittens ſudorem ſpontaneum ordinarie producit.

Differt á tertiana duplici in eo, qvod qvotidiana conſtans & uniforme tempus invaſionis & durationis ſingulis diebus exhibeat; in tertiana duplici non ſinguli paroxyſmi, ſed alterni ſibi reſpondeant.

Terminatur fere breviore tempore ac pe-

periodo tota febris, præsertim ſi dictæ illæ excretiones vegetæ ſucceſſerint.

Reliqvæ circumſtantiæ eventus & curæ conveniunt plerumqve cum tertiana.

Art. III.
Hiſtoria qvartanæ.

Conſiſtenti ætati & ultra, ſegnioribus, melancholicis, ſplenicis familiaris eſt, raro junioribus, & infantibus non niſi epidemice.

Et eſt lenta incompleta præcipue in annoſis.

Succedit qvandoqve aliis febribus prægreſſis, male tractatis, ictero, diarrhaeis ſuppresſis, venereis morbis, pasſioni hyſtericæ etc. male curatis.

Inter cauſas externas aer pluvioſus, terror ſubitaneus, mœror, frigidus & fæculentus potus, irregularis & craſſa diæta prægreſſa, hinc Weſtphalis freqventior, abuſus acidorum ∽oſorum recenſentur.

In fœminis menſium vitia per medicamenta minus convenientia alterata; in viris hæmorrhoidum ſuppresſiones, alvi obſtructiones etc. notantur.

Autumnalis plerumqve eſt, & horis pomeridianis tertia vel qvarta invadit, usqve ad futurum æqvinoctium plerumqve ſeſe protrahens per ſemeſtre tempus, hinc utplurimum admodum pertinax.

Redit

Redit hæc febris 4to die, diebus 2 intervacuis.

Imminente invasione ægri antea corripiuntur nausea & torpedine membrorum; mox vertigo cum dolore capitis gravativo & præcordiorum, succedente rigore langvido & tensione membrorum (non fit horror cum stridore dentium, uti in tertiana, nisi in junioribus, vegetioribus) id qvod per. 1. 2. durat horas.

Frigus tale raro inseqvitur vomitus, nisi admodum prava diæta præcesserit, aut diarrhæa, ut in tertiana: sed alvi abstructio plerumqve est sat gravis: conjunguntur tensiones in hypochondriis cum anxietate, in artubus fastidiosus languor, gravitas &c.

Dein lento gradu succedit æstus magis molestus qvam vehemens, (nisi in junioribus plethoricis auctior evadat) cum odiosa siccitate.

Qvæcunqve v. qvartanæ diu æstuant vespertinæ, aut nocturnæ, aut vagæ in continentem vergunt, vel lentam hecticam cum sudoribus sub somno, alvi siccitate &c.

Durat æstus vix utra 3. horas, donec tandem ægrum profundior capiat somnus turbulentus, cum pulsu debili. Adest dolor capitis gravativus, stupidus, Iunioribus plethoricis calidioribus vertigo insultat.

Duobus vacuis inseqventibus diebus ægri sat bene valent, nisi qvod sint non nihil tor-

pidi, morosi, & sensum habent profundum contusionis & confractionis, sunt flatulenti.

Appetitus valde vagus est. Sunt famelici, at die intermissionis ad prægravationem ventriculi proclives.

Appetitus initio fastidiosus, assvefacta febre in voracitatem mutatur.

Potus parciore tenentur desiderio, vel plane fastidiunt consvetum potum, qvamquam sitiant.

Tussis sicca & profunda satis qvidem familiaris est, sed non ordinaria.

Somnolentia in paroxysmo non ita incommoda est. Cohibitio ejus v. vertigines & capitis graviores dolores adducit.

Prognosis: In qvartanariorum sectis cadaveribus hepar plerumqve reperitur aridum & corrugatum. Hinc uti hæc febris sæpe succedit, ita etiam præcedit icterum. Inde etiam familiariter hectica inseqvitur, nec non ascites, ædemata etc.

Ex translatione & apostasi afficiuntur sæpius pedes, unde tumores duriores, & non raro pessimi moris ulcerationes fiunt.

Adstringentia præmature adhibita, inducunt subinde icterum nigrum, hydropem, hecticam, asthmata, catarrhum, melancholiam etc.

Qvandoqve per se male decurrit, ex interna qvadam constitutione viscerum mala, & eadem pathemata inducere valet.

Suppressa magis qvam curata post annum, citiusqve facile recidivat. Sca-

Scabies, qvæ interdum ſuccedit, felicem febris decurſum promittit, qvanqvam non minus moleſta, quam contumax ſit.

Sic ſolvitur qvandoqve per hæmorrhoides, urinas craſſas, abſceſſus.

Ad nullam excretionem notabilem hæc febris ordinarie inclinat.

Autumnalis ordinarie contumacior, & durat non raro ad vernum tempus, bis die Bäume ausſchlagen. Vernalis brevioris periodi obſervatur.

Reciprocantur interdum qvartanae cum ictero, dyspnæa, tumoribus ædematoſis asciticis, cachexia, tabe.

Interdum conjunguntur, & concurrunt; ſuperveniunt, & complicantur.

Therapia: hic neqve vomitoria, purgantia fortiora, v. Stiones, ſudorifera, ſalia volat, urinoſa approbantur.

E contra alterationes, apertiones lenes abſterſoriæ, lenes laxationes ex uſu ſunt.

Specifica & ſopientia non niſi ſub remisſione paroxysmorum, materia ſatis præparata & leniter evacuata, proſunt.

Summa: uti qvartana in ſe lento progresſu & motu leniore gaudet, atqve languidas, lenesqve ſolum reſolutiones ſtagnationum in viſceribus circa primas vias intendit; ita omnes commotiones impetuoſiores abſint. Hinc Ballonius dicit: cum qvartanis agendum mitisſime, ne officioſa ſedulitas plus obſit, qvam proſit.

Specialis
Sect. 2da.

Anomaliæ Toni,

ubi occurunt

Historiæ Haemorrhagiarum.

Cap. I.

Historia status haemorrhagici, in genere

qvoad α. internas
β. externas.
γ. insolitas.
δ. incongruas.
ε. naturales.
ζ. Artificiales.

Historia Hæmorrhagiarum in genere.

ubi

I. Internæ.

Subjecta præcipue juniora, sana, agilia, sensibilia, plethoricæ constitutionis, voracia qvæ vasibus instructa capacioribus, cholerico-sanguinea, alacris animi, ad iram & terrorem præcipitia internis hisce crebrioribus

bus ac largioribus prompte ſuccedentibus hæmorrhagiis expoſita obſervantur.

Interim non omnes plethorici in hasce incurrunt; ingens enim hominum talium numerus vivit, non modo nullis ſubjectus hæmorrhagiis, ſed m. neqve periclitationibus & præſentioribus ſanguinis commotionibus.

Et hoc maxime in illis, qvibus 1.) animus eſt liber & tranqvillus. 2.) Rerum non naturalium moderatus uſus. 3.) abſentia violentiæ externæ, & commotionis plethoræ per fortiores corporis & animi motus. 4.) neqve exitus ſemel eſt factus, indeqve nulli ſc. motui ad excretionem repetendam ſeſe aſſuefecit natura.

Unde & apud inſuetos nullum notabile damnum inſeqvitur per ſatis longum tempus.

Internæ cauſæ ſunt præter temperamenti habitum, hæreditaria diſpoſitio, plethora &c.

Externæ, aſſumpta aromatica, calida, potus ſpirituoſi, aer calidior, humidior, frigidior, commotio incalescens corporis, lapſus, verbera, contuſiones, & asſuetudo.

Ante eruptionem inflantur vaſa arterioſa & venoſa in loco affecto, & longe lateqve circa cum ſtrictura partium remotiorum.

Ita e. g. in menſium fluxu minus expedito color & calor adeſt, aſpectus attenuatus cum internis anguſtiis, & ſub levi corporis motu oppletionibus.

Erumpunt a. hæ ordinarie tacite, fluunt mode-

moderate, desinunt sua sponte ac tranqville.

Neqve eas a vitiis craseos intestini motus tam augeri certum est, qvam ab animi pathematibus, præc. consvetudine, quam facillime suscipiunt.

Adeo, ut qvædam stata periodo etiam revertantur, ut maxime mensium & hæmorrhoidum fluxus.

Hæc periodus tam in genere ratione reditus, quam in specie ratione durationis, non adeo facile, multo minus perpetua & essentiali consecutione a crasi alteratur, licet ipsius fluxus successus minui aut sangvis ad exitum ineptior evadere soleat.

Prognosis: moderata hæmorrhagia nullo modo debilitat, sic neqvidem largior fluxus spontaneus, modo non impetu repentino evacuetur, sed potius allevat, prægressam gravitatem eximia alacritate permutat, & a variis morbidis affectibus præservat, & curative ab iisdem præsertim asvetis eruptione sua liberat.

Imo Subjecta has certo tempore diu experta, & citius morbos superant, & vivaciores existunt aliis, qvi hæmorrhagiis non adsveti sunt.

Causis v. & moliminibus ad exitum præsentibus nec tamen succedente hæmorrhagia multo periculosiores oriuntur affectus, sc. congestiones, dolores, æstuationes, stases, inflammationes, suppurationes, spasmi, palpita-

pitationes, convulsiones, translationes, & vagæ grassationes, corruptiones sphacelosæ funestæ: vel etiam febres, labore & duratione ancipites,

Differunt internæ α) essentialiter ratione ætatis & loci; puerili enim ætati hæmorrhagiæ narium, juvenili hæmoptysis, consistenti hæmorrhoides in-& externæ, vomitus cruentus: (in fæm. magis) senili mictus cruentus eveniunt, fœminis peculiaris est fluxus mensium.

β) accidentaliter ratione 1.) consuetudinis, 2.) hæreditariæ dispositionis, 3.) periodi.

II.
Externæ
Violentæ & passivæ.

Ad has quadantenus pertinent lochia, hæmorrhagiæ narium â scalptione post pruritum, pectoris a gravi conni su versus pondera.

In genere magis proprie huc referuntur:

Ruptiones a nisu vehemente, ponderum lapsu, e thorace, ventriculo, intestinis, utero maxime exeuntes.

Lacerationes a morsibus animalium & rerum asperiorum contusionibus, calculo.

Erosiones freqventius ab internis causis, ulceribus pectoris, renum, rarius ab externis, halitu corrosivo, &c.

Sectio-

Sectiones à qvovis ulcerationis genere.

In his qvanqvam nimia ſangvinis amisſio damnum potisſimum eſt, excretio tamen non admodum immoderata æqvale incommodum haud infert.

Qvod tanto magis valet, ſi plethoricis hæ obveniant, utpote qvi in præſens minus periculi ſubeant â tali profuſione, qvam â præpoſtera illius cohibitione in futurum. Hanc facile inſeqvuntur inflammationes, febres, ſpasmi etc.

Qvid! qvod anniverſariis ſanguinis motibus expoſiti ſint, qvi in ejusmodi caſus inciderunt, non ſecus ac a ſcarificatione & V. ſtione neglectis & repetendis.

Specialius a nuda vi externa hæmorrhagiæ differunt.

1) Ratione locorum ſ. viarum.

Ubi e partibus ſpongioſis, qvæ ex earum vulneribus hæmorrhagiae procedunt, ſæpius ſatis prodigae ſunt, præprimis in laxa corporis & ſpongioſa textura: non tamen communiter aeqvant illas profuſiones, qvæ ex ipſis vaſis inciſis erumpunt.

Diſpar vero ratio eſt ipſorum vaſorum, in ramis ſc. non in capacibus truncis, qvibus alias inflicta vulnera, uti rara ſunt, ita nimiae & funeſtæ profuſionis.

Arteria enim inſigniter conſauciata (non item venæ, qvarum vulnera cito & facile coaleſcunt) v.g. dimidia ſui capacitate aut amplius

plius incisa longe minus cohiberi poteſt, quam ſimpliciter ſane reſecta.

Unde cavendo ab infauſta tractatione per actualia cauteria; nullum certius hic datur remedium, qvam plenaria diſſectio, ſpiritu vini rectificatisſimo ad ſiſtendum ſangvinem dextre adplicato.

2.) Ratione motus ſ. impulſus; qvi ſingularis occurrit, in variis exemplis, ubi per ingurgitationem vini, curſum, & motum, animi pathemata, iracundiam, brutales libidines venereas, profuſiones ſangvinis præc. in diſpoſitis, aut plethoricis admodum concitantur.

Commendatur hic paracelſi monitum: Mann ſolte das Bluth lauffen laſſen, bis auf ſeine Stadt, ut ſc. non ſupprimatur ſanguis præcipiti impetu, ſed potius largius antea fluere permittatur.

Pariter memorandæ ſunt hæmorrhagiæ recrudescentes a præmatura aut rudiore & improvida escharæ, poſt violentas ſanguinis eruptiones, obductæ, remotione.

Neqve omittenda eſt circumſtantia anniverſariarum poſt hasce ſanguinis profuſiones commotionum, circa ipſa loca atqve partes præcedente tempore violatas; de qvibus m. ſupra.

III.

Criticæ in genere.

Hæ,

Hæ, uti ſponte aliqvando erumpentes, ſi febris reliqva fuerit vehemens, nil modici ſervant.

Ita ſi ipſis per aliquam vim via qvaſi pandatur, v. g per V. Sctionem ſub lingua, accidit non raro, ut venae ita inciſæ ingentem ſang: qvantitatem profundant, difficulter admodum cohibendam.

Si vero juſto parcius ſangvis emittatur, vel amittit omnem efficaciam ſalutarem, vel potisſimam ejus partem.

Adeo, ut ægri, ſi demum vitam auferunt, diuturnis langvoribus, faſtidiis, inqvietudinibus, lentis & hecticis febribus, rheumatismis, apoſtaſibus ad certa ſolum membra obſideantur, vel motus pertinaciorum morborum ingruat.

Unde in hujusmodi caſibus parum communiter ſatisfacit moderata nedum modica emisſio aut eruptio, qvin potius vel plane exacerbet conniſum univerſum, vel ad minimum nullum operæ pretium faciat.

Specialiora vid. infra ſub hæmorrh. Narium.

IV.

Inſolitæ.

Hæ pasſim ab Autoribus referuntur, præcipue de ſexus muliebris menſtruis e loco aliqvando alienisſimo erumpentibus.

Ubi tamen plerumqve,

1.) Vel

1.) Vel aditum ad talem regionem jam olim ægra experta eſt, ſc. a generaliore hæmorrhagica inclinatione; unde poſtea menſes e media gena, a cantho oculi, ex aure &c. erumpentes, evadunt.

2.) Vel frivolam occaſionem dederunt immodeſta ſcalptione, fortuita ſectione aut contuſione vulnerata, aut tenuisſimis qvibusdam varicodeis tuberculis.

De qvorum cenſu varices exiſtunt, quæ pruriginoſæ ſcalptione læduntur, inde eximius ſanguinis fluxus ſeqvitur, germ. Bluthſeinen.

3.) Maxime vero ſi hæc contigerint circa ipſum tempus menſtruum uſitatum, imprimus aut ubi via ordinaria vel intercluſa penitus, vel admodum impedita, conatus tamen ſi ſatis conſtat.

V.

Incongruæ.

a) Spontaneæ.

Solent videlicet interdum evacuationes ſanguinis ſenioribus competentes, junioribus etiam contingere, & reciproce.

Cauſa qværenda eſt in hæreditaria diſpoſitione, rarius in medicatione ſtimulante.

Qvanto magis vero incongruarum notam tales merentur, eo plurimum & graviorum incommodorum feraciores exiſtunt.

N Ita

Ita obſervata ſunt exempla infantum menſtrua per genitalia paſſarum, puerorum dejectionem ſanguinis ſinceram alvum expertorum, qvi tamen omnes mature vivere deſierunt.

Qvi v. adolescentes â pubertate ad 20. 24. annorum ambitum etiam per hœreditariam translationem veris hæmorrhoidalibus evacuationibus adſuefacti occurrerunt.

Illis partim nil temperans nedum ordinatum eveniſſe animadverſum eſt.

Partim mature Iſchiadicos, podagricos, imo deteriores eventus ſuccesſiſſe aut vitam non ultra 40. ad minimum 50. annos produxiſſe.

Annoſiores ſuperiorum partium imprimis hæmorrhagias perpesſi, ſi hunc morem ex adſvetudine ita ſervaverint, ut per juvenilem m. ætatem freqventius ex hoc loco depletio facta ſit, neqve tam crebris nec imprimis vehementibus in poſterum perturbationibus obnoxii ſunt.

Interim vix unqvam ſine conſpicuis incommodis.

Tanto magis qvicunqve præter continuatam hanc adſvetudinem, occaſione deficientium aliarum hæmorrhagiarum magis convenientium ad narium hæmorrhagias procedunt, ubi fluxus eſt præceps ad intemperiem, indomitus, anomalus, ſonticorum malorum ſcaturigo.

Vetulis, qvibus revertuntur uterini fluxus, apu-

apud ipſum vulgus infames ſunt ob vitæ brevitatem ab illo tempore ſuccesſuram (niſi a ramulo hæmorrhoidali potius uteri fluxus prodierit.)

Et certe communiter raro fallit præſagium, niſi dexterrimæ medicationi æqve atqve remediis tempeſtive obtemperauerint.

β) Non ſpontaneæ s: artificiales.

Inter has ſe nobis offert.

1.) Venæ-ſectio, cujus incongruus uſus ſuperſtruitur, tempori, loco, qvantitati.

Temporis intuitu in valde tenera puerili imo adoleſcente ætate non convenit eam inſtituere libere, nedum liberaliter, ob pejores inde conſeqventias.

Natura m. non solum poſt longiorem uſum, ſed ſatis mature imo præmature adſuefit, facta inde poſthac ſenſibilisſima impatiens & pertinacisſima, ut niſi ſatis officioſe & velut ad veram indulgentiam tempeſtive continuetur, ſumma protervia, inſolentia & vehementia in has res connitatur.

Cum potius ſatis certum, incommoda in his ætatibus, v. Stione vel præoccupanda, vel auferenda, neqvaqvam tanta eſſe, qvin m. aliis methodis efficaciter ſe expugnari patiantur.

Minus qvoqve tempeſtive v. Stio adminiſtratur in morbis, qvi concurſum plethoræ ad exitum inclinantis naturæ ſub ſe complectuntur; interim magis jam effectum cau-

ſarum involvunt, qvam ſingularem veluti cauſandi energiam.

1mo enim niſi rarisſime tollit effectum.

2do uſitatæ noſtræ parcæ misſiones non ſatisfaciunt tali effectui, ſi vel maxime largæ hoc forte posſent.

3tio ſigna communiter confuſa ſunt, & indoles horum effectuum rarisſime ſimplex vel ſincera eſt; unde familiariter potius mala ingruunt.

Id qvod præcipue de V. ſtione in febribus prudenter æſtimandum.

4to ſi quam maxime exacerbatæ ita naturæ ſatisfit, rapit illa hanc indulgentiam in pejorem partem, ut alia vice propter leves occaſiones pari procacitate ad ſimiles impetus feratur, neqve alii methodo niſi huic ſoli pareat.

Qvo vero ægri magis magisqve conjiciuntur in profectiores & ferociores ad minimum affectuum recurſus.

Ratione Loci & temporis etiam inauſpicate ſanguis emittitur in ſuperioribus corporis regionibus, v. g. ſub eruptione menſium, aut ſub hæmorrhoidum fluxu plus minus ſtato.

Ratione qvantitatis aberratur variis modis.

Parca enim misſio curative, niſi ſubjectum oppido ſenſibile ſit, & ad qvietem propenſum, tali tempore ſimpliciter fruſtranea eſt, & majores potius commotiones & turgefactiones provocat.

Qvod & in illa, qvæ præservative instituitur, valet.

Nonnunqvam etiam nimis exili punctura fluxus ipse languidissime succedit, cum ex adverso subjecta sensibilia ad alterationem v. s. subeundam disposita, etiam hac ipsa circumstantia repentinæ copiosæ eruptionis, insigniter magis afficiantur.

Alibi vero etiam ab imperitis balneatoribus plus qvam expediat, detrahitur, respectu ad magnitudinem, robur, plethoram ægrotorum neglecto.

Et periculosus non minus error est repetentium qvocunqve tempore missionem.

Id qvod maxime valet de v. s. media æstate, fervida tempestate, imo vel promiscue ad phases lunæ, nullo prorsus respectu habito in qvibuslibet ægris.

11.) Scarificatio non minus incongrua est, nisi in Subjectis spongiosis, & præc. in contentiosis pertinacibus congestionibus circa caput hæmorrhagico-rheumaticis.

Qvamlibet vix efficax sit, nisi iteratis vicibus, vulgata tamen singulis mensibus eductio indifferenter minus convenit; longe prudentius ordinanda ad anni, temporum, tempestatum, exacerbationum varias proportiones.

Ratione ætatis qvoqve & vergentiæ hæmorrhagiarum hic pariter ac supra error committitur, dum annosioribus & junioribus

bus plures cucurbitulæ circa ſuperiores qvam inferiores partes affiguntur.

Qvo facto iterum arthriticis rheumatibus eorumqve anomalo motui via ſternitur.

Rurſus & hic adſvetudo promptisſime inducitur, cujus certisſimus effectus 2plex eſt.

1mo, ut qvanto intemperantius emisſio hæc admittitur, tanto citius parum aut nihil amplius deſiderato fini ſatisfaciat.

2do, ſi jam nihil amplius adjumenti adferat, tunc penitus eam omittere tamen periculoſum ſit.

Omisſiones adſvetarum harum evacuationum artificialium ſtrictim nunc recenſendæ.

Stolidus profecto ſermo eſt, tam de annoſioribus promiſcue, qvam de junioribus, ſpeciatim phthiſicis, vel qvi tabidi ſolum apparent, pronunciare, ut potius ſibi ſangvinem in corpus coëmerent, qvam ita prodigerent: Sie ſolten ſich lieber das Bluth in Leib kauffen.

Experitur potius qvivis attentior Practicus, tum detrimenta, certiorum & plurium malorum fomenta, tum incitamenta inſeqvi, ubicunqve diutius aſſvetis temerarius neglectus perſvadetur.

Ipſum jam vulgus compertum habet (niſi a ſciolis expertibus experientia vana autoritate in transverſum agatur) frivolum ſcarificationis aſſvetæ neglectum antiqvis incommodis portam aperire.

Unde nec annoſioribus emiſſio utilis, maxime

xime ſi plethorici cum euchymo cibo, ſpirituoſo potu etc.

Nec tabidis hecticis eadem ſemper interdicenda eſt, præc. tempeſtiva, ordinata, temperato æſtu febrili; ſub æqvinoctiis, vel orthoſtadia, revertente.

Cap. II.

Hiſtoria hæmorrhagiarum, Specialis.

1.) Narium α) ſimplicis,
β) criticæ,
γ) phlegmaticæ.

In Specie

I.

Hæmorrhagia Narium ſimplex.

Ad Subjecta qvod attinet, regulariter huic expoſiti ſunt juniores, pueri, & adoleſcentes, alacres, plethorici, maxime ſexus virilis, qvandoqve puellæ activioris & plane ſingularis indolis.

Non evenit in ſenioribus citra peculiares rationes hæreditariæ diſpoſitionis, adſuetudinis, vel externarum commotionum, vel etiam palindromes.

Fit ergo incongrue interdum, ut qvi in juniore ætate huic evacuationi adſueti fuerint,

rint, & deinde vicarias evacuationes ſ. hæmorrhoidum vel menſium experti ſint, his vero a qvacunqve cauſa impeditis, palindrome ad primum locum inſtituatur cum refrigeratione inferiorum.

Hæc familiarior ſæminis, qvibus menſes vel plane non vel impeditius ſuccedunt.

Sic hypochondriacis m. juvenilis ætatis loco hæmorrhoidum moliminum, vel eruptiones e naribus, vel molimina contendentia ſæpe accidunt.

Scorbuticorum freqvens narium hæmorrhagia plethoræ ſimul adſcribenda eſt.

Palindromen etiam ſangvinis ad caput, tam prægreſſa jam olim narium hæmorrhagia vel moliminum ejus conſvetudo, ad alieniore etiam ætate maximopere invitat temere inſtituta v. s. in brachiis præcipue in febribus acutis & aliâs ſub ipſis moliminibus, it. lautior ſpirituoſa in ſenectute diæta & otium.

Cuſæ ſunt, Plethora, corporis & animi commotiones vehementiores, abuſus Vini, aliorumqve ſpirituoſorum, & aromatum, fervor ſolis vel conclavium calefactorum, ſomnus, vigiliæ inſolitæ, inclinatio capitis ad terram, colaphi, colliſiones, ſcalptio, corroſio per halitus, emunctio vehementior. etc.

In pueris, præter has, & dentitio, ploratus, exercitatio memoriæ, curſitatio in Sole, nudo capite, conſvetudo, voracitas, inferiorum ſenſibilis refrigeratio etc. ſuſcitant hanc excretionem.

Im-

Imminentis ſigna ſunt, Cephalalgia gravativa, vertiginoſa, facies tumida, rubra, oculorum rubor, ſcintillulæ ante oculos, lacrymarum effuſio involuntaria, pulſatio arteriarum circa collum & tempora, narium ſiccitas, pruritus, tinnitus aurium, alvi adſtrictio, urina tenuis, frigus partium exteriorum, præcipue inferiorum.

Qvando v. minus impedite prorumpit, hoc fit tacite & ſponte, ſine fere incommodis.

Prognoſis: Hæmorrhagia narium moderate & proportionate ſuccedens, utplurimum ſenſibilem alacritatem adfert, & a multis adflictionibus præſentibus & futuris præſervat.

Et de moderata fere nunqvam timendum, qvod phthiſis ſubſeqvatur; ſed tunc facilius, qvando improvide cohibetur, aut qvando prodiga repente ſupprimitur.

In conſiſtentiore ætate molimina & concitationes, præcipue cum animi motibus impetuoſius factæ, producunt non raro apoplecticos affectus, in ſenibus ſeroſam, in junioribus ſanguineam apoplexiam.

Hyberno & autumnali tempore adeo prompte haud, qvam verno & æſtivo profluere utplurimum ſolet; qvanqvam qvandoqve periodum ſuam ſervet vernali & autumnali tempore.

Rarius excedit fluxus, niſi qvandoqve 1.) extra ætatem contingat. 2.) niſi conſuetu-

dine, aut 3.) per dispositionem hæreditar: confirmata 4.) per immoderatas vel corporis vel animi commotiones violenter provocata sit.

In defectu vero peccans omnia signa sunt graviora, etiam graviora pathemata insequuntur stases, inflammationes, febres acutæ.

Si vero consueta veluti cessat & eminet, graviores minatur anomalias.

Si itaqve moliatur qvidem sed non asseqvatur exitum, inde varia assurgunt incommoda sontica circa caput & pectus.

Qvæ qvidem tanto graviora sunt, qvo magis adsveta fuit ventilatio.

Symptomatica illum usum non infert: hinc in chronicis imprimis consummatis parum prodest; Sæpius magis nocet; Sic excessiva funesta in malignis, petechialibus & continuis; tolerabilior in variolis & morbillis, febribus intermittentibus.

Qvi juniores immoderatioribus hujusmodi eruptionibus adsveti fuerunt, si vel intermedia ætate ab iis fiant liberi; hi facile in adultiore ætate in tales vergunt affectus, qvo vel inclinationes, vel hæmorrhagicas translationes, vel palindromes periculosas adsciscunt.

Sic in illis ultra 30. annos progressis, hæmorrhagiæ narium ut plurimum importuniora pathemata spastica reheumatica seu verius arthritica habent.

Et

Et hoc qvidem triplici modo:

Si 1.) Eruptiones excesſivæ per irritationes externas proliciantur, indeqve mala conſvetudo introducatur. Si, 2.) ab hæreditaria diſpoſitione pendeant. 3.) Si impetus tales hæmorrhagici ſub aliis affectibus vel exaſperentur vel reliquum affectum exaſperent.

Hujusmodi hæmorrhagiæ familiares ſunt, maxime arthritidi vagæ, tabidis & hecticis, qvam ſimpliciter phthiſicis, uti fœminino ſexui.

Habitualis narium hæmorrhagia, qvæ ætate minus congrua fit, labem cujusdam viſceris abdominis ſæpe conjunctam habet.

Suppresſio vero, niſi alius ſalutaris fluxus ſubſtituatur, turmam pathematum producit; ſcilicet palpitationem cordis, aſthmata, catarrhum ſuffocativum, hæmoptyſin, pleuritides, peripneumoniam, febres acutas etc.

Ab inconveniente chirurgica medicatione per Vitriolacea, & æruginoſa pro ſcopo cohibendi, facile inducuntur polypi narium, ulcerationes fœdæ, ozænæ dictæ.

Therapia: Subita reſtrictio per vulgaria adſtringentia, in-& externa, opiata, terrorem, per characteres, immisſionem profundiorem intra Nares ſpirituoſorum, vellicantium, acrium, ſtypticorum refrigerationem præmaturam, uti hepatis, Scroti etc. ubiqve magis nocet, qvam prodeſt.

Qvod

Qvod eo magis valet 1.) in hæreditariis, 2.) in illis fluxibus, qvi ab impetuosis spasticis translationibus & stricturis congestoriis pendent, atqve foventur.

Si fluxus itaqve sponte & legitime succedit, satis raro omnis medicatio necessaria est.

Potius vel in excessu vel defectu per vicariam ventilationem opportunam, & subjunctam commodam temperationem, apertionem & roborationem succurrere licet.

β.) Hæmorrhagia narium critica.

Hæc, qvanqvam diu ingens sanguinis commotio & turgescentia præsto fuerit in febribus & alibi, ubi accidit, non tamen erumpere solet;

Nisi certo tempore ad peculiarem diem non solum, sed etiam (rem exqvisite capiendo) ad certas certæ diei horas, mensura penitus definita, larga tamen cum insigni decumbentis euphoria.

Qvo magis a. â liberali & larga efficacia deficit, eo pejus cadit negotium & eo minus lenitionis ac mitigationis adfert.

Accedit hæc cum evidenti apparatu motuum pressoriorum versus caput ex inferioribus.

Hinc tanqvam Signa præcedunt tensio hypochondrii dextri, urinæ suppressio, aut imminutio, tenuitas, sudoris suppressio, frigidulus ad tactum inferiorum sensus.

Contra v. faciei inflatio, vasorum colli & temporum turgescentia, oculorum prominen-

nentia & ſiccitas qvaſi, qvin rubor, ſonitus & ſibilus aurium, mentis aliqvando vacillatio, vertigo, ante oculos qvaſi apparens ſcintillatio, tandem narium pruritus, vel ſine vel ſub qvalicunqve ſcalptione, eruptio ſanguinis.

Contrarium & alterum hujus ejusdem rei ſchema occurrit in funeſtis acutarum febrium cataſtrophis, prægresſa conſtitutione plethorica male exeuntibus.

Præcurrit repentina dictorum ſignorum ſyndrome, item anguſtiæ internæ ſuspirioſæ, mentis perturbatio, oculorum furor, ferocia &c. cum refrigeratione inferiorum, maxime pedum, daß ſie von unten auf ſterben.

Tandem magis magisqve corporis totius inſenſibilitas & immobilitas, qvibusdam vitia anginodea faucium, deniqve mors, cum reſpiratione per oppresſionem veluti intercepta.

Illis, qvibus hæc repente ita eveniunt indubie, qvibus vero ſegnius, familiariter erumpit ſanguis copioſe poſt obitum e naribus & per infundibulum ex ore.

Unde ſcarificatio narium Ægyptiaca primam duxisſe originem perhibetur.

γ.) Phlegmatorrhagia Narium.

Facile contingit Subjectis, qvæ ante hac congeſtiones hæmorrhagicas ad caput ſubierunt, aut rheumaticis capitis affectibus obnoxia fuerunt,

Hinc

Hinc etiam diſcrepat a coryza, in qva ſucceſſive evacuatur, qvod in hac qvaſi ſimul & ſemel proſeqvitur.

Conſiſtit hæc in congeſtione ſ. appulſu largiore ſangvinis hæmorrhagico, vel ad hæmorrhagiam deſtinato ad nares.

Cum autem motus ad exitum non pertingat partim ex viarum, partim ſangvinis craſſioris & cum tenui ſero non ſatis ſubacti vitiis, ſecedit ita ſeroſitas & ſtillat e naribus, non ſecus ac hæmorrhoides mucoſæ & fluxus albus ab impedito hæmorrhoidum aut menſium fluxu contingunt.

Subſiſtit hic fluxus communiter intra guttas non ita multas, ut ſtillicidium verum, qvale hæmorrhagia narium format, non proſeqvatur.

Notisſima tamen etiam eſt notabilis hujus fluxus continuatio ſpisſioris æqve, qvam tenuis materiæ in acriore coryza.

Cap. III.

Hiſtoria Hæmopthyſeos.

Subjecta ſunt ordinarie juvenes & adultiores ab anno ætatis 18 ad 35. plethorici, cholerico-ſangvinei, cholerico-melancholici, aut ſangvineo-melancholici, ſexus ſeqvioris ob menſium turbas magis qvam maſculini, literati vita ſedentaria gaudentes, hypochondriaci. etc.

Cauſæ

Causæ internæ (adsveta in puerili ætate hæmorrhagia Narium, jam desinens vel suppressa, item menstruorum turbatio, hæmorrhoidum regurgitatio in senioribus.

Causæ externæ (concussio pectoris â lapsu, immoderato clamore, cachinno, concionatione, nisus corporis cum anhelitu, desidia, compressio abdominis, animi pathemata vehementiora, præc. ira, terror, exæstuatio, ingestio calidarum & commoventium rerum.)

Causa remota qvandoqve Saburra stomachi, qva per emesin ejecta, nonnulli hæmoptysi, qva laborabant, liberati sunt.

Affectus est rarus respectu ad hæmorrhagias narium & ani.

Molimina haemoptyica tanto freqventiora sunt, qvæ partim idiopathica, partim & præcipue symptomatica ex aliis hæmorrhagiis suppressis. Sic qvando haec molimina in effectum non deducuntur, tunc transeunt facile in spastica, inflammatoria, rheumatica, phthisica, aut in confiniis pectoris in ulcerosa, interdum scirrhosa & alia consectaria & pathemata.

Praecedit aliqvibus sensus aliqvis pressionis, titillationis, pruritus qvasi secundum longitudinem asperae arteriae, qvasi nucleus ibidem haereat.

Apud alios v. longe profundius intra bronchia pressio & renisus cum actuali dolore.

Hinc

Hinc obſervatur, qvod illis, qvibus hæmoptyſis tacite magis ſine externa vi erumpit, primus ille ſenſus circa laryngem accidat; poſteriorem v. profundius illi experiantur, qvibus a violentis cauſis eruptio coorta eſt.

Nonnulli hæmoptyici peculiarem, exqviſitiorem doloris ſenſum profunde in hypochondrio ſiniſtro, ſub ipſis coſtis nothis; alii motus ſpasmodicos circa humeros Flüße am Halß und in dem Achſeln ſentiunt.

Non raro praecedit vel intercurrit vertigo, ſomni defectus, tacita animi anxietas & dejectio.

Aliis erumpit poſt tusſim non ſemper immoderatam, ſaepe parvam, maxime vero ſiccam.

Rarisſime v. a vehementia tusſis ſuborta haemoptyſis notatur, imo exempla ſunt haemoptyſeos absqve tusſi.

Alios contra invadit qvaſi tacite ſine ullo praegreſſo alterius cujuscunqve mali ſenſu, ut ſimpliciter calidum qviddam ſcaturire e pectore in fauces percipiatur, qvod ejectum ſincerus floridus & communiter ſpumidus ſanguis eſſe deprehenditur.

Qvo vehementior & copioſior contingit exſcreatio, eo pallidior imo ſublividior aegri eſt aſpectus, vaſis circa collum & tempora turgidulis. Alvus fere eſt adſtricta.

Periodice facile recurrit, ita ut ſtata tempora ſeptimanarum, vel lunae mutationum, vel anniverſaria ſervet. Qvo

Qvo vero ſæpius recurrit, eo impetuoſior eſſe obſervatur, & qvando mox in initiis vehementer erumpit, ac graviter affligit, malum omen eſt.

Omnis hæmoptyſis periculoſæ eſt conſeqventiæ propter nobiles & teneras pulmonum partes.

Bene cedentis ſignum eſt, ſi facile ſanguis egeritur, nec menſura excedit, nec importunam diuturnam tusſim relinqvit, nec revertitur facile, neqve ſæpe.

Repente v. ſubſiſtens, ſuffocativos & inflammatorios pectoris & febriles affectus relinqvit.

Periculo itidem haud caret, qvando extravaſatus ſanguis relinqvitur, qvi corruptionem ulceroſam & phthiſicam inducit.

Quod etiam facile fit, qvando impetuoſius & freqventius recurrit.

Notabilis congeſtio ſufficientem exitum non inveniens tusſes ſiccas, aſthmata ſpuria, ſicca, ſpaſtica, peripneumonias, anginas, phthiſes; extus affectus ſpaſticos, rheumatico-arthriticos, apoſtemata in glandulis ſubaxillaribus, fœminarum mammis exſuscitat.

Differt 1.) â ſputo cruento, qvod ſaltim ſtriatum eſt ſanguine, ſcreatu ex infundibulo vel gingivæ partibus prorumpens.

2.) a vomitu cruento, in qvo ejicitur ſangvis grumoſus, magis nigricans, ſine tusſi, cum actuali ventriculi vomitu.

Striæ ſangvineæ in peripneumonia hæmoptyſeos nomen haud merentur.

Therapia docet qvod V. Stio non ſit parca, & in hæmoptyſi, qvaſi per ſe orta, pro citiore alteratione in brachio; in perturbatis menſibus & hæmorrhoidibus vero in pede celebrari debeat.

Sic neqve per evacuantia valde ſtimulantia, per valde commoventia, ſiſtentia ſtyptica, opiata, repellentia, valde refrigerantia, tusſim magis excitantia pectoralia, hæmoptyſis ſecure curatur:

Sed potius proſunt temperantia, cum ſecuris anodynis & adſtringentibus, in caſu necesſitatis, prudenter combinata

Revulſiones per diapnoica temperata, & externa, ſc. frictiones etc. uſui ſunt.

Alvus ſemper ſit libera, qvod fit per laxantia, clyſteres.

In decſinatione, ad relictas forte grumoſitates, Pectoralia reſolventia conducunt.

Præſervatorie in malo ex hæmorrhoidibus & menſibus conducunt apertiones horum fluxum tempeſtivae; item

V. Stiones & ſcarificationes adſvetæ æqvinoctiales.

Cap. IV.

Hiſtoria vomitus cruenti & nigri.

Sub-

Subjacent huic ſæpius fæminæ, rarius viri, (& hoc in confirmatis hypochondriacis, ſpleneticis & perturbatis hæmorrhoidariis affectibus): inter illas v. rarius puellæ, freqventius annoſiores, maxime tamen adhuc menſtrua experientes, ſed cum turbis.

Omnibus vero ſubjectis & ætatibus a cauſis violentis contingere poteſt.

Cauſa interna eſt ſanguis, V. Portæ reſtricta, ſpisſior.

Procatarctica, hæmorrhoidum & menſium fluxus impeditus: ſic inſolitas hæmorrhoidum & v. menſium, viasconſtituunt abuſus potuum ſpirituoſorum, iracundia & alia animi pathemata.

Vomitus cruentus cum corroſivis, a virulentis, draſticis, & vehementer emeticis, vix ad hunc cenſum pertinet.

Vomitus cruentus omnium hæmorrhagiarum ſpecies eſt rarisſima.

Antecedit alvi inordinatus ſucceſſus, excipit appetitus defectus, cardialgia in lipothymiam proclivis, capitis perturbatio, in ſiniſtro hypochondrio intenſior anguſtatio & tenſio.

Succedit anguſtia præcordialis & nauſea, mox conatus vomendi, donec tandem ipſe ſincerus cruor in copia excutiatur.

Non tamen uno actu omnis ſangvis elidi tur, ſed ſub qvietis tempore in ſtomacho ita

O 2 colligi

colligi ſentitur, ut ſuccedentibus dein novis conatibus fruſta integra coagulati ſangvinis prodeant.

Duratio in fæminis plerumqve brevior eſt, ſed facile cum menſtruis periodis revertitur; longior in viris, & in hiſce circa æqvinoctia ut plurimum exitum molitur.

Apud ſœminas etiam ſponte crebrò ceſſat: non item apud viros.

Prognoſis minus bona eſt; apud fæminas non tantum periculi qvam viros timendum: abit tamen facile in conſvetudinem, & tunc in viris tabem, in fæminis communiter cachexiam infert.

Sangvis in ventriculo in putrefactionem abiens, pericula â veneno aſſumpto majora, producit.

Periodicus non adeo periculoſus, præcipue menſium vicarius, qvam vagus.

Si vero vel in copia excedat, vel minus diſcutiatur, & adſtringentibus perperam tractetur, diſponit ægrotos ad inflammationem lienis, vomitum nigrum, cachexiam, œdemata, hydropem, hecticam & alia ſpaſtico-convulſiva pathemata hypochondriaca, hyſterica, melancholica, ſcirrhoſa interna, colica, icterica, ſuſpecta.

Vomitus cruentus & niger in febribus inflammatoriis, communiter eſt res extremæ & deſperatæ ſalutis.

In Therapia: Vomitoria, acria purgantia, poſitive adſtringentia, martialia, ſtyptica acido-

acido-austera, narcotica, calefacientia volatilia spirituosa, nimis refrigerantia, obviscantia, minus secure adhibentur.

Securior medicatio fit in mensium & hæmorrhoidum successu tempestivo & legitimo, temperatione orgasmi, parca adstrictione ob immediatum ingressum tonicorum securiorum.

Alvus ubiqve servetur aperta.

V. Stio non in omni vomitu cruento, si sit mitior, necessaria: si vero gravior, in pede tempestive prodest, præprimis in omnium hæmorrhagiarum turbis.

Specificum constans & fidum hic est Essentia millefolii per paucos dies usurpata.

Præservatio iisdem remediis obtinetur, maxime V. Stione in pedibus.

Vomitus nigrorum.

Morbus hic præcedenti maxime cognatus est, sed longe rarior.

Occurrit vel per chronicas solum hypochondriaco-spleneticas contentiones jam obfirmatas:

Vel per acutos affectus & febres vere heteroclitas vigiles taciturnas præter mores patientum, cum debilibus viribus: maxime per veram lienis inflammationem.

Materia vomitu ejecta fuscum refert colorem diapruni instar, aut rob. juniperi vel sambuci.

Specialis nonnunqvam æqualis grumosita-

tis ſpecies adeſt oblongis & veluti fibroſis, qvamqvam brevibus, moleculis.

Non raro diſcolores ejectiones videntur poſt cereviſiam ſpisſiorem, aſſumpta condita, juglandem nucem, vel ceraſa condita, vel martialia, aut decoctum prunorum.

Unde narratur ſæpe color niger & materia conſiſtentia picem æmulans, wie Theer, Pech. ab aliis ſiccitatem ſimul expreſſuris: es gehe wie verbrandt von ihnen.

Autopſia anatomica teſtatur, qvod lien plerumqve ſit magnus, induratus, aut corruptus, vaſa brevia diſtenta & ſanguine infarcta & disrupta, in inteſtino ileo vaſa ſangvinea rupta cum materia nigricante.

Prognoſis: Si poſt chronica mala eveniat, mediocria nos ſperare jubet, in acutis vero funeſtum metuere eventum.

In partu difficili, & cum intolerabili fætore, malum.

Cap. V.

Hiſtoria Haemorrhoidum.

tam in genere
qvam in ſpecie
internarum
externarum.

Hæ-

Hæmorrhoides in genere.

Subjiciuntur hiſce plethorici, ſangvineum, ſangvineo plegmaticum, & melancholico-cholericum temperamentum, ætas virilis, ſenilis, raro juvenilis, ſexus potior magis qvam ſeqvior.

Cauſa interna eſt plethora & ſpisſitudo ſangvinis, ſpecialisſime apparatus genitalis, & conſpiratio inqvinamenti venerei cum locis hæmorrhoidalibus; hinc venerei podagræ ſunt expoſiti, & ſecundum Hippocr: Eunuchi podagræ ſunt expertes, ob conſenſum ſc. cauſalem motus podagrici cum hæmorrhoidibus.

Huc referri merentur diſpoſitio hæreditaria & habitualis factus hæmorrhoidum fluxus, ſed per incongrua artificia perturbatus, eqvitationes, ſcybala dura, haemorrhagiarum aſſuetarum emanſio, abuſus aloes, helleb. Vini Hungar. allii, Elix. Propriet. &c.

Communiter non eveniunt, niſi ſub certa ætate, exceptis externis fortuitis occaſionibus, ab alvo dura, eqvitatione, tempore, ſanguine, diæta calidis, concurrente præſertim hæreditaria diſpoſitione.

Materia eſt ſanguis venoſus purus â ſtagnatione ſpisſior.

Ante eruptionem ordinarie motus ſpaſtici iſchiadici, lumborum, coxarum, femorum, pedum dolores, daß es Zucket, ziehet, reiſſet,

ſpannet ac ſentiuntur, vel ipſis hæmorrhoidi. bus hi motus ſuperveniunt.

Fluxus fere nunqvam perpetuo ſucceſſu procedit, ſed ſemper niſum preſſorium ſub alvi excretione experitur.

Fluentes ſæpe periodum ſervant:

Aliis rarius eveniunt cum nullo ſenſibili intervallorum ordine;

Aliis cum qvodam ordine circa æqvinoctia:

Aliis ſæpius per annum, ſine certa periodo.

Aliis freqventius cum exqviſite menſtrua periodo.

Prognoſis non admodum bona eſt, dum facile adſveſcit, & impeditus motus gravia poſt ſe trahit pericula.

Si junioribus fluant & inconſtanti ſucceſſu continuent, hi variis pathematibus per vitam exponuntur, & raro inſigne ſenium attingunt.

Et in his qvoqve facilius, cum periculo, ad interiora repelluntur.

Contra in annoſioribus pertinacior fluxus; & his, ſi moderate & ordinate ſuccedat, longiorem vitam qvaſi pollicetur.

Sicut & aliâs debito ordine ac proportione fluxus hujus ſuccedentis effectus ſalutaris eſt abundantis ſangvinis depletio, & præoccupatio incommodorum a moliminibus circa V.P. orta; ſc. hypochondriacorum, aliarumqve congeſtionum periculoſarum ad pectus, hepar etc.

Peccat autem, ſed rarius, vel in exceſſu, ubi

ubi a natura ſponte ſuſcepta copioſa depletio vix nocet;

Vel, qvod ſæpius, in defectu; qvando hujusmodi molimina vel exitum non inveniunt, vel jam adſuetæ ſupprimuntur, unde vero varia graviora eveniunt ſymptomata: ſc. colica ſtorminoſa, ſpasmodica, durities abdominis flatulenta, lienis pathemata, vomitus cruentus, niger icterus, aſthmata; in junioribus translationes ad pectus, tuſſes humidæ, melancholia hypochondr. mania, aſcitis &c.

Therapia conſiſtit in ſublatione plethoræ per v. s. vel ſcarificationem pro diverſitate Subjecti: in ſuperioribus, ſi desvefacere, in inferioribus, ſi invitare velimus.

2.) æqvali dispertione, dilutione, motu ſecretionis ſalino-ſeroſæ expeditiore per nitroſa, emulſiva.

3. Aſſuefactarum promotione, apertione per hirudines, v. s. ſub poplite, malleolo; ſcarificatione.

α.) Internæ.

Obtingunt plethoricis, ſanguineo-cholericis, ſanguineo-melancholicis, qvandoqve fæminis plethoricis, vel gravidis, largius aut menſtruatis, vel intempeſtive menſtrua amittentibus; ſæpius tamen viris, qvam fæminis, in ætate conſiſtente, ſenili; in juvenili vero ob hæreditariam diſpoſitionem.

Cauſæ internæ ſunt plethora, narium

hæmorrhagia prægresſa, hæreditaria dispoſitio &c.

Externæ ſunt diætæ vitia, ſiccitates alvi, curſitationes, vita otioſa ſedentaria, perfrigerationes corporis, evacuationum ſanguinis artificialium intermisſio, abuſus ſpirituoſorum, aromaticorum, aloeticorum &c. animi pathemata.

Fluxus hic prodit e Vena hæmorrhoidali interna, qvæ ramus eſtrivenæ portæ ramo ſplenico deſcendens, & ad inteſtimum rectum excurrens.

Præcurrunt communiter varii motus tenſivi, ſpaſtici circa ventriculum, meſenterium, lienem, hepar & inteſtina.

Percipiunt ſenſum aliqvem in inteſtino recto intus hærentis nuclei duri; & quo tumor altius introrſum ſentitur, ſunt cæcæ hæmorrhoides: hinc facile fit ſtaſis inflammatoria.

Signa præſentium ſunt ſangvis rite & freqventer fluens ſincerus & floridus; ſed raro & impedite exiens ſpiſſus ac nigricans; in raris moliminibus procedens, exit materia mucoſa.

Facies ut plurimum flavo-virideſcens eſt, cum urina craſſa, ſedimentum roſei coloris exhibente, vel tartaream concreſcentiam.

Interim non fluunt ſpontaneo & perpetuo ſucceſſu, ſed ſemper ex ſpectant presſionem: ſt: niſum excretionis fæcum alvinarum.

Internæ interim non modo maturius ſeſe pro-

prodere ſolent, ſed etiam freqventius, imo & facilius, ideoqve brevioribus moliminibus & congeſtionibus, qvam externæ.

Sic differunt menſura excretionis, in his ſatis moderata, in externis parciore.

Item internæ ſervant magis ſtatam periodum nunc menſtruam, nunc ſemeſtrem Vere & Autumno redeuntem, in qvibusdam alium certum terminum.

Si vero extra æqvinoctium ingruant, tumultuarium plerumqve adipiſcuntur ſucceſſum.

De aſſvetudine notandum, qvod hujus generis evacuatio facilius & pertinacius qvam alia ulla, adſvefiat, adeo, ut vix ullus ei bis, ter obnoxius ſit, qvin in poſterum novos ejusdem inſultus experiatur.

Fæminæ, ſi loco menſtrui fluxus impediti hæmorrhoides ſemel iterumqve paſſæ ſint, harumqve ſuppresſionem tum incurrant, neqve vicariis ventilationibus aut medicationtinibus utantur; certisſime varia gravia pathemata incurrunt.

Sic ſæpius & in illis conſvetudinem induit fluxus, in qvibus jam diſpoſitio adeſt ad motus: uti in gravidis.

Prognoſis: Salutaris omnino eſt fluxus, ſi tempeſtive recurrit; vel poſt ſuppresſionem haud adeo longam prorumpit; ſic multorum imminentium morborum vera & efficax medicina fit; & internæ hæmorrhoides fluentes multa commoda adferunt venæ portæ, hepati, ſpleni, ventriculo, meſenterio, pancreati,

toti inteſtinorum tractui: e contrario contra.

Interim internæ ad externas facile convertuntur, idqve faciliime regimine ſudorifero, per calida oleoſa, volat. Spir. Tart. C. C. ebor. urinoſos &c. in paroxysmis data & hoc fere infallibiliter, ſi paroxysmus magis motus impetu qvam materiæ qvantitate exceſſerit, qvod prompte ab animi paſſionibus evenit, ubi facillimus ad arthritidem rheumaticam, vagam habitualem, in junioribus hyſtericis fœminis ad epilepſiam fit tranſitus.

Hippocrates aph. 21. VI. obſervavit, qvod hæmorrhoides inſanientibus ſupervenientes, delirium ſolvant.

Sic ſolvunt qvandoqve affectus arthriticos, malum Iſchiadicum, gonagram, podagram, mal. hypochondr. etc.

Hæmorrhoides vero legitime, vel ad exceſſum fluentes, ſi ſupprimantur, non ſolum graviora pathemata, ſed & vitæ periculum inducere valent: uti ſunt viſcerum infarctus, inflammationes, colica, melancholia, mania, vomitus cruentus, hydrops, icterus, aſthmata, malum hypochondr. tuſſis humida etc.

Hæmorrhoides revera nimiæ, & continuo fere fluentes, labem viſceris alicujus in abdomine ſ. ſcirrhoſam, ſ. ulceroſam, metuendam præſagiunt.

Hæmorrhoides, qvando impeditius procedunt,

cedunt, inducunt lienis inflationem ardentem lancinantem, in scirrhum vel vomitum cruentum transientem.

Sic motus colici pressorii formant ileon hæmatitem Hippocr. vel colicam hæmorrhoidalem, cum torminibus, angustiis, in fœminis maxime in cachectica chlorotica, hypochondriaco-scorbutica mala transeuntibus.

Qvæ tormina etiam non ita facile uti flatulenta, pereunt, facilius exacerbantur, sanguineos invadunt, & congestiones scorbuticas relinquunt.

Therapia. 1. Suppressio haud facile exercenda, & inducenda est.

2.) Temperatio potius præstanda per nitros. cinnab. cum alvi expeditione per rhabarb.

3.) Tonica roboratio præservatoria per Sal. volat. parca & repetita dosi.

4) Specifica motus alteratio per millefol.

5.) Tempestiva V. Stio, motus corporis, iræ fuga.

6.) Martialia nihil constanter agunt, nisi post dicta ad æqvalem tonum; acidulæ non nisi in spongiosis suadendæ.

7.) Fæminis injungenda, post mensium emansionem, vita laboriosior, subjuncta v. s.

Suppressarum revocationem in successu hecticæ vel ascitis difficilem dicit experientia.

Stimulantia enim *Myrrhata*, aloetica, helleborina motus pressorios magis augent, inseqventibus colica, melancholia, passionibus

bus asciticis &c. Qvibus consopiendis etiam dicta methodus p. v. s. motum, laxantia, diluentia, leniter discutientia &c. inservit.

β.) Externæ.

Subjecta sunt magis succulenta, spongiosa sanguineæ prædominantis indolis, phlegmatico-sanguinei temperamenti.

Causæ sunt plethora cum spissitudine mucosa, attritiones, a partu difficili, eqvitatione &c. infectio in loco adhuc calido, cui insedit, qvi hæmorrhoides habuit exulceratas. Abusus calidorum, aloet. &c. intermissio consuetæ scarificat. v. Stionis in partibus inferioribus.

Sunt ramuli numerosi, oram magis & limbum intestini recti circa exitum ani occupantes, qvas Anatomici dependere observarunt a ramis Venæ cavæ Iliacis internis & qvidem ramificatione earum hypogastrica.

Signa instantium sunt pruriginosi ardores in orificio intestini recti; præcipue cum inæqvalitate notabili, ut alibi qvidem æqualiter molle sentiatur, uno vel altero loco qvasi nodulus qvidam, mollior in turgentibus, durior in tumentibus.

Difficilius & inordinatius ut plurimum externæ fluunt, hinc etiam majoribus difficultatibus expositæ sunt.

Motus ad hasce hæmorrhoides interdum eminus solum & frustra se exserunt circa longitu-

gitudinem dorſi & lumbos, aut inferius circa ſemur, genua, & pedes.

Si vero ad exitum pertingere debeant, compreſſorii ſpasmi in ipſo inteſtino recto in inferiore ejus parte & in longitudine osſis ſacri percipiuntur.

Per hos motus aliqvid ſangvinis ad & circa exitum ani comprimi & inde vel turgefactio vel tumor ſuccedere ſolet.

Appellantur hæmorrhoides cæcæ, aliæ turgentes, aliae tumentes.

Illae exhibent veſiculam tranſparentem atro rubente ſanguine per ipſam conſpicuo ſine ſenſibili dolore, niſi qvod ſub alvi excretione ſenſus preſſorius, qvaſi fabae aut pruni nuclei ibi hærentis, percipi videatur.

Perrumpunt aliqvando flaccida rugoſa reſtante veſicula; ſin minus, aperiri debent, ſi ſc. aſſveverit homo fluxui.

Vocant has inferiores Saxones Tacken, ſuperiores Maſtkörner.

Tumentes contra paulo profundius intra limbum deliteſcunt; durae inflammatoriae cum exqviſitisſimis doloribus ex infarctu & ſtaſi ſangvinis in vaſculo aliquo longiore verum furunculum referentes.

Vocantur hæmorrhoides cæcæ dolentes, uti priores indolentes, imo κατ᾽ ἐξοχὴν ubi de hæmorrhoidibus cæcis ſermo eſt, hæ intelliguntur.

Harum niſi matura fiat reſolutio, fit mox ſup-

ſuppuratio, qvæ facile in fiſtuloſam ulcerationem tranſit.

Ante maturationem vero præſertim inciſæ profundius non ſolum ad ulceroſam ſed & ſphaceloſam corruptionem proniores ſunt.

Antecedunt tumentes ſpaſtici motus & qvaſi morſus ſ. convulſiones inteſtini recti; percipitur mox molecula qvædam, ſub depoſitione alvi velut nuclei presſionis acutæ ſenſum formans; dolor hic perpetuo increbreſcit.

Cæterum hæmorrhoides externæ raro periodum in fluxu ſervant; ſed magis perpetuo fluunt, ubi tamen periodus adeſt, ſatis ſtata deprehenditur.

Ob tenuiora & pauciora vaſcula ſucceſſus harum non ſolum eſt impeditior, tardior, rarior, ſed & minor, hinc ſemper magis in defectum quam exceſſum declinat, qvam in externis.

Enata vero ſemel, qvod non raro fit, veſiculari protuberantia, hac occaſione & promptiores ad repullulandum exiſtunt, & plus emittunt, praec. aſſvetudine fluxus jam inducta.

De anomala pauca qvoqve proferemus excretione.

Galli & haec & mucoſas haemorrhoides, albas haemorrhoides nuncupant.

Ita in externis hiſce attritione, frictione, ſcalptione, ſaepe major aff. & efluxus concitatur & leqvuntur ſaepe ſer piginoſi pruritus

&

& ulcuscula, circa anum, vel ſæpisſime repullulantes, vel nunqvam ad plenariam deſiccationem pertingentes, cum nullis aut plane levibus incommodis jschiadico-ſpasmodicis.

Hæc ſi diutius jam ſederint, & ſæpius manarint (qvamvis paucisſimum & tota hebdomade vix uncia una materiæ exſudet) & tunc conſolidentur, devolvuntur ægrotantes in perpetúas moleſtias arthriticas jschiaticas, gonagricas, podagricas, urinæ vitia, molimina ad mictum cruentum.

Non conveniunt hi cum mariscis veterum, aut pruritu ani, cujus Foreſtus meminit lib. XXIII. obs. 2. ſed cum illis, qvas idem in schol. obs. 9. dicit a recentioribus qvibusdam attrices appellari.

Cingunt interdum ad 2. digitos latos ambitum ani, mox vel iterum introrſum ad limbum ejus coëunt.

Accedunt ſubinde rhagades ſ. fisſuræ circa ani orificium, non tamen, niſi a ſcalptione vel attritu, pars nimis exagitata, intumuerit, ubi ſub niſu duriorum faecum talis fisſio contingit, & ſanguinem per vices denuo eo fundit.

Differt tamen hic affectus a formica inde directe non nascens, niſi venerea inqvinamenta concurrant; ubi tamen fere in glande tales formicales affectus obſervantur.

Venereæ v. mariscæ & condylomata, ut & criſtatæ excandescentiæ, huc non pertinent

tinent, licet non raro ipſa vaſa hæmorrhoidalia occupent.

Deniqve à prima turgente congeſtione, ſi diutius & pertinacius continuetur, oriuntur interdum variæ qvaſi protuberantiæ mutuæ, papillarem congeriem variasqve figuras exprimentes.

Nec minus ab ejusmodi congeſtionibus (in veſicalibus) ubi ſanguis non prompte exit, aut lentior evadit, ſine tamen inſigni dolore.

Imo ubi actu demum perrumpunt, fit inde facile ſimilis ulceratio, unde excreſcentiæ verrucoſæ, diverſa concretionum ſchemata, ſub ficuum, mori, uvarum ſimilitudine, efformantes cum calloſa qvadam ſiccesſente duritie, à germanis ſeigwartzen dictæ.

Mucoſæ v. hæmorrhoides vocantur, qvando poſt tenesmodes conatus a diſpoſitis nonnunqvam mucus excernitur inſtar tragacanthæ ſolutæ, communius coloris ſubrufi, qvaſi roſei, interdum ſubtilibus ſtriis cruentis interſperſis.

Motus ad hæmorrhoides externas earumqve conſectaria perluſtrare libet, ſub occaſione mucoſarum hæmorrhoidum.

Occurrunt hic freqventisſime ſenſus tenſivi, qvos ſub rheumatum nomine vulgo accuſant: Es ſeye ein Fluß in die lenden geſuncken, liege ihnen darin wie ein Stein, ſtecke

stecke ihnen Eißkalt, wie ein Eißschollen in dem Rücken; der Schenckel seye wie taub, wie eingeschlaffen.

In importuniore v. conatu dolores adsunt sensibiliores, lancinantes: daß es ihnen wehe thut, wie Bluth-Schwähren, daß es darinnen reisset, zerret, sticht &c. Et hoc jam per dorsum, in lumbis, coxendicibus, femoribus, pedibus.

Qvæ vel antecedunt fluxum, partim suppressum excipiunt &c.

Siqvidem sat multa exempla eorum prostant, qvi post hæmorrhoides in juventute fluentes, postea emanentes, mox in jschiades, arthritidem, podagram, pedum stupores, contractureas, aut impotentias paralytodes recta prolapsi sunt.

Uti nonnulli ab his morbis per hæmorrhoides liberati aut saltem sublevati vixerunt.

Nephriticorum pathemata facile sese jungunt hæmorrhoidalibus, & per hæmorrhoides a calculo & nephritide sublevantur.

Hinc pridem Hippocr. aph. 13. sect. VI. monuit, melancholicis & nephriticis hæmorrhoides supervenire, bonum.

Sic facile ab hæmorrhoidibus suppressis & improvide sanguine per calidiora agitato & motibus concussoriis graves nephritides & mictus cruentus eveniunt.

Ubicunqve in ancipiti ad exitum titubatione,

tione, molimine non ſufficiente, diu Energia conſumitur, tempus abſumitur, intentio fluctuat, ut nihil ferme agatur, periculoſus ſtatus eſt; qvo ſpectant pareſes e colica hujus indolis; vel ultimo poſt perverſum impetum, colica inflammatoria aut jliaca vel convulſiva ſingultuoſa pathemata ejusm odi ægrotos jugulant.

Cap. VI.

Hiſtoria Hæmorrhagiarum uteri in genere & ſpecie.

1.) qvoad Exceſſum.
2) defectum.
3.) emanſionem.
4.) motum per vias inſolitas.
5.) finem cum conſectariis.
6.) Lochia.

1. In genere.

Inter animantes obtingit ſpeciei humanæ (ſimiarum & fæmellarum canum rariora proſtant exempla) & qvidem ſexui fæminino, nullo ordine excepto, uteri hæmorrhagia.

Viæ hujus ſolitæ ſunt omnia vaſa cum utero communicantia hypogaſtrica, hypochondriaca interiora, cum vena portæ connexa.

Specialisſimæ ſunt ramificationes uteri ab

Iliacis

Iliacis internis & hypogaſtricis, & qvæ a ramo hæmorrhoidali ad cervicem uteri diſtribuuntur.

Ingruit communiter cum tempore pubertatis anno circiter 13. 14. 15. cum fine 2di ſeptenarii; in laborioſis & rudis, & quarum matres etiam ſerius, annis 18. 20. & ultra demum

Et deſinit communiter circa 49. annum, ſicque circa finem ſeptimi ſeptenarii: in qvibus vero ſerius juſto erumpunt, in illis quoqve tanto longius utplurimum progrediuntur & durant.

Fluunt ordinarie legitime conſtituti, ſponte tacito & tranqvillo ſuccesſu, & per aliqvot dies continuo.

Et eſt ſanguis ſincerus, ac ejusdem bonitatis, ac reliqua individui maſſa.

Qvo longius v. fluunt, tanto firmiori ſanitate gaudent; qvo parcius, tanto facilius ægrotant.

Jnſtante hoc fluxu tonicæ per totum corpus ſtricturæ, torpor, lasſitudo animi cum aſpectu extenuato, pallido, cum internis anguſtiis, & ſub levi corporis motu, oppletionibus: ſc. in qualicunqve minus expedita exeundi libertate.

Et qvidem primo erumpentes menſes variæ anomaliæ facile concomitari ſolent,

Fæminæ plethoricæ, iracundæ, laſcivæ,

 laute

laute viventes communiter largum fluxum experiuntur; hinc & fieri poteſt, ut etiam ſub notabili & largo fluxu tamen defectus & noxa ſubeſſe posſit.

Servat periodum menſtruam; dupliciter tamen, ut præcipuis lunæ phaſibus, novi-& maxime plenilunio exacte reſpondeat; deinde, licet ipſas phaſes non æque reſpiciat, intra menſem ſc. ſeptimanis tribus vacuis cum qvartæ initio revertatur,

Per unam v. circiter hebdomadem ſive 7. dies lenisſime promanare continuat.

In aliis vero, ſed minus ſanis, ſanguine ſpisſiore vel animi motibus affectis, variat & titubat: nunc vago tempore, nunc minus parce, prodige, excernitur, facile in longas tendit retentiones, ut aliqvot periodis nihil effluat, cum tamen nec gravidæ ſint, nec fæcunditatis annos prætergreſſæ.

Sanæ mulieres in rito hujus fluxus progreſſu (ſi ſc. fætus neqve in utero, neque lacte materno alatur) nihil incommodi ſentiunt ab eo, niſi qualemcunqve fatigationem etc.

Senſibiliores autem ſunt animo magis faſtidioſo, qvo magis cum potioribus lunæ phaſibus conſpirant.

Emanet ordinarie menſium ſuccesſus mature, qvando fœmina fætum concipit, nec fluere ſolet tempore lactationis infantis, cum parvis aut nullis incommodis.

In perpetuum v. ſubſiſtit circa finem 7. ſeptena-

narii, ubi hoc deficiente deficit etiam concipiendi, ſpeciemqve ulterius propagandi Energia.

1. In Specie, menſium exceſſus.

Illis Subjectis facilius evenit, qvæ ſunt plethorica, vegeta, iracunda, in actionibus præcipitia, contumacia, voluptuoſa, cholerico-melancholica, vaſis amplis inſtructa, hyſterica, hypochondriaca, in plena diæta conſtituta; per aliqvot tempus menſium ceſſatione, abortu, vel mola, laborarunt.

Cauſa interna eſt plethora & ejus orgasmus, ſpisſitudo, conſvetudo, diſpoſitio hæreditaria.

Procatarcticæ ſunt diæta äromatica, vinoſa, inſolita, abuſus pellentium, ira, intenſa Veneris appetentia, motus corporis, ſaltatio, ulcus uterinum, ictus, vulnus, partus difficilis, violenta ſecundinarum avulſio, valida ſternutatio, gravioris ponderis elevatio, vigiliæ nimiæ, evacuationes per V. S. ſcarif. ſudorem intermiſſæ, lætitia, terror, abortus etc.

Antecedunt vel concomitantur anguſtiæ internæ præcordiorum, animi & virium languor, lasſitudo inſignis, propenſio in lypothymias, & mollities circa præcordia, es iſt ihnen ſo weichlich umbs Hertz. pallor, contabeſcentia, frigidulus exteriorum & alternans incaleſcens ſenſus.

 His

His inseqvitur impetuosus et excedens fluxus subinde cum frustis coagulatis, durans justo diutius, vel nimis cito recurrens, 2.da vel 3. septimana.

Imprimis his excesſibus expositæ sunt maritatæ, qvæ vel in puerperio lochiorum vitiis subjectæ fuerunt, vel post ablactationem non ita prompte menstruum fluxum experiuntur.

Excesſus vero respicit vel qvantitatem turgefactoriam, ubi singulis mensibus plus justo & largiter admodum sanguis effluit, vel motum, tum nempe justo brevioribus periodis recurrit.

Interea vitium excesſus longe rarius est defectu, & sæpe diu tolerabile & minoris periculi.

Prognosis: Si fluxus assuescat, varia exsurgere solent incommoda, circa concipiendum, imo & gestandum fœtum: tum etiam circa partum & puerperii decursum.

Diu durans excesſus disponit ad cachexiam, febrem lentam, pedum oedemata, hydropem, tabem &c:

Sic per adstringentia incongrue suppresſus majora damna inducit, qvam si sibi relictus fuisset.

Therapia: purgantia drastica, qvandoqve Vomitoria ad revellendum imprudenter adhibentur; sic Suffitus, pessi adstringentes & positiva interna adstringentia, refrigeran-

gerantia ſenſibilia in- & externa, ſic dicta roborantia & antiſpasmodica calidiora, opiata vulgaria, immodeſtæ revulſiones &c. minus ſecure adhibentur.

Venæ ſectio ſemper præſervatoria, qvam curatoria, melior eſt. Ad diverſionem v. in junioribus interdum in ſuperiore; in illis, qvibus menſes per ætatem ad finem properant, potius in inferiore regione.

Veneris abuſus abſit; mens tranqvilla, corpus qvietum, alvus aperta ſemper ſit.

Methodus naturæ aptior eſt, qvæ fit per motum corporis, per temperationem, per providam cohibitionem & combinationem tonicorum cum ſedativis, per præſervationem cum roborantibus, Sal. volat. pil. balſam: v. ſione, nitroſo temperantibus:

2. Menſium defectus ſ. obſtructio.

Subjectis plethoricis largo fluxui aliâs aſſuetis familiarior, tam junioribus, qvam adultioribus

Cauſæ ſunt plethora, ſpisſitudo ejus, diæta cruda, incongrua, e. g. panis calidus, cibus ſiccus, dyſpepta, farinacea [Klöße] dulcia fermentescentia, mellita, fructus horræi (an welchen ſie ſich die Zeit verfreſſen) potus parcus, & aſſumptus corpore calente: Quævis acida & auſtera, vita ſedentaria, refrigerationes externæ repentinæ, pedum

tempore menſtrui in aqvam frigidam immisſio vel alio modo refrigeratio, animi pathemata, terror, mœror, deſiderium, alvi conſtans occluſio, adſtringentium abuſus, ſudores nimii, emetica draſtica, improvida ſanguinis ſubtractio in oppoſita regione ſc. brachiis, fluentibus vel inſtantibus menſibus, faſcinum.

Animi pathemata præ reliqvis efficacia ſunt menſibus turbas inferre.

Sic refrigerationes qvævis majoris ſunt periculi ipſis menſibus fluentibus, qvam alio tempore, præcipue in robuſtioribus & in ſenſibilioribus.

Freqventior eſt qvam excesſus & longe periculoſior dictus defectus.

Imminutio ſæpe præcurrit plenariam ſuppresſionem: aliqvando prior ſtatus contumaciter perſiſtit.

Signa ſuppresſionis ſunt, corporis & virium languor, dolor circa lumbos, color faciei pallidus, reſpiratio in aſcenſu difficilis, inappetentia, Inflationes ventris, Urinæ crudæ ſæpe flammeæ, palpitatio cordis, capitis dolor, freqventior caloris & frigoris mutatio in corpore etc. rarisſime ſec. Hippocr. lactis præſentia in mammis,

Qvando periodum plane deſerunt, qvo longius a conſveto tempore & ordine recedunt, eo propior eſt plenaria cesſatio.

In-

Interim pro caufarum habitudine vel levior vel pertinacior eft fuppresfio:

1.) Si natura in medio profluvio repente fiftatur.

2.) Si neglecto remedio obftipatio obfirmetur.

3.) Si dyfcrafia fangvinis nimium invalueit, unde fuccesfive decolores, tandem fuppresfi menfes.

4.) Si translationibus adfvetus fit fangvis.

5.) Si fanguis deficiat & vires langveant poft chronicos morbos.

6.) Si annofiores fint fœminæ

7.) Si mola laborent, vel aliæ excrefcentiæ meatus occludant.

8.) Si ætas infantilis, & in gravidis & lactantibus ut plurimum, non femper, emanent menfes.

Prognofis: cesfatio aut defectus menfium junioribus graviora, cuivis v. ætati certa infert pericula. Et Equus velut Trojanus eft, ex qvo plurimi pernitiofi affectus prodeunt; In abdomine, mala hyfterico-hypochondr: Tormina, ftricturæ inteftinorum, conatus vomendi, vomitus cruentus, dolores lumborum, nephritis, fuffocationes cardialgicæ. etc.

In Thorace, anguftia & refpiratio difficilis, palpitatio cordis, pleuritis fpuria, hæmoptyfis, afthma ficcum & convulfivum.

In

In Capite; vertigo, cephalalgia pertinax, hemicrania, angina, hæmorrhagiæ Narium.

In omnibus partibus ſpasmi, convulſiones; paralyſes ſpuriæ, cachexia, hydrops, ſcabies, rheumatico-arthritici affectus.

Fæminæ ex menſium vitiis proniores ſunt ad vomitum cruentum quam Viri; non item ad hæmorrhoidales evacuationes.

Menſium ſuppresſio, licet freqventius occurrat, facilius congrua methodo curatur, quam aliarum hæmorrhagiarum obſtructio.

Therapia: V. Stio in ſuperioribus & ſimultanea hic nocet. Sic Vomitoria, purgantia poſitiva, pellentia valde calida acria, ſtimulantia externa, martialium & volatilium indiſcretus uſus etc. nullius ſæpiùs ſunt utilitatis

Ante præparationem ſtatim fortiora emmenagoga adhibere ſatis periculoſum eſt.

Itaque natura errans in viam potius reducitur V. S. ſcarif. pediluviis; frictionibus circa tempus conſvetum eruptionis aut phaſes lunæ inſignes.

Spiſſitudo ſanguinis diluitur ſufficiente potu & decoctis.

Dein natura torpens excitanda per nervina balſamica, uterina blandiora.

Peculiare qvid habet Sabina ejusqve Esſentia ſpisſior, oleumqve vitriolatum. Item Perſicaria ſub calcaneis geſtata.

Coagulatio interea grumescens prohibetur

tur per refolventia & alterantia & prius per abforbentia, per alcalia volatilia & fixa ma cra magis qvam oleofa.

Crasfities mucida per acriora amara aromatica corrigitur.

Defectui fauguinis fubvenitur refectione diæretica.

Relaxatio viarum fit (1. v. s. fi ab infarctu orta fit obftructio. 2.) balneis f. infesfibus, plethora abfente vel ventilata. 3.) pesfariis, & emollientibus & blande nervinis. 4.) injectionibus per metrenchytam f. cum Glauberiano clysmate vaporofo.

Præfervativa cura confiftit in diæta & regimine providis, v. s. circa lunæ phafin in inferioribus, ftrictiore ligatura inferiorum, clyftica injectione.

3. Emanfio ultra 2. Septenarium.

Puellæ, â prima ætate hunc defectum expertæ, funt vel nimis plethoricæ vel ex antecedentibus morbis fanguine viribusqve exhauftæ, vel alienæ evacuationi asfuetæ, vel difpofitionis exqvifite phlegmaticæ, mucidæ, pituitofæ.

Sic nonnullis menfes emanent ad 16. 18. 20. annum, & etiam in perpetuum.

Hæ eo citius pathemata huic emanfioni fuccedanea incurrunt, qvo maturius cesfarunt menfes, vel fi per tempus aliqvot artificialibus ventilationibus maturis & fat largis

gis utentes ſatis bene valeant, in vita acti-viore laborioſa; crescentibus vero annis aliæ in hypochondriaco-hyſtericas, aliæ nephriticas, aliæ arthriticas pasſiones pro-lapſæ obſeruantur.

Hæc perpetua menſium abſentia utplu-rimum ſtipata eſt ſterilitate.

Certum: rarisſima talium, qvæ nunqvam hunc fluxum expertæ ſunt, occurrere exem-pla, qvin vel ante pubertatem in valetudi-nario ſtatu fuerint, aut aliis evacuationibus, præc. narium crebris, largis aſſuetæ; vel ad minimum mox in adolescente, juvenili & conſistente ætate in illa morborum gene-ra incidant, qvæ aliâs á menſium turbis dependent.

Contra qvibus mature emicuere menſes, anno ſcil. 12. 13. his nonnunqvam ſolito maturius deſinunt.

Ita vetulæ & Infantes menſes habuisſe aliqvando notantur.

Illæ jam LX. annos prætergresſæ, præſer-tim, ubi in cauſa fuit largior vini potus, ali-qvot adhuc annos ſupervixerunt.

Infantes v. anno minores & majores hunc fluxum expertæ intra annuum forte ſpatium, multis inuſitatis ſymptomatis exer-citi, moriuntur.

In therapia menſium emanentium venti-lationibus ſubjungenda ſunt alterantia, con-junctis modeſtis commotionibus ſanguinis

per

per vitam agiliorem & ſufficientem dilutio-
nem.

Admodum periculoſa vero talis emanſio per acria pellentia tenuja martialia tractatur, indeqve continuo atrocia oriuntur mala.

4. Menſium eruptio per vias inſolitas.

Subjecta, qvæ talem extraordinariam viam experiuntur, obſervantur præprimis admodum plethorica, juniora, animo & corpore alacriora, ad animi pathemata proniora], vitæ lautæ & ſedentariæ dedita, perverſis aliis & medicationum cauſis ſubjecta.

Menſes per vias inſolitas primum vicinas, ſi non inueniant exitum, pro diſpoſitione prægreſſa per diſſitas vias eruptionem qværunt.

Primaria via inſolita eſt vomitus cruentus, ſurſum & hæmorrhoides, mictus cruentus deorſum.

Hinc congeſtiones reſtagnatoriæ ad Venam portæ, ramum ſplenicum meſenterii, & per conſenſum inteſtinorum ſpaſticæ ſtricturæ anguſtiæ præcordiorum, tenſio cardialgica ſuffocativa (als wenn man ihnen unter der Hertz gruben einwarts etwas zuſammen trückte, wodurch ihnen alſobaldt der odem benommen würde.)

be.) mox conatus vomendi, tandem ſincerus ſangvineus Vomitus Hippocr. Sect. v. aph. 32. 33. de morb. mulier. lib. 1.

Interim rarius contingit, ut ex aliis viis menſes erumpant; molimina vero tanto freqventiora ſunt in aliis partibus.

Motus vero ad hæmorrhoides freqventiores ſunt; hinc tormina, ſtricturæ inferiorum meſenterii partium.

Fæmellæ juniores ad ſuperiores, profectiores ad inferiores evacuationes propendent

Sæpius non ſubſiſtit motus in propinqvioribus viis, ſed & pro diverſitate ætatis ad longius diſſita loca redundat, ad caput, & pectus.

Hinc per caput retentus fluxus juvenculis & nares & pectus exitum modo qværit, modo perpetrat.

Sic juvenculæ narium hæmorrhagiis aſſvetæ 16. 17 18. annum ſine menſium proventu prægrediuntur ſine inſigni incommodo. His v. ceſſantibus, nec menſium eruptione ſuccedente, gravia propullulant pathemata.

Hinc qvando vel paululum menſtruatio turbetur, vel leviter omittatur, ad priſtinas vias recurrit, vel ad minimum vergit.

Ex congeſtionibus his exurgunt varii dolores capitis, oculorum, aurium, dentium, cervicis, ſcapularum etc. aut loco œdematoſorum in partibus inferioribus tumorum, in ſupe-

ſuperioribus fluxiones per nares , plegmatorhagia, manatio oculorum , ſputatio.

Paulo vero magis plethoricis & adultioribus, circa pectus, oriuntur reſpirationis coarctatio aſthmatica, tusſiculoſa anguſtia, & plenaria eruptio hæmoptyica, qvæ ſæpius ſatis exqviſite ſtatis menſium temporibus reſpondet.

Porro natura intendit inſolitas vias qværere per ſudorem ſangvinis ex umbilico, e mammis, gingiuis, alveo dentis, ungvibus, pedibus, oculorum canthis, vulnere, pollice pedis, reliqvis digitis, crure, ulceribus, ſutura ſagittali etc.

Familiarius tamen alienæ eruptiones eveniunt, ſi legitimi motus menſtrui plane aboleantur, ſine relicto ullo veſtigio.

Menſes per inſolitas vias communiter fœminas ſteriles faciunt.

Therapia generalis occupatur in prompta reſtitutione fluxus menſtrui, cavendo a palliativa & damnesa harum excretionum, per adſtringentia, opiata, cohibitione.

In ſpecie viæ ſunt libertati reſtituendæ, & motus ad ordinariam viam incitandi; qvod fit per emmenagoga ſevera, juſto tempore adhibita, ſec. phaſes lunæ, cum v. Stione in pede, verſus Novilunium, circa æqvinoctia.

Salia volat. non circa tempus inſtantis debitæ evacuationis, ſed tempore interme-

dio adhibenda, qvibus tamen parum tribuendum, ut & martialibus.

Facta ventilatione instituantur leves catharses cum epicrasi versus tempus soliti justi fluxus, ita ut circiter 8. dies ante terminum incipiant, & circa illud tempus desinant.

Tum demum mensium eruptio sollicitanda, sine tamen fortiore totius sang. commotione. Conferunt jam pediluvia.

Aliqvoties nitrum regeneratum menses per aliqvot periodos suppressos reseravit.

5. Finis mensium consectaria.

Fœminæ in plena, aromatica, vinosa, otiosa diæta constitutæ, plethoricæ, menstrua larga expertæ, subsistentibus his per ætatem, circa typum & exitum fluxus incidunt in molestos affectus.

Tales morbi si eas jam ante tentarint, cessante fluxu exacerbantur. Hujusmodi sunt:

1.) Menstrui fluxus perturbatus successus, ut nempe per aliqvod tempus emaneat, deinde cum majori profusione & longiore duratione redeat; vel præmature, scil. multo ante 49. vel 50. annum, desinat.

II.) Sicut a. fœminæ, qvæ spisso sanguine abundant, jamjam sub præcedente adhuc, qvanqvam laboriosius, fluxu devolvuntur in hysterico-hypochondriaca pathemata, eoqve cessante in exacerbationum incrementa; ita similia illis eveniunt, qvæ vel

nil

nil tale antea vel ſub puerperiis vel ab animi motibus pasſæ ſunt; imprimis viduis junioribus, in diæta lauta, luxu, lascivia viventibus.

Exerunt ſe convulſivis qvaſi doloribus ſpaſticis, torminoſis, in inteſtinis & meditullio meſenterii.

Adſunt volutationes torminoſo-flatulentæ, ſtöſſe ans Hertz, nothi & violenti ſingultus clangoſi & clamoſi, ſuffocationes præcordiorum aut ſtrangulatoriæ œſophagi & faucium.

Diſtenſiones flatulentæ obſtinatæ inteſtinorum, ſtricturæ alvi ſpaſticæ, pertinaces, etiam cannulæ clysmaticæ aditum negantes.

III.) Aliæ tentantur rheumaticis affectibus, uti ſunt: phlegmonodes, eryſipelatodes, affectus circa caput, collum, humeros, coxas, femora.

Vel etiam ſtagnationibus magis internis cum partium externarum ſtrictura afficiuntur.

IV.) Affectus dolore tractorio, ſpaſtico percellentes, cum partis qvadam compresſione, arthriticæ proſapiæ; qvi ſi circa humeros, coxas, imo caput osſis femoris ſe ſiſtant, ſolidam podagram magis, magisqve exprimunt.

Tam arthriticis qvam rheumaticis affectibus hisce communis & facilis eſt repulſio ad interiora; in his qvidem magis importune in-

inflammatoria vel certe ſtaſi proxima; in illis v. ſpasmo cum effectibus ſtagnatorio-inflammatoriis propior.

Illis demum affectibus ſuccedunt vel conſumtiones tabidæ, vel communius tumores œdematoſo hydropici.

Tabes ſuperiorum ſe jungit tumoribus inferiorum; qvibusdam circa cesſationem menſium fluunt hæmorrhoides non temere ſiſtendæ.

Therapia: Cavendum eſt a repentinis curationibus, a curatione ſymptomatum intacta radice; item Vomitoriis, ſtupefactoriis, calidioribus carminativis, Sal. volatilibus, martialibus, aloeticis, acrius ſtimulantibus, flatulentis, diaphoreticis importunioribus etc.

Potior cura conſiſtit in præoccupatione.

Convenit ergo V. S. in pede circa æqvinoctia præſervative qvotannis.

Motus tonico-ſpaſtici ſunt mitigandi.

Excretiones legitime conſervandæ diæta humectante, mollientibus, abſtergentibus, moderate laxantibus, non tamen ſine prudentia adhibitis.

Flatus ne reprimantur, ſed promoveantur per clyſteres aperientes, emollientes.

Interne prodeſt nitr. c. abſorb. ſal. digeſt. & cinnabarinis. Radix pimpinell. alb. omnibus aromat. & ſali volat & oleis præferenda: cui in ſpaſticis circumſtantiis ſocietur millefolium.

To-

Tonicum effectum minime ab interno Castorei usu exspectare licet.

Optimum præstant effectum Pil. Bech. Stahl.

V. Stio usqve ad 70. annum, bis qvotannis, si qvaliscunqve vigor suppetat, ad minimum ad uncias 3. in pede repetenda est.

5. Lochiorum Fluxus; hujus Excessus & Defectus.

Omnes puerperæ, partum legitimum excludentes, obnoxiæ sunt huic fluxui.

Causæ sunt plethora, & avulsio secundinarum ab utero.

Diagnosis: legitime procedit fluxus e genitalibus, post partum & secundinarum exclusionem, per 8. 10. 12. 14. imo plures adhuc dies: prioribus qvidem diebus sanguis sincerus & largus, posterioribus vero tenuior, dilutior, carnium loturam referens, tandemque serosior manat, donec sensim desinat.

Prognosis: rite succedens non solum utilis, sed & summe necessarius est.

Aberrans a debito ordine & successu, tam in excessu, quam defectu, freqventior est & pejoris ominis.

1.) Excessus Subjecta sunt plethorica, temperamenti cholerico-melancholici, qvibus olim menses largius fluxerunt, qvibus animi & corporis alacritas præsto est, & qvibus in partu exiguus fluxus fuit.

Cauſæ ſunt inſignia animi pathemata, Diæta vinoſa, aromatica, terror, refrigeratio in- & externa, ſecundinarum inſufficiens excretio, abuſus pellentium & commoventium ſub partu.

Excedit vel uno impetu repentino vel diuturna refractaria fluxione: vel a ſecundinarum violenta avulſione vel poſt abortum etc.

Et legitimo partui ſuccedunt lochia nimia qvandoqve; ſi ægra qvieta decumbat, fruſta coagulati ſanguinis per ſpasmos uterinos eliduntur.

Imprimis in retentione ſecundinarum fluxus fit diuturnus.

Prognoſis: Seqvuntur nimium fluxum febres acutæ inflammatoriæ, tormina ſpaſtica, uteri & meſenterii, ad concipiendum perturbatio, graviditatis incommoda, vel plane abortus, vel difficiliores ſubſeqventes tempeſtivi partus, vel iterata ſimilis profuſio, cum animi & corporis torpore, propenſione in lipothymias etc.

Seqvuntur pariter menſium perturbationes a retentione quadam in utero; fiunt inflationes abdominis conſtantes; nonnunquam eduntur infantes debiles, valetudinarii, minus vivaces.

Nimius hic fluxus non tam cito in totum deſinit; minime ſine incommodis.

Ante partum ſanguis copioſe profluens, abortum omnino provocare aptus eſt.

II.) De-

II.) Defectus subjecta sunt plerumqve plethorica, temperamenti sangvinei, laxioris corporis habitus.

Causæ sunt: plethora orgastica, refrigerationes, potus frigidus, pellentia, calida, animi pathemata, immodici labores ad partum, æstus conclavis, acida, styptica, partis cujusdam, sc. mammarum, dolor aut inflammatio.

Signa per se satis nota sunt.

Prognosis: Relinqvit hic affectus damna vel mitiora: angustias præcordiorum, appetitus dejectionem, inqvietudinem, dolorem & perturbationem capitis etc.

Vel ferociora: febres acutas, inflammatorias, congestiones hæmorrhagicas ad caput, deliria, anginas, aphthas, chronicas passiones, ulcerationem uteri malignam, hecticam suspectam, cachexiam, tympanitidem, ascitem. Certo certius

Mensium ataxiæ seqvuntur, & durabilia periodica spastica hypochondriaco-hysterica mala.

Therapia: Qvoad Excessum, immoderata evacuantia, repentina lochiorum restrictio per valde incrassantia, narcotica, adstringentia, acria nervina; externe efficacia repellentia, perversum regimen, refrigerantia &c. nocent.

Potius conducunt temperantia, tonica, lenientia, ligaturæ partium exteriorum.

V. Sctio qvandoqve in brachio moderata & repetita, si vires permittunt, prodest.

Lochiorum interim legitimus successus ab excessu bene discernendus est. Namqve illa more solito cum euphoria largiter succedunt, qvando fœminæ aliàs insigniter plethoricæ, aut antehac plethoræ commotionibus adsvetæ, aut olim menses largiter fluxerunt; & hoc tanto magis, si ante partum insignes commotiones præcesserint.

Therapia;qvoad Defectum drastica pharmaca, narcotica ,diversa suffimigia, suspecta pessaria , pellentia , calefacientia improvida, regimen æstuosum, anxium ,castoreata haud temere adhibenda esse jubet.

Magis e re sunt, absorbentia, temperantia, lenientia , diluentia , antispasmodica, & qvando motus irregulares mitigati sunt, vel sponte lochia redeunt, vel stimulum moderatum exigunt, hic secure obtinetur per Pil. Bech. Stahl.

Crocata interim, qvando æstus insolitus adest, vix sunt adhibenda.

V. Stio qvandoqve derivatoria, præsertim si sanguis ad caput tendat, prodest.

Cap. VII.

Historia mictus cruenti.

Obtingit senioribus & his plethoricis freqventius, & qvidem magis viris quam fæminis: Symptomatice & junioribus interdum ex violentis causis. Rarissimus omnium hæmorrhagiarum morbus est.

Cau-

Causæ internæ sunt plethora, & sanguinis hæmorrhoidalis translatio ad renes.

Procatarcticæ sunt: veneris abusus, qvo Senum matrimonia referri possunt, animi pathemata, diæta lauta, spirituosa, casus ab alto, contusio in lumbis, vermes, ulcera renum, ureterum, vesicæ, ponderis gravioris elevatio, saltus, eqvitatio, calculus, diuretica acriora, fortiter pellentia, cantharides, olea calida, præprimis in plethoricis biliosis, consuetarum sanguinis evacuationum naturalium & arteficialium omissio.

Qvi itaqve in juventute narium hæmorrhagiis laborarunt consuetis, jam cessantibus, facile mictum cruentum incurrunt.

Sic ab accidentalibus læsionibus facilis est inclinatio ad reditum hujus fluxus, propter locum minus idoneum, importuni & periculosi; longe tamen securius hic cohibetur, qvam idiopathicus & spontaneus ille in senioribus.

Qvo magis spontaneus est fluxus, exit sangvis cum urina copiosus, sincerus, floridus, qvasi tacite; qvandoqve cum tensionibus & gravitatibus in lumbis.

Præcurrit tamen insolita lassitudo animi & corporis, alvi inordinatus successus, vel strictura. &c.

Ex causis magis violentis, præcipue a calculo, comitantur illum sensibiliores dolores.

Prognosis: Durat vel impetu longiore;

vel pacatius & moderatius procedit, iterum vere qviescit, sed ad reversiones in posterum inclinat, cum magna pertinacia.

Et si tum repente supprimatur cum graviorum hydropicorum, spasticorum aut tabidorum affectuum periculo imo renum ulceratione continuat.

Qvoties sensibilis dolor conjunctus est, de calculi præsentia & concursu justa est suspicio.

Sub ipso largiore fluxu non raro accidit, ut vel in uretere, vel in vesica sub longiore mora, coagulatus sanguis nec sine gravi pressione in collo vesicæ & non sine magno nisu & dolore excuti possit.

In uretere, qvi ita coagulatus est sanguis, vermem qvasi spithamæ longitudine, & calami olorini crassitie referre solet.

Mictus hic præcipue conspirat cum hæmorrhoidibus suppressis.

Effectum habet nullum utilem; præponderant enim damna & pericula.

Hoc malum admodum contumax est & nisi per ventilationem maturam naturæ satisfiat, ad varios irregulares excessus valde inclinat.

Senes in mictum delapsos vix diu superstites fuisse, &, (nisi commode & libere succedat) intra paucos annos mortuos esse experientia docuit.

Urina cruenta in variolis, morbillis, petechiis, peste, haud caret periculo.

Stilli-

Stillicidium ſanguinis ex præputio rarior eſt affectus in plethoricis & ſenio jam proximis qvandoqve contingens, ubi ſanguis guttatim & qvidem continuo ſtillat, & congeſtorios motus pro fundamento habet.

Miſtio cruenta, qvandoqve in aliqvibus morbis critica, cum periculo repente ſiſtitur.

Therapia: Fortiora evacuantia, adſtringentia improvida, opiata, ſpirituoſa concentrata, acriora nimis calefacientia therebintinata, juniperina, Succinata, diuretica, aloetica, refrigerantia, nimis incraſſantia, regimen turbulentum ubiqve magis nocent, qvam proſunt.

Magis conveniunt nitroſa, abſorbentia b cinnabarina cum provida combinatione blandorum adſtringentium.

Specifice laudantur ſuccus urticæ, virgæ aur: decoct: millef. fl. albo, hed. terreſtr. chærefol. &c.

Alvus ſemper aperta ſervetur clyſteribus.

Præſervationis ergo V. Stio in pede, ſtato tempore, repetita prodeſt.

Ubi hæmorrhoidum & menſium obſtructio in cauſa eſt, harum fluxuum ratio ante omnia habenda erit.

Sectio

Sectio III.

membrum II.

Historia motuum hæmorrhagicorum, sive Morborum Conseqventium

Pars I. generalis.

Cap. I.

Historia Congestionum.

Subjectis eveniunt, qvæ evacuationibus sanguinis s. naturalibus s. artificialibus; vel evacuationibus serosis, e. g. fonticulis, setaceis, vesicatoriis adsveta sunt, illis autem immunia postea vivunt, vel illas negligunt.

Causæ sunt plethora valde commota, aer humido frigidus & calidus, refrigerationes partium oppositarum.

Redeunt violentius & insistunt pertinacius post hæmorrhagias, qvæ antea libere fluxerunt, emanentes, vel artificiales assvefactas omissas.

Præcipue, qvando post hæmorrhagias narium adsvetas, hæ imminent, plethorici acri æstuoso & tensivo capitis dolore, cum rubore frontis infestantur, hinc: wenn sie nur bluthen könten, so würde ihnen der Kopf leichter werden.

Locus

Locus s. terminus a quo, per quem, ad qvem, in quo, ſunt omnes partes poroſæ, tum late patentes corporis regiones, tum exiguæ ejusdem partes & particularia fere membra, ubi exitus hæmorrhagicus evenire ſolet.

Notandus eſt periodicus inſultus congeſtionum præcipue ſanguinearum ad varia loca, id qvod maxime commotiones menſtruæ docent, ſangvinem ad aliena loca tali utiqve tempore adigentes.

Ita tamen, ut ſecundum diverſam ætatem, diverſa etiam occupent loca.

Et qvidem 1.) in Pueritia congeſtio talis circa caput excitatur, præter adſvetudinem, ab exagitationibus corporis æſtuoſis immoderatis, vini potu inſolito, verſatione in Sole capite nudo, aut in hypocauſtis humilibus & prope terram ſitis, unde pedes & crura frigore, caput v, calore ſenſibilius alterantur.

Comitatur hanc oppletio, gravitas, rubor, calor, dolores, donec hæc omnia fluxus ſanguinis ſolvat.

2.) In Adoleſcentia & proxima adulta ætate, tum etiam fæminis in impeditiore menſium fluxu eadem in pectore occurrit, ubi anguſtias & oppresſiones format, præc. ſub corpus acrius agitando, vel ſcalas, clivos adſcendendo etc.

Qvalem conſtitutionem, licet non eadem prom-

promptitudine, tamen non ita rarisſime excipit hæmopthyſis.

3.) Ad ventriculi regionem ſiſtit ſe in virili, magis ſeqviore, ſexu, ubi ſplenicæ inflationes cum cardialgiis & vomendi conatibus, hinc vomitus cruentus.

Arctisſime omnium exerunt ſeſe ejusmodi congeſtiones in hæmorrhoidalium & vicinorum vaſorum inflatione: tum in hæmorrhoidum veſiculis, tum duris tumoribus, & veris furunculis, nempe hæmorrhoidibus cæcis ſine & cum dolore.

Seroſæ congeſtiones oriuntur vel â directis contentionibus ſangvinis, unde ita dicti catarrhi, cum effuſione humiditatum ſeroſo-mucidarum, coryza & tuſſi humida, tum etiam diarrhææ ab aſſumptis haud ortæ.

Vel ab obſtipatione certorum colatoriorum per congeſtiones ſenſim inducta, unde tumores frigidi, tam œdematoſi, qvam ſcirroſi, glanduloſi.

Huc referantur tumores illi œdematoſi podagricorum laxioris corporis habitus, tranſitorii qvidem & ſenſim iterum evaneſcentes, interim ſatis ſæpe diuturni per 3.4. ſeptimanas in paroxysmis durantes; imo interdum continuitatem ſervantes, præcipue ſi dolores per narcotica ſublati fuerint.

Prognoſis: A congeſtionibus facile ſtagnationes, ab his deinde ſtases, & corruptiones oriuntur.

Con-

Congestiones in consvetudinem transientes refractariæ admodum sunt, licet causa etiam materialis sublata sit, facileque ex levissimis causis novam scenam ludunt.

Congestiones, incongrua ætate contingentes, periculo non carent.

In Therapia, in genere ad prophylaxin v. Stiones derivatoriæ, item laxationes rhabarbarinæ repetitæ usui sunt.

Cap. II.

Historia Rheumatismi.

Simplices generaliores junioribus, maxime virilis sexus, plethoricis ad hæmorrhagias dispositis, aut antehac artificialibus sanguinis depletionibus dicatis, omissis, præc. vero habitus porosi sanguinei vel sanguineo - phlegmatici, (fœminis familiariores sunt in adultiore ætate) accidunt circa caput, pectus, scapulas, humeros, dorsum; mediæ, s. juvenili & floridæ virili ætati magis per dorsum & coxas ad femora exterius.

Et facile adoritur, hos qvi febrem Synocham passi sunt, ac vini & veneris delitiis nimium dediti fuerunt.

In retrocessione vero ad interiora in illa ætate magis circa caput, fauces, pectus; in

in his circa hypochondria, inteſtina, renes, damna moliuntur.

Cauſæ ſunt commotiones plethoræ, congeſtiones, ſtagnationes; ſpecialius Venæſectiones omiſſæ, ſcarificationes, veſicatoria, fonticuli adſveti, intermisſi, ulcera manantia, ambuſtiones, luxationes, contuſiones, fracturæ non ſatis mature reſtitutæ, motus fortiores ſangvineo plethoricorum etc.

Rheumatismus v. ſpecialis oritur poſt febres, inflammationes eryſipelaceas, vel phlegmonodes dolores, firmiorem apoſtaſeos inſinuationem, violentiam externam, & illorum qvidem per repellentia, coagulantia, narcotica, incongruam tractationem.

Serum acre, qvanquam per ſe effectum hunc producere non valeat, poteſt tamen in certis individuis ſenſibiliorem reddere, & ad peculiarem locum diffundere.

Sic temeræ & ſubitaneæ mutationes frigoris præſertim noctu, cum inſigni calore & contra; cauſam etiam præbent rheumati.

Differentia accidentalis magis qvam eſſentialis rheumatismi ſimplicis & ſpecialis, cum aliis affectibus complicati, notanda eſt.

Simplex ille freqventior & mitior eſt, plethoricis familiarior vel evacuationibus aſvetus, vel tamen ad evacuationes tendit.

Exerit ſe hic per totum corpus poſt defati-

ga-

gationem vel æſtum corporis temere refrigerati.

Eſt vel floridior, vel ſeroſior, pro diverſitate temperamenti & pro minore vel majore dyſcraſia.

Speciales vero rheumatismi occaſiones paroxysmorum ſumunt vel a commotionibus ſanguinis hæmorrhagicis, vel talibus; qvi etiam ſimpliciores rheumatismos ſive reſtagnationes a ſanguineis congeſtionibus ortas (a calore, colore & exqviſitiore ſenſu, hitzige Flüße dictas) concitare ſolent.

Hæc etiam mala pro diverſitate ætatum latius ſe diffundunt, & in loco ſimplicioris rheumatismi ætati conveniente conſenſum imo complexum ſemper movent, cum majore & anxia perturbatione, imo ad vagos maxime motus, qvin etiam ad febres rheumaticas proclives ſunt.

Natura interdum in qvibusdam febribus ſymptomatice rheumatismos format, & per eosdem particulares decubitus aut metaſtaſes, cum moliminibus hæmorrhagicis conſentientes, efficit.

Invadit cum ſpasmodico rigore, dolore vel etiam vario ardoris, punctionis, vibrationis, palpitationis, mordicantis & compungentis ſenſu, cum tumore, inflatione, rubore, qvæ omnia per motum voluntarium augentur.

Cum his concurrit animi & corporis torpor, appetitus vacillatio, &, ſi in ſuperioribus, caput una perturbatur.

Committit prompte, imprimis per ſui prima initia, palindromen ad interiora, febrilibus inflammatoriis difficillimis geneſibus aptam.

Æmulatur magis fixam, rarius vagam vel ad ſummum diffuſam late.

Reſpondet amusſim reqviſitis ad hæmorrhagias ſpectantibus actibus, & periodicum reditum, qvem facile levi ex occaſione v. g. mutationibus aeris atqve temporis ſtatis formare ſolet.

Uti etiam ſedem ex uno loco in alterum non ita raro transfert.

Rheumata, qvæ nephritico-hæmorrhoidales conatus ſæpius ſeqvuntur, per dorſum deorſum per coxendices ſe exſerentia, ætati, ſine manifeſtiore cauſa externa, hæmorrhoidibus opportunæ, familiariter eveniunt.

Qvoad prognoſin illis, qvi poſt aliqvot dierum incommoda ſpontaneum lenimen ſentiunt, moderatus obtigit rheumatismus, cum vel ſine evacuatione materiæ placide & lente, nec ſtato tempore, erumpentis.

Pejoris ſunt conſeqventiæ non ſolum reſtagnationes nimium copioſæ, verum & tandem inflammatoriæ ſtaſes.

Non qvidem ſuppuratoriæ apoſtematodes ſed

ſed potius phlegmonodes, & freqventius adhuc eryſipelatodes, facile cum periculo ad interiora retrogredientes fiunt.

Coorta tali congeſtione, infarctu, & inflatione, rheumatici motus non ſolum promptius reſuscitantur, ſed etiam illuc tanqvam in ſedem ſuam ſtatim ſe recipiunt, cum majoribus incommodis, ardore, rubore, dolore, febrili languore, inqvietudine, inappetentia, agrypnia, & anxiis circa præcordia anguſtiis.

Qvæ omnia eo periculoſiora ſunt, ſi ad interiora relabantur.

Recurſus a. rheumatum itidem reſpondet hæmorrhagicis moliminibus; in ætate teneriore circa caput, in mediocri circa pectus, diaphragma, praecordia; in ulteriore circa V. Portæ illique annexa viſcera, tragicos ſuos effectus inflammatorios, febriles, convulſivos, ſuffocatorios formant.

Benignius & inprimis in habitu ſeroſiore per excretiones aliquas ſucceſſivas tranqvilliores relinquunt.

Imo œdemata rheumatica ortu impetuoſa & pertinacius durantia magis magisqve hydropicorum indolem aſſequuntur, maxime & praeſentisſime, ſi ab exterioribus ad interiora divagentur.

Conſpiratio magna eſt cum arthritide, eſtqve primus gradus, incidens in communia

cum arthritide loca & tempora, secundum aetates nec non tempeſtatum mutationes.

Et ſicuti fontes ſunt communes, nempe ſangvinearum ventilationum molimina, ita rheumatismus propiore progreſſu recta in arthritidem obfirmari poteſt.

Differentiam ergo conſtituunt, 1.) Rheumatismi irruptio inundatoria qvaſi & ſtagnatoria diffuſio; haec major affluxus & exundatio.

2.) Ille plane propiores, arthritis altiores & longius gliſcentes, cauſas habet.

3.) Ille magis eſt congeſtio, ſtagnatio indeqve tenſio cum calore, ardore & inflatione: haec vero magis eſt contentio ſpaſtica, fibrarum & tendinum vellicationes, vibrationes, qvaſi rupturam, minantes.

4.) Ille magis in poroſis cum lata diffuſione; hae vero in tendinoſis partibus eſt, qvanquam & veri podagrici dolores in ſpongioſioribus ſemper latius, qvam per ſolos tendines, nempe etiam in muſculos extenduntur.

5.) Ille hanc ſemper praecedit.

6.) Rheumatismus ſpecialis cuivis aetati contingit; haec vero ad certas magis aetates reſtricta eſt,

7.) Ille evidentius febrilibus inflammationibus praegresſis, haec vero haemorrhagicis moliminibus originem debet.

8.) Ille ab exterioribus facile ad interiora

rece-

recedit; haec, ſc. ſincerior arthritis, a regreſſu libera eſt, qvanquam in hoc regreſſu vaga arthritis cum rheumatismo conueniat.

Acrimonia v. humorum praecipue Venerea, qvae ſtagnationes producit acres, ardentes, rodentes, reiſſende geſalzene Flüße, neqvaquam pro his, vel in theoria vel praxi, habenda.

Huc in ſpecie pertinet dolor dorſi, qvi evenit familiariter habitioribus ſangvineis plethoricis.

Tenſivus motus eſt non ſine inſigni exacerbatione momentanea, a regione interſcapulari deorſum ad lumbos usqve. Senſus eſt veluti contuſorius, ut in rheumaticis doloribus cervicis.

Concurſant fatigationes corporis ſ. alterutrius lateris, vel ad minimum brachii alterutrius lateris qvaſi pondere onuſti.

Qvamvis non ſit dubium, qvin hic dolor proximo gradu in nephritidem vergat.

Perperam tamen hic vulgus medicorum ſtatim nephritidem arguit, & qvidem ex saburra & cryſtallis urinæ vitro ſeſe affigentibus, qvas ſabulum eſſe pronunciant; eſt potius ſalino-tartareum concrementum, omnibus arthriticis familiare; vid nephr. calculoſ:

Si vero hic dolor lumbos magis ſecundum latitudinem adeoqve utrumqve latus ſpinæ dorſi occupat, tanto minus pro nephritico haberi debet; qvi alterutrum & communi-

 ter.

ter qvidem ſiniſtrum latus magis ſeorſim obſidet.

Qvod etiam valet de extenſione ejus verſus ſcapulas ad ſuperiora; cum nephriticus magis ad inferiora tendat, & femoris illum ſtuporem prope musculum Pſoas inducere ſoleat.

Differt porro inſigni ipſius doloris exiguitate, qviete & inſigni remisſione, ſi corpus qvieſcat; cum nephritis communiter qvietum corpus magis exagitet & motu, ad minimum per initia, mitescere appareat.

Conjuncta qvidem eſt, (raro tamen uno eodemqve tempore) ſtranguria, ſed cum neqve hæc directe aliqvid ad calculum faciat, neqve aliis ſimilis habitus corporibus, licet de dorſo nihil qverentibus, inſolita eſt, non probat dolorem eſſe nephriticum.

Refertur huc febris rheumatica ſeu catarrhalis, qvæ comitatur rheumaticos inſultus fortiores, minime tamen qvoslibet, ſcil. ſenſibilis motuum tonicorum alteratio, frigoris & caloris volatica variatio.

Qvanqvam autem hæc veris febris circumſtantiis minime qvadret; conjungitur tamen non raro febrilis humorum impulſus.

Cauſam huic præbet affluxus materiæ copioſus, & motus vehementia partes obruens vel ſenſum exqviſitum inferens, vel ſtagnationem penitiorem inferendo inflammatorii qviddam non æqve apoſtematodes qvam phlegmonodes & eryſipelatodes.

Qvam-

Qvamdiu vero hæ rheumaticæ coacervationes circa exteriora corporis hærent, vel exonerationem qvamcunqve nanciſcuntur (e. g. in acri coryza, brancho, tuſſi humida) febres ſunt leniores.

Si v. circa interiora reſtagnent, aut ab exterioribus eo propellantur, ſtaſis, inflammatio, corruptio promptior eſt, cum febribus ſenſibilioribus et fortioribus magisqve ancipitibus.

Therapia. Poſitiva purgantia in vigore præprimis, regimina & medicamina poſitive diaphoretica, calida △ea, acria, aromatica, Salia volat, opiata, communia anticatarrhalia ſic dicta edulcorantia, externa topica oleoſa, acria, thereb. ſuccinat. emollientia, ungninoſa, relaxantia, emplaſtica obſtipantia, adſtringentia, calida & frigida repellentia, &c. ſummo cum moderamine aut nunqvam ſecure adhibentur.

Conferunt magis interne nitr. cum abſorb. temperantibus, interpoſitis laxantibus, tum etiam alexipharmacis, eſſ. Succin.

Externe Camphorata, moderate crocata, pediluvia proſunt.

Acidulæ brevis & inconſtantis utplurimum effectus in diuturniore malo nihil ſolidi efficiunt: contra improvide uſurpatæ dubiæ ſunt, imo funeſtæ.

Præſeruative prodeſt V. S. in pedibus, non item curative; ſi vero illa in brachio inſtituatur, in ætate 25 annos prætergreſſa, auget congeſtiones ad ſuperiora.

Laxationes repetitæ qvoqve uſui ſunt. Spontaneæ ſalutares hæmorrhagiæ turbatæ omnino in ordinem ſunt redigendæ.

Cap. III.

Hiſtoria inflammationis in genere.

Subjecta magis ſunt plethorica, commotionibus ſangvinis abundantis & ante hac evacuationibus ſangvineis obnoxia, de temperamento ſangvineo & ſangvineo-cholerico participantia, qvorum vita, circa motus & aſſumendas res, minus eſt moderata.

Cauſæ internæ ſunt plethora, & inde activa congeſtio & reſtrictio copioſioris ſangvinis ad portionem illam motu privatam, s. ſtaſin ſangvinis ex congeſtione natam.

Externæ ſunt violentæ relaxationes, & interceptiones, a contuſionibus, vulnerationibus, ligaturis. etc.

Locus & pars, cui inſidet, ſunt partes poroſæ, carnoſæ, parenchymaticæ, rariſſime exſangues.

Diagnoſis: facta ſtaſi ſangvinis, ſuccedit tumor circa partem ipſam & viciniam, cum rubore, æſtu s. ardore, & calore patienti & tangentibus ſenſibili.

Dolor

Dolor concurrit lancinatorius, punctorius, arteriarum pulsui respondens.

Hæc symptomata qvando per aliqvot horas apparuerunt, fit interdum, ut sensim decrescant & omnino evanescant. de quo dicitur: Es hätte sich wieder verzogen, zertheilet, es wäre nicht zum aufbrechen gekommen.

Et evenit hoc satis mature intra 4. ad summum dies, si paulo copiosior & profundior sit stasis; si magis in latum, quam profundum porrecta sit, septem dierum spatio.

Specialiter rubor maxime spectabilis, ardor & æstus ipsum ambitum inflammati tumoris occupat.

Unde hæc symptomata, qvoniam inevitabilia sunt, non raro ægrotos inqvietos, impatientes & interne anxios reddunt.

Discussione non succedente abit inflammatio in corruptionem, vel purulentam, laudabilem nullius fœtoris, vel spacelosam, lethalem utplurimum.

Hic affectus, in media sui freqventia, si ad potentiam causarum suarum referatur, satis rarus est.

Differt inflammatio a febribus & ardoribus atqve æstuationibus stagnatoriis; qvod illa non diu possit durare sine discussione, suppuratione, aut sphacelo; febres ero v. & ardores, qui â stagnationibus congestoriis pendent, non solum diu durare, sed & varie jam remittere

jam intendi posſint citra effectum diſcusſorium vel corruptorium.

Item æſtus tales ſequuntur ſtagnationes: etiam inflammationes veræ ſimpliciter actuales ſtaſes.

Prognoſis: Qvando dolores & ardores graviſſimi, & rubor bruneus, liveſcentibus & nigricantibus ſtriis intertextus apparet, inflammatio gangrænam præ ſe fert.

Evaneſcentibus vero repente dolore, ardore, calore, & ſuccedentibus frigiditate & flacciditate in parte affecta; præſto eſt ſphacelus.

In Scirrhum interdum abiens inflammatio, proclivis tamen magis manet in putredinoſam quam ſuppuratoriam corruptionem.

In Therapia omnino vitanda ſunt tonum enervantia, pure adſtringentia, ſaturnina, coagulantia, ranina ſine camphora, valde calefacientia, concentrata, acria, ſpirituoſa, nimis refrigerantia, narcotica, nimia humectantia, ſiccantia etc.

Potius conferunt alvi ſucceſſus, plethoræ prudens ventilatio, orgaſtica ſangvinis contemperatio: externe tempeſtiva diſcusſionis tentatio, aut hac irrita, juſto maturationis tempore puris exitus promotio, tum mundificatio, deniqve conſolidatio juſta.

Partes cujuscunqve generis inflammatæ, in ranqvillitate, qviete & moderato calore, ſunt tconſervandæ.

Et

Et omnino ab immatura, ſub medio ſupurationis actu, inciſione abſtinendum eſt,

In diffuſioribus, præcipue ab externis violentiis, hæmorrhagiis vulnerum repente ſuppresſis, venam ſecare ex uſu eſt.

Cap. IV.

Hiſtoria Inflammationis in Specie.

1) Eryſipelatis. 2) Phlegmones
3.) Apoſtematis. 4.) Gangrænæ.
5.) Sphaceli. 6. Ulceris ſimplicis, fiſtuloſi apoſtematoſi.
7. Furunculi. 8. Carbunculi.
9. Scirrhi. 10. Cancri.

1. Eryſipelas.

Subjectis communiter familiaris eſt, qvæ hæmorrhagicis moliminibus activis interceptis & pasſivis neglectis laborant.

In communi vita ſatis freqvens eſt, repente exoriens & cito ad ſtatum ſuum perueniens,

Cauſæ ſunt plethora, & poſt ſtaſes in latum cum profunditate qvam minima diffuſas facile oritur ſimul contribuunt; cruditates in primis viis, iracundia, terror, tranſpira-

tio

tio prohibita, cibus acrior aromaticus, potus excedens, artuum in aquis refrigeratio.

Amat partes maxime membranaceas, artus exteriores præcipue brachia, manus, femora pedes, caput, faciem etc.

Unde ſtaſes ejusmodi etiam ob tenſiorem harum ſtricturam, penitiorem aditum omni ſanguini denegantem, plus ſeri & lymphæ, qvam ſtricte dicti ſanguinis continent.

Præcedit per plures dies languor & laſſitudo, ſine cauſa manifeſta; Et qvamvis actu non adſit frigus, horridula tamen adeſt ſenſatio ad qvemvis corporis metum, ſic ad qvamvis allabentem auram horripilatio cum φλόγωσι;

Donec accedat dolor, rubor, latior intumescentia in parte aliqva cum pallido-roſeo rubore, qvæ intumescentia adeo increbescit, ut cutis ſplendeat.

Qvo gravior ergo commotio, eo gravius fit eryſipelas, cum præcipiti magis horrore, æſtu, palpitabundo tremore, cum anxietate, alvi adſtrictione, ſiti, appetitus vacillatione &c.

Durant hæc ſymptomata fere per 4. dies: tunc omnia remisſiora fiunt, & evaneſcunt, cum flacciditate cutis, ſecedente cuticula.

Qvandoqve divagatur per artus, imo & totum corpus perreptat.

Prognoſis: *Sæpe talis commotio in con*ſue-

ſuetudinem abit, ut vel tempus antiquum ſervet, vel, ſi tempeſtas importunior concurrat, hoc anticipet.

Qvo ſenſibiliores & nobiliores partes occupavit, eo diutius continuat ſtatus febrilis, ut in capitis, eryſipelate &c. & etiam periculoſior eſt.

Retrocesſio vel veſicularum eruptio ſæpisſime funeſta eſt. Hippocr. Sect. VI. aph. 25.

In Senibus, ſi ſæpius revertatur, in cachecticis periculoſa eſt, tandem moriuntur febre, delirio, vel affectu ſoporoſo.

Suppuratio per incongrua adminicula mali ominis eſt: hinc: Mann ſolle die Roſe nicht zum aufbrechen bringen.

Sonticus ſtatus utplurimum eſt, qvando eryſipelas ulceribus, vulneribus, fracturis artuum ſupervenit.

In therapia evitari debent poſitiva purgantia, omnia nimis commoventia, volatilia, opiata, adſtringentia, repellentia, refrigerantia; externe unguinoſa relaxantia, emplaſtica, pinguia, nimis acria, irritantia, crasſa Saturnina, oleoſa calida.

Magis qvadrant interne ad alvum apertam ſervandam, laxantia blandiora, contemperantia, alterantia, temperata alexipharmaca.

Externe reſolventia ſicciora moderatisſime reprimentia ex rad: herb: flor. discutientibus cum camphora mixt:

V. S.

V. S. tempestiva qvandoqve in magna capitis erysipelate locum habet.

Et omni studio cavendum, ne erysipelas in corruptionem abeat, sec. Hippocr. Sect. VII. aph. 20.

II.) Phlegmone.

A priori distinguitur, & rarius contingit, qvod profunditate insigni gandet, cum ambitu non minore.

Excipit freqventer prægressam febrem catarrhalem, acutam per metastaseos speciem, & per plures dies, imo septimanas, durat aliqvando, sicqve facile in pristinam febrem repelli potest; idiopathice facile febriles commotiones adducit.

Occupat externam partem f. pedem f. brachium etc. cum tumore profundiori, diffusiori, ardore, duritie, pallido rubore & dolore lancinatorio, tensivo circa ambitum.

Concurrentibus sæpius, præcipue si ex metastasi febrili oriatur, horripilatione, calore febrili, siti, ardore ingenti.

Interim ad suppurationem & abscesionem minus idonea est; & si ad maturationem incongruis adminiculis urgetur, maligna ulceratio, phagedenica, fistulosa, aut perfecta sphacelatio ut plurimum præsto est.

Prognosis: Plegmone in partibus externis senibus & cachecticis semper fere fatalis est.

The-

Therapia: Qvæ vitanda in Eryſipelate, & hic ſimul arcenda.

Item per interna magis res expediunda eſt, qvoniam ſtaſes hic ſunt profundiores. Ergo conveniunt diſcutientia, reſolventia, alexipharmaca, moderate nervina etc.

III.) Apoſtema & inflammatio Apoſtematodes.

Hæc poſterior vero maxime in partibus ſincerioris ſangvinis aditui expoſitis, ubi ille in ſtaſin ruite, ſuboritur.

Hanc inſeqvitur inflatio partis affectæ, tumor durus cum rubore, præcipue in ambitu magis, qvam centro, colore eximio, & dolore vellicante punctorio, cum tenſione ægroto oppido ſenſibilibus.

Hæ circum ſtantiæ, qvando acrius exagitant, excepto nimium repentino enormi impetu horum omnium, tanto certius evenit actualis abſceſſio, & hæc tanto certius, ſi tumor in nodum qvaſi magis collectus ſit.

Abſolvitur hæc intra ſpatium 4 aut ad ſummum 8 dierum.

Niſi qvod partis valde exſanguis plane peculiaris conſtitutio & faciat minorem moram & ferat.

Sicuti vero diſcusſio, s. reſolutio ſtaſeos, in inflammatione ſcopus primarius; ita ſecundarius eſt ſuppuratio; prior interim ſtatus haud

haud tantis molestiis & conseqventiis subjicitur, qvam posterior.

Ubi tamen tactu molle planeque maturum evasit, & sponte vel arte rumpitur, effundit liquamen spissiusculum album nullius aut certe pa çi odoris, ad ulteriorem putridam corruptelam non amplius propensum.

Qvo facto eximius ille dolor qvasi in momento cessat, remanente tantum qvasi fremitu qvodam.

Emisso abstersoque tandem universo pure, apparet superficies cavitatis crudas ive subcruenta: recenter dissectæ carnis instar, sine tamen sangvinis actuali effluxu.

Resarcitur & consolidatur hæc prompte, nisi qvod, specialissima constitutio, glanduloso-tubulosa singularem imprimis manationis refractariæ contumaciam objiciat.

Aut plane in deterius procedens coruptionis abscessoriæ indoles e simplici suppuratione ulcerationem fecerit.

Qvo magis rubor in suppuratione deficit, eo minus minusqve inseqvitur restitutio, sed manet potius fluxio ulcerosa coalitui refractaria.

Differt apostema a furunculo, qvod in illo sit sanguis in porosæ partis foraminulis extra vasa corruptus: in hoc vero exilis sanguinis portio, in extremitate proprii vasculi, corrupta.

Qvod ad Prognosin attinet in genere, siccit in

internorum viscerum inflammationes apostematodes ambigui maxime eventus: sic in illis etiam partibus, abscesſu tali facto, ubi neqve ſpontanea evacuatio facile ſuccedit, nec arte commode juvari poteſt, neqve mundificatio vel nimii ef- & affluxus interceptio locum habet, niſi plane naturæ bonitate ſingulari ſpontanea reſtituantur, non raro certe exemplum hecticæ, aut funeſti & incurabilis pene mali exhibent.

Sicuti vero vulgariter erratur, qvando præmaturius ſuppuratio urgetur, dum discusſio adhuc locum invenit; ita etiam qvando discusſio nimis urgetur, ubi ſuppuratio jam inſtat; eſt qvod ſub maturationis promotione temperata reſolventia & qvandoqve roborantia prudenter adhibeantur.

In therapia, niſi discusſio ſpei reſpondeat, maturatio intenditur per mucilaginoſa, pinguia, gummata non valde acria cum camph. emplaſtr. diachyl. cum gummi. &c.

Suppuratio præoccupatur qvidem per Camphorata; ſi vero hæc tardius adhibeatur, illa jam fiente aut facta, cavendum, ne diſſipatis tenuioribus partibus fiat ſuppuratio, & pus nimis ſpisſum.

Ad mitigandam inflammationis vehementiam conducunt refrigerantia ſaturnina &c. cum aliis remixta.

Maturi abſceſſus ruptionem promovent mel,

fermentum piſtorium &c. niſi vero vel his remediis vel ſponte rumpatur, aperiendus eſt inſtrumento; emisſo pure, abſterſio per digeſtiva, mundificatio & reſtauratio per balſamica, Eſſ. myrrhæ & ſuccini peragitur.

Ante omnia cavendum, ne abſcesſus alibi mundus, & alicubi pure tenaciore diu obſesſus maneat: inde enim caro luxurians.

IV.) Gangræna.

Summus hic inflammationis prævalescentis gradus ſupervenit ſubinde ſtaſibus inflammatoriis, vel cum magna copia affluxus, & qvidem præcipitis factis, vel etiam juxta cum adfluxu copioſo irritationem ſecum trahentibus.

Variæ autem cauſæ naturam invitant ad affluxum talem impetuoſiorem, uti ſunt: nimia ſenſibilitas & præcipitantia naturæ, plethora, & accidentaliter commotiones humorum per remedia interna calefacientia; externa acria, refrigerantia, adſtringentia etc. offenſiones & læſiones partium valde ſenſibilium violentæ, frigus externum, compresſiones, ligaturæ, uſtiones morbi maligni peſtilentiales, paralyſes, morſus animalium venenatorum etc.

Signa diagnoſtica ſunt tumor magnus, durities inſignis, cum rubore ſaturatisſimo, & livido nigricante, ardore intolerabili, & veræ aduſtionis ſenſum imitante.

Hæc

Hæc comitantur dolores lancinantes exqviſitisſimi, ſpaſtici, circumjacentium partium, & ægroti ſingularis anxietas, cum aliqvali ſenſus obtuſione, nec non partis laxitate & efflorescentia puſtulari inſeqvente.

Qvoad Prognoſin, niſi diſcusſio mature præveniat, qvæ tamen maximopere impeditur per impetuoſiorem in partem obſeſſam congeſtionem, deterrimum ſortitur eventum, degeneratqve vel in ulcus pesſimi moris, vel ſphacelum.

Qvamdiu in gangræna adhuc ſenſus & rubor cum calore adeſt, tamdiu aliqva ſpes avertendi ſphacelum ſupereſt.

In externis partibus aliqvando curabilis: in internis ſemper eſt lethalis.

Sic etiam gangræna ab internis cauſis vel a veneno orta, ſemper pertinacior qvam illa, qvae fit a contuſionibus, fracturis vel combuſtionibus.

Theraphia: Omnia ea nocent, qvae nocere in inflammatione in genere notata ſunt.

In Therapia poſitiva magis proficua ſunt in inſigniter plethoricis V. Stio tempeſtiva, temperantia, abſorbentia, temperata alexipharmaca diluentia, abſtergentia, diuretica & laxantia.

Externe reſolventia & diſcutientia cum camphoratis, nervina, & lenientia adhibenda.

Magis proprie in principio gangraenae lau-

dantur decoct. Scordii, insuper poma putrida, sive muria & faeces vinosae, sive cerevisiariae etc.

V.) Sphacelus.

Oritur ex inflammatione suppressa: aut ex inflammatione excessiva: ex coagulatione sanguinis per frigus, adustionem: ex interceptione per ligaturas, compressiones violentas: ex laceratione partium, tono viarum gravissime læso; ex paralytica aut hemiplectica constitutione; conquassatione partium fibrosarum; sensu acerrimo inflammationi conjuncto copiosum affluxum & hinc incarcerationem, coagulationem sanguinis provocante; vulneribus male tractatis per refrigerantia, adstringentia acria, septica; humoribus depravatis & scorbutica inqvinatione confirmatis; imperita deligatione graviorum contusionum cum fractura ossium, aut hæmorrhagia feroci, unde suffocatio partis: Erstickte Schäden; morsibus animalium venenatorum; læsionibus venenatis.

Sphacelus sicuti ex sangvine stagnante primum oritur, ita qvoqve sangviferas partes maxime inficit; qvare ab ulceribus malignis distingvendus est: qvanquam in his faetor adversus qvoque adsit, sub qvando haec in sphacelum ruunt, hic non ita repente procedit.

Sphacelo partibus ergo corporis superveniente, disparet calor vitalis, & in frigus muta-

mutatur, color lividus nigrescens in parte immediate affecta; per ambitum autem ejus pallidus, & a florida vivida temperie alienus.

Cessant ibi dolores & fit sensus expers natura, adeo ut scalpello facta incisio mimine ab ægroto percipiatur.

Membrum est flaccidum & turgescit ordinarie per viciniam tumore pallido frigido, œdematoso.

Si post aliqvot horas pars tumida scalpello feriatur, non percipitur ibi sensus; neqve fluit e vulnusculis sanguis, sed merus tantum ichor cruentus & flavescens:

Apparente in vulnusculis manifesto nigro densato sangvine, a fluxilitate debita alienato.

Ruit autem pars adfecta præcipiti progressu in fœtidam putredinem;

Adeo, ut non solum plane mollis & qvasi semifluxa evadat, sed etiam olidissimum fætorem cadaverosum spiret.

Prognosis: notabilis est observatio, qvod destitutio sensus atqve toni vitalis circa partem correptam se exerat, antequam actualis corruptio his partibus evenerit; sub tali tamen constitutione, sensum atqve motum, curatione feliciter succedente, recuperent patientes.

Ipsa vero corruptio repente & per momenta serpit & progreditur in circum ambientes partes succedunt virium dejectiones animi angor, rigor, horripilatio, qvandoqve ppothymiæ.

Pars ergo correpta, nullam restitutionem admisura, omnino auferenda est; vel excidit etiam a reliqva viva parte, sponte sua, nempe abscedendo.

Sphacelo interno, internas inflammationes insecuto, supervenit repentina omnium dolorum circa locum affectum cessatio, sine ulla succedente purulenta evacuatione. Huic admodum prompte junguntur virium dejectiones gravissimæ, lipothymiæ, pulsus debilissimi, palpitationes cordis, anxietates, refrigerationes extremorum.

Lentius vero, quam in aliorum viscerum sphacelo, eveniunt hæc in hepatis partis gibbæ sphacelatione.

Cæterum raritas mirifica sphaceli notatur.

Therapia: Itidem nocent ea, qvæ de inflammatione dicta sunt, qvod noceant; insuper balsamicorum promiscuus usus, arsenicalia, corrosiva mercurialia, & omnia ea, qvæ segnius operantur damno sunt.

V. Stio tantum locum habet, ubi plethora admodum urget.

Interne prosunt discutientia alexipharmaca temperata, qvibus interponenda roborantia, analeptica præc: aqua cinamom: citri, resolventia, abstergentia.

Externe pars corrupta auferenda sectione, ustione qvæ omnibus præfertur in principio, sepsi, scarificatione.

Si sphacelatio profundior ossa & tendines in-

infecerit, amputatio qvantocius locum habet.

Olea cinamomi & cariophillor. a Recentioribus admodum laudantur; qvod efficaciter externe sphacelo resistant.

VI.) Ulcus in genere.

Obtingit partibus potissimum exsangvibus, sed tamen seroso-lymphalibus libere patentibus, aut per accidens ita dispositis, ut sangvis sincerior recipi non possit.

Unde subjectæ sunt ulceration partes cutaneæ, membranaceæ, tendinosæ, & ligamentosæ, tandem glandulosæ.

Per accidens transeunt in ulcerosam constitutionem etiam suppuratorii abscessus perperam cedentes, & vulnera post suppurationem non consolidata.

In specie invadit caput, unde in tenera ætate achores, crusta lactea, excoriationes retro aures.

In variis ætatibus scabies oritur; item eveniunt intertrigines, variæ ulcerationes a scalptione, allisione, erosione aut ustione, fonticulorum exemplo &c.

Seroso lymphalis ulcerum materia, si cum levissima & paucissima sanguinis parte intermisceatur, acres & urentes efficit serosæ corruptionis effectus.

Ipſa materia ſeroſo-lymphalis, qvo plus ſeroſæ, eo ſalſior, qvo plus lymphaticæ materiæ continet, eo acrior deprehenditur; acrius autem fermenteſcens, ſi plus de ſalivali materia, acerrima vero, qvo plus de ſanguinis miſcela participat.

In Specie. a) Fiſtuloſum.

Fiſtuloſum per multiplices anguſtos ductus & qvaſi ſpeluncas in affectam partem tranſit; imo plane ad oſſa penetrat, iisdemqve ſuſpectam cariem affricat.

Effundit materiam pravam fœtidam & ratione coloris ſuſpectam: hinc tale ulcus ſæpius occaleſcit, & deterius fit, qvando affluxus humorum pravorum adeſt.

Hæc materia eſt vel, inſita in partibus vaſculoſo-tubuloſis, vel adventitia in parte glanduloſa. Hanc poſtquam arroſit, apertis ita multorum meatuum imo tubulorum orificiis, aperit exitum copioſius allabenti humori, qvi aliâs per talem partem moveri debet.

Ejusmodi ulcus ſemel invento exitu incoercibile fere manat.

Qvo adultior fiſtula, tanto pertinacior; hinc in primordiis omnimodo reſiſtendum.

Qvemadmodum ergo hæc ulcera omnino ſuſpecta ſunt; hinc a medicamentis valde pin-

pingvibus, emollientibus, adſtringentibus, refrigerantibus, acribus, corroſivis ſuſpectis, & cauteriis præmaturis abſtinendum eſt.

Interne conducunt laxantia repetita, catarrhalia & corrigentia humorum, Eſſ. Succin. alexiph. Stahl. tinct. Antim: Decoct. lignor. Decoct: vulner. Paracelſi c. rad. Ari & pimp. alb.

Externe, juvant Inciſio, ubi huic locus eſt, abſtergentia, detergentia, mundificantia, ſeptica mitiora ſecura, diſcutientia, conſolidantia, balſamica roborantia.

β.) Apoſtematoſum, vel e purulento abſceſſu ſubnaſcens.

Oritur hoc poſt apoſtema pure jam liberatum, ſi affluxui floridi ſanguinis pars, ob denſam ſtructuram non pateat, ſed tantum in læſa hac continuitate ſerum; cum diluta lympha transmittat primo muceſcens deinde mota ſalſedine ſua partem aggrediens.

Vel etiam ex neglecta abſceſſuum mundificatione & inconvenienti tractatione per unguinoſa.

Unde abſceſſus in ulceris indolem converſi, ſuperficie pallida, livido qvaſi nitore decolore, pruriginoſo ardore moleſto, ſaniem decolorem tenuem exhibente (verwahrloſte,)

unreine Schäden) insenescentes & in obfirmata transeuntes, (alte Schäden)

Hæc non solum copioso confluxui ad talem locum viam sternunt; sed etiam qvicqvid in corpore commotionem subit, statim ad locum affectum qvasi peculiariter dirigitur.

Imo talis locus, consolidato licet ulcere, in posterum a peccantibus, si qvi oriuntur, humoribus illico occupatur; unde variæ congestiones, stagnationes, inflationes, rheumatismi.

Et non raro ad ipsam ulcerationem denuo reducitur.

VII. Furunculus.

Stasis sanguinis non tam intra poros musculosæ partis, qvam simplicius in vasculo aliqvo sanguifero s. venoso s. arterioso detinetur.

Format tuberculum vix baccæ lauri amplioris vel cerasi nigri magnitudinem excedens cum ardore insigni & rubore ad purpuream usqve obscuritatem.

Vehementia doloris major qvam pro mole sua, in comparatione ad alias inflammationes: inprimis in majore furunculo maxime insolens est non solum pungitivo-æstuosus, & eximie urens, sed etiam spastico-vibrativus cum ingenti inqvietudine, agry-

agrypnia, anxietate, calore febrili, hinc: es thue so weh, wie bluthschweren.

Signa emollitionis aut maturationis per aliqvod tempus non ita cito exhibet, sed difficulter suppurationem subit.

Qva v. facta exiguam pustulam suppuratoriam sistit.

Hac scissa vel rupta exiguum foraminulum videtur, exeunte post expressionem una vel altera gutta puris modo spissi, modo inæqvalis fluidi, discoloris, ichorosi, cui sub paulo fortiore pressione cruentus ichor aut modicum sanguinis sinceri succedit.

Rupta suppuratione manet ambitus non solum longe latius, qvam in aliis etiam capacioribus suppurationibus solet, perqvam durus; sed etiam dolens adhuc & ardens præter simplicium morem.

Foramen est qvidem non nihil profundum, sed summe angustum vix crassioris acus ambitum excedens.

Hoc si turunda aliqva leniter dilatetur & sine irritatione conveniente tractatione consolidetur, eis eum ambiens tumor durus pedetentim subsidet, & pars restituitur.

Prognosis: Si furunculus sit maior, maturatio tardius succedat, & emplastris attractivis, unguinosis, incongruis mellitis perperam tractetur, oritur diffusior corruptio in albam & tenacem materiam.

Si locus furunculi sit mundificationi minus aptus

ruptus, & diu perſiſtat, anteqvam vel ſuppuretur vel pus ſuum emittat, ſubſeqvitur nonnunqvam fiſtula e. g. hæmorrhoidalis ani.

Aliâs ſuppuratione minus proſpere cedente in ſphacelum præceps; imo hoc ipſo ad fœtidam qvaliscunqve ſuppurationis depravationem pronior eſt furunculus.

Therapia: Abſtinendum interne a poſitivis diaphoreticis & refrigerantibus: externe a nudis refrigerantibus præſertim a diuturno ipſorum, uſu nam inde ſcirrhoſitas, ulcerationes malignæ, ipſe ſphacelus.

Si vero in unum nodum collectus furunculus exiguam illam veluti tubuloſam ſuppurationem aſſeqvatur, tractetur Empl. vel diachyl. c. gummi, vel de minio cum camphor. Totus igitur ad ſuppurationem perduci opus non habet.

In puſtulæ ſuppuratæ foraminulum, evacuato pure, prodeſt immisſio guttulæ Eſſ. ex myrrh. ſuccin. cum aliqvot guttis olei therebinth.

VIII. Carbunculus s. Anthrax.

Naſcitur hic ex eodem fonte, qvo præcedens, niſi qvod hic ſpecialis plerumqve putredinoſa concurrat efficacia.

Unde facile concurrit ſphacelus.

Qvod fit, qvando vehementisſimæ in-

flam-

flammatoriæ commotiones inducunt doloris excesſum, colorem e purpureo nigricantem, ardorem ita urentem, ut veluti rubore excandeſcat, deniqve nigreſcat, & veluti aduſtam relinquat partem, deſinentem in ſphacelum.

Diſtinguitur hoc malum in benignum, rarius (citra peſtem, ubi tamen ſatis malignum eſt) & malignum peſtilens.

Qvoad prognoſin anthrax etiam ſine peſte mortem minatur, ob promptisſimum ſphacelum.

Si vero ſalutariter exeat, lenioribus præcipue remediis tractatus, vel in vel extra peſtilentiæ tempus, vix unquam in laudabile pus tranſit, ſed in meditullio ſui putreſcit, parte circumjecta ſuppurationem ſuſcipiente, meditullio putrido excidente.

Differt furunculus ab anthrace, qvod illius ſedes magis ſuperficialis in corpore, hujus vero profundius introrſum hæret.

Furunculus extrorſum protuberat, Antrax magis introrſum indureſcit, & corruptione ſuccedente, etiam qvantum cunque felici, inſigniter dehiſcere & excidendo aliqvid amittere ſolet.

Therapia: Anthracum ſ. carbunculorum, cura maturam depoſcit ſuppurationem per cataplasmata & emplaſtra emollientia maturantia, maturam apertionem, & per mundificantia vulnus eluendum.

Qvodſi vero tales tumores critici retrocede-

re

re videantur, ferrum calidum vel in vicinia vesicatoria admoveantur.

IX.) Cancer occultus, & ulceratus.

Subjecta huic sunt loca glandulosa, tubulosa, membranacea, tendinosa, mammæ præcipue fæminarum, facies, labia, nasus, genæ, uterus, partes genitales.

Excresc ntiæ qvoque fungosæ glandulosarum & membranacearum partium, strumæ ulceratæ, diutius toleratæ, illæ fere sæpe, hæ promptissime in tale genium degenerant.

Cancer mammarum, in qvibus verus & perfectus est, oritur â vitiis lactis, contusionibus, compressionibus, acutis compunctionibus, vitiis menstruorum.

In aliis partibus, imprimis glanduloso-tendinosis aut cutaneis insigniter contusis, unde sugillationes in scirrhum induratæ sunt, ut & a violentis compressoriis vellicationibus, kneipen, zwicken, acutis contusionibus, subtilibus puncturis, a subtili, copiosa tamen varicosa vasculorum sensim schirrhosa constitutione.

Hic sæpius concurrunt temperamentum præprimis melancholicum, cholericum, lues venerea, febris 4tana prægressa, hæredita-

ria

ria dispositio, aer frigidior post sudationes repènte admissus, cibus dyspeptus, vina acida austera, mæror diuturnus, curæ graves etc.

Fit igitur ab his vel aliis causis collectio nodi varicosi duri inæqualis livida v. g. in mammis.

Hæret ibi per satis notabile sæpius tempus sine, aliqvando cum, magno sui incremento.

Et hoc posterius præcipue e mala diæta, irregulari regimine, & immoderatis animi & corporis motibus, vel perversa medicatione & irritatione.

Dolor cooritur pro sensibilitate ægroti vel major vel minor, plerumqve non moderatus, sed acutissimus, urentis ardoris cum animi angore gravissimo ad lipothymias usqve.

Omnibus v. qvibus dura hæc inflatio mammam latius obsedit, una contingit glandularum sub ejus lateris axilla sensibilis inflatio, induratio, dolor, qvod nonnunquam colli & brachii vicinia experitur.

Qvo major dolor, eo major febricula, qvæ interdum adeo invalescit, ut hectici caloris gradum longe superet.

Adsunt vigiliæ, insomnia, metus & terroris plena, cum languore, appetitu utplurimum exiguo, rarius, ubi mentis turbatio, inordinate adaucto.

Co-

Copioſior vero alimentorum aſſumptio mala eſt.

Manent ita per longum ſæpe tempus ſine actuali ulceratione occulta [cancrum occultum vocant)

Hac vero ſuccedente & corruptione prævaleſcente erumpit incoercibili impetu aut intolerabili dolore graſſatur, donec perrumpat.

Labia ulceris turgida & qvaſi occaleſcentia evadunt vel livido communisſime, vel roſeo qvaſi rutilante colore conſpicua, idqve cum tanta ſaepe viciniæ laxitate, ut ſub levi ſcalptione mox cuticula abradi posſit, & ſubſtantia ipſius cutis ſubſtratae velut miliaris, ſed mollioris tamen texturae appareat, humiditatem multam & qvaſi perpetuam fundat, imo mox viſibilia foraminula exhibeat, qvibus ichor talis veluti ex profundo ſcaturit.

Materia ex ulcere manans tetri coloris & odoris, praec. ſi paulo crasſioris conſiſtentiæ, exiſtit.

Eſt vel tenuior flaveſcens vel ſubcruenta communiter admodum corroſiva, ut lintea impoſita brevi tempore, tanquam aqva fortis, corrodat & friabilia reddat, ipſam etiam cutem in parte adhuc ſana, veluti aduret.

Qvid? qvod ferramenta rubigine prompte afficiat, & cum abſorbentibus interdum efferveſcat.

Foe-

Fœtorem ſpargit acetoſum & putredinoſum carnis in muria ſalina vel aceto compuтrescentis æmulum.

Abſcedunt, licet rarius, qvandoqve integra fruſtula. Adhuc rarius ut aliqvid excrescat, qvaſi luxurians, niſi ubi per ſarcotica, balſamica pars qvædam mundificata ſit.

Prognoſis: Qvo magis depascit, eo major eſt fœtor; ſin minus & tamen acerrime cruciet, prævalet acris corroſivitas.

Qvando hæc mitior, tunc omnia mitiora.

Si v. nulla prorſus acrimonia inſignis oriatur, increbescit putrefactio.

Cancer occultus admodum ſenſibilis, & curatio utplurimum dubii eventus exiſtit, Hinc Hippocr. vere dicit. Sect. VI. aph. 38. Qvibus occulti cancri fiunt, eos non curare melius eſt, &c.

Cancer in mammis ſemper, qvam in aliis partibus, periculoſior eſt.

Cancer adhuc recens, aptis remediis tractatus, melioris curationis eſt inveterato.

Animi pathemata, ſi non majori, certe pari gradu cum aſſumptis incongruis ad ſalſam acrem fermentationem & putredinem contribuunt.

Exſtirpata hujus mali maxima parte, ſæpe vel unica venula iſto infecta, cauſa eſt de novo provenientis corruptionis.

Facta jam & irritatione & affluxu majori, tum etiam corruptione aucta, ſi corroſio

T in-

inhibeatur, putrefactio, fætor & colliqvatio magis insolescit.

Si vero corruptioni resistatur, exardescit tanto magis arrosio, ardoris & vellicationis acerrimæ sensus.

Qvo in subjecto simul concurrit cacochymia vel plethorica constitutio, & congestio freqventior, uti sunt mensium vel lochiorum vitia, & alia corporis & animi turbæ; eo majus periculum imminet tam in occulto, qvam aperto cancro.

Etsi uterqve malæ indolis, longe tamen deterior exulceratus est.

Contagiosus est, his præcipue qvi ad illum recipiendum magis dispositi sunt, in genere vero non æqve.

Therapia: in occulto semper melius est, intactum relinqvere, qvam remediis irritantibus aggredi: hinc jam Hippocrates ab irritantibus, emollientibus, maturantibus cavere jussit.

Porro nocent unguinosa, pinguia, gummata acria, resinæ, refrigerantia, valde repellentia, septica, in- & externe valde commoventia, mercurialia.

Conveniunt universalia laxantia, repetita v. s. bis in anno, maxime adsueta; tum obsorbentia cum leni diaphoresi. Externe, præ aliis multis, crebrior usus Spirit. vini camphor. circa partem.

In ulcerato præstat abstinere a septicis, corrosivis fortioribus, oleosis acribus sulphuratis

ratis, emollientibus, pinguibus, refrigerantibus, exficcantibus, acidis, arſenicalibus, mercurialibus corroſivis, opiatis, narcoticis &c.

Conducit mundificatio per ol. laterin. empyreumat: corruptionis inhibitio per myrrhæ uſum providum; affluxus repulſio, per ſpirit. vini camphor. rectificatum; deniqve conſolidatio per ſarcotica.

Loco opii in & externe ad dolores mitigandos conducit nitrum cum Tartar. vitriol. & abſorbentibus: externe tabacum &c.

Varia ſpecifica proferuntur, qvæ hinc inde qvidem laudantur, ſed Stahlius & alii admodum extollunt ſuccum ex, onopordo, ſ. acanthio, in cancro faciei.

x.) Scirrhus ſanguineus & ſeroſo-glutinoſus.

Ortum debet maxime prægresſis commotionibus humorum, vehementibus contuſionibus, ſenſibilibus vellicationibus (zwicken, kniepen) aut undecunqve natis tumoribus, & externo neglectui aut malæ adminiſtrationi debitarum reſolutionum ac discusſionum, perverſe tractato eryſipelati, phlegmoni, oedemati &c.

His ſcirrhoſis tumoribus æqve expoſitæ ſunt internæ partes, hinc interdum nobi-

liora viscera afficit; qvi etiam periculosiores externis omnino ſunt.

Specialior vero horum indoles variat ſecundum partium, in qvibus naſcuntur, varium habitum ad receptandos humores vel ſeroſo-glutinoſos, vel ſpisſius cruentos.

Differt 1.) ab inflammatoria ſtaſi, qvod in hac facilior diſcusſio. 2,) ab ulceroſa conſtitutione, qvod hic ſeroſa ſalivalis acris humiditas concurrit.

Scirrhi ſanguinea ſtaſi nixi ſimpliciter peſſimi moris & cancroſæ veluti indolis ſunt.

Scirrhi Sanguinei ſ. exſangues, in qvacunqve ſive externa ſ. interna parte exorientes, valde exacerbantur, ſubinde circa anni & tempeſtatum diverſas mutationes, ex prægresſis animi & corporis motibus, pravis regiminibus & diætæ vitiis.

Hippocrates jam conſuluit ſanguineos intactos potius relinquere, & hodierni chirurgi uſum emollientium interdicunt.

Cap. V.

Hiſtoria dolorum in genere.

Cauſæ proximæ ſunt motus a congeſtionibus & propter easdem; remotiores, coloris & frigoris repentini inſultus, acres ſalinæ materiæ. Occurrunt variæ ſpecies.

1.)

1.) Urens & ardens.

2.) Rodens, citra æſtum, ad tactum qvaſi contuſorius (es thue ihnen ſo wehe, als Bluthſchnären)

3) Pruriginoſus, in ulceribus, ſcabie.

4.) Lancinans compunctorius in capitis agitationibus, concusſionibus.

5.) Mordicans, manifeſto ſpaſtico impetu, uti in inteſtimo recto qvandoqve.

6.) Tenſivus, ut in colica.

7) Gravativus plethoricorum.

8.) Gelidus ſenſus in vertice imprimis, rarius in lumbis.

9.) Verſatilis acer, jam de ſuppuratoriis, jam de arthriticis rheumaticis dicitur, zerrende, reißende. etc.

10.) Terebrans in lue venerea

Inter innominatos:

1) Ελκιώδης, qvaſi ulceris crudi, es ſey wie rohe, beiße, nage, wie ein offner Schaden. Tum contuſorius poſt motus corporis minus conſvetos fortiores, ubi convenit cum rodente.

2.) Οστεόκοπος poſt intimam lasſitudinem & fatigationem, qvam ad oſſa & medullam penetrare dicunt.

3.) Fremens inqvietudinis author in partibus mollibus, (es ſummet ihnen in den Gliedern) alii formicantem qvaſi expreſſuri, es kruble darinnen wie Ameiſen.

4. Palpitatorius, non raro a convulſivis motibus.

Qvemadmodum autem motus congeſtorii & inde varii dolores facile citra materiam proportionatam etiam in conſvetudinem abeunt; ſic iidem a patheticis amini commotionibus promptisſime redeunt.

Comitantur dolores, inqvietudines & corporis & animi, vigiliæ, & impatientia, imo metus periculi cum ſpei abjectione, ſomniis terrificis.

Sequuntur non tamen æque ſæpe vel perpetuo debilitates virium, ſpasmi, convulſiones, paralytodes membrorum enervationes, atrophiæ, ariduræ, contracturæ.

Cap. VI.

Hiſtoria motus humorum ſpasmodici in genere.

Subjectis facilius evenit ſucculentis, ſpongioſis, ſangvineo-phlegmaticis vel ſanguineo-cholericis, plethoricis, omnium maxime hæreditarie prædiſpoſitis.

Præterea gracilioribus plethora tamen oneratis, præcipue poſt aſſvetarum ſangvinis evacuationum omisſionem vel intermisſionem.

In diſpoſitis tanto citius ſpasmi oboriuntur ex diæta plena, lauta, ſpirituoſa, exagitantibus

tibus volatilibus, corporis præcipitibus motibus, animi pathematibus, veneris intemperantia. Remotius, a vermibus, calculo, globis ſclopetariis, morſibus animalium, contuſionum doloribus (das ſie offt einen Calender am Leibe tragen müſſen.)

Item reſpondent ut plurimum iſtis hæmorrhagicis commotionibus & moliminibus per ætatem contingentibus

Rarior eſt univerſalior aut late admodum per corpus ſe diffundens ſpaſticus actus: uti tetanus, emproſthotonus etc.

Freqventius ſe exerunt in ſingularibus corporis partibus, brachio, manu, cruribus, in aliquo muſculo femoris, pedibus, horumqve digitis;

Circa caput infamis eſt ſpasmus cynicus; circa occiput in muſculis capitis erectioni inſervientibus, ſeqviorem præcipue ſexum cum aliis rheumatico-arthriticis paſſionibus invadit, cum circumflectendi capitis impotentia.

Nec improbabile Thoraci interdum ſpasmos evenire, cum reſpirationem intercipiant, & dubiam reddant apoplexiæ aut catarrhi ſuffocativi indolem.

In œſophago & ventriculo nati ſunt tales rigores deglutitionem remorantes aut ita renitentes ut nihil ventriculus admittat; præſente ſimul anxietate cardialgica.

Uti & in inteſtinis, ubi colicos dolores formant; præcipue Inteſtinum rectum nonnunquam tanta contentione ſtringitur, ut ne qvidem cannulam clyſticam, nedum altiorem ipſum clyſterem, admittat.

Veſica non minus expoſita eſt ſpasmis, in ſtranguria, commotione calculi, & anus in tenesmo.

Species ſpasmorum variæ ſunt:

1. Tetanus, obrigeſcentia corporis in ſitu recto, ut immotum maneat; facile revertitur.

2. Emproſthotonus, incurvatio corporis antrorſum.

3. Opiſthotonus, eadem retrorſum.

4. Catalepſis, obrigeſcentia totius corporis in ſitu, quo præhenditur, a profunda cogitatione, terrore, amore, admodum rarus affectus eſt.

5. Incubus Thoracem dormientibus comprimit, reſpirationem & motum corporis impedit; exſolvitur motu unius membri, & relinqvit aliquam lasſitudinem.

6. Succubus ſimilis affectus; ſubjectis v. laſcivis obtingens.

7. Aſthma convulſivum vigilantibus potius accidit, & occupat tantum thoracem.

8. Spasmus cynicus os hominis ad modum rictus canis a curſu anhelantis dehiſcere, ſive circa angulos hiare aut pertinacisſimæ claudi co-

cogens, convulſioni, epilepſiæ, apoplexiæ, hemiplexiæ, in qvem facile ruit, propinquior, lethiferi communiter eventus.

9. Riſus ſardonius in utraqve maxilla ſemper fere cum delirrio junctus idem efficit.

10. Priapismus, penis violenta, dolorifica tenſio magis qvam erectio, qvo ipſo differt a ſatyriaſi in procaci hujus erectione ad leves phantaſias conſtante.

11. Chorea Sti Viti eſt ſaltatio qvædam pedum involuntaria, uti in Tarantismo, fere idem contingit.

12. Uti etiam in arthriticis, Apoplexia, (in thorace ſuffocativus) aridura, contractura, nodis podagricis varia ſe ſpasmorum exhibent ſchemata.

13. Specialiter inter ſe differunt ſpasmi, dum alius in paucas fibras tantum exercetur, unde fibrillaris arthriticis familiaris incompletus, tarde in agitatione, contumaciter in duratione ad ἀκμὴν productus, lente remittens, vibraticus, zerrendt, reiſſendt, wie gegen ein ander fahrende Meſſer.

Confirmatus talis ſpasmus fit completus, exſuccus, pallidus, frigidus, ſtupidus.

14. Alius eſt muſcularis, qvi totum muſculum comprimit fluidi tranſitum excludit, vaſa inflat, unde congeſtio & directio humorum ad certum locum.

Prognoſis: Niſi optatus finis per expreſ-

ſionem obtineatur ; metuenda ſunt ab univerſalibus repentinis ſpasmis inflammationes internæ, a partialibus in capite convulſiones.

Spasmi junioribus freqventius evenientes, augeſcente ætate, arthritidem; ſenibus minus adſvetis, apoplexiam, aſthmata convulſiva, paralyſes, minantur.

Si acutis morbis, vulneribus, cerebri commotionibus ſuperveniant, mali ominis ſunt & ad convulſiones propenſi.

Simplices tranqvillis & plethoricis, qvi accidunt, magis innoxios pronunciare licet.

Semel v. in conſvetudinem abeuntes, ſæpius recurrunt.

Therapia curatoria ad motum ſiſtendum commendat, ſemper præmisſis generalioribus, ſuccin: Liqv: c. c. ſuccinat, nitrum, annulos antiſpasmod: ſal. volat. vrinoſa cum Tinct. Sal. Tartari remixta.

Præſervatoria materiæ eductionem per V.S. ſcarif. hirudin: opportuno tempore & loco, laxantia, attenuantia, placidum corporis motum etc.

Cap. VII.

Hiſtoria motus humorum ſpasmodici in ſpecie.

1. Arthritidis vagæ.

Sub-

Subjecta sunt maxime sana, plethorica, succulenta, spongiosa, otiosa, diætæ plenæ lautæ, arômaticæ, vinosæ, rebus venereis indulgentia, iræ aliisqve animi pathematibus dedita, &, qvia talia minus fovet paupertas, præcipue divites.

Rarius evenit juniori ætati, nisi graviores præsentaneæ causæ adsint: item post potus spirituosos copiose ingestos, refrigerationes corporis repentinas post æstum, fortes artuum allisiones, concussiones subluxatorias cum dictis concurrentes etc.

Causæ sunt potissimum dispositio hæreditaria, evacuationum sangvinis snppressiones aut neglectus, plethora, & ea, qvæ in descriptione Subjectorum indicata sunt.

Strictius sumptæ arthritidi subjacent magis juvenes a XX. ad XL. annos.

Occupat potius superiores partes, scapulas, axillas, humeros, brachia, dimidium caput (in hemicrania) nucham, cervicem, imprimis dimidiam posteriorem partem thoracis, anterioris thoracis alterutrum latus; circa thoracem a clavicula ad hypochondria grassans pleuritidem notham exprimit.

Aliâs communiter in illam ætatem incidit, in qva hæmorrhoides exitum affectare solent.

Ubi itaqve incipit circa dorsum, lumbos, coxas sese exercere cum passionibus nephriticis

ticis plerumqve complicata, a qvibus tum ægre discernitur.

Qvam diu arthritici tales affectus mitiores & ad exacerbationem sui veram collati, adhuc indolentes sunt, appellantur admodum usitato nomine Rheumatis: der Fluß liege ihnen in der Achsel, oder an der einen Seite des Halses, am Schulterbladt, im Rücken, stecke im dicken Schenckel, in der Hüfften, daß Sie sich nicht wohl bewegen, umbsehen, bücken, niedersitzen, und wider aufstehen können.

Qvo rarius talia eveniunt & diutius durant, qvo magis interiores partes, os sacrum, coxendicem, acetabulum ossis femoris, exteriorem femoris musculosam partem vel articulationem pollicis pedum cum metatarso den ballen am Fuß occupant; eo magis verum suum nomen profiteri incipiunt jschiadis, podagræ.

Qvando exqvisiti tales dolores in uno loco corporis successive, contumacius tamen & constantius subsistunt, chiragræ, gonagræ, mali jschiadici, podagræ nomen assumunt.

Differt arthritis à podagra 1.) loco, 2.) ætate, in illa juniore, in hac seniori, 3.) ordine, cum illa podagram præcedere soleat.

Inseqvitur arthritis vaga hæmorrhagias naturales, & artificiales emanentes, omissas: imo molitur sub tali spasmodicorum motuum exundantia, maxime in fœminino sexu; sc. mensium & hæmorrhagiarum narium.

Si

Si vero ſudores ſuccedant, æqve bono omine fiunt, modo diu ac temperate conſerventur.

Vaga arthritis cognoscitur e doloribus ab una parte in alteram discurrentibus, ſine admodum diuturna plurium dierum, nedum conſtanti in ſingulis mora.

Expoſita eſt huic ſolennius junior ætas, ſexus fæmininus; ſeniores â prægresſis ætatibus malo hoc tenaciter obſesſi permanent, rarisſime demum ab ipſo liberantur.

Doloris ſenſus ſupra de motibus ſpasmodicis expresſus eſt.

Servat exacerbationes typicas ut febris, ut impetus omni die remittat, & revertatur: cum pulſus alteratione febrili.

Pervagatur unum poſt alterum membrum, usqve dum etiam pectus obruat.

Compages musculorum ſub motu ſpaſtico dolorifico eſt compresſa, qvaſi arida, ut flecti non posſit præ dolore; venæ ſunt inflatæ, ſubſeqvente partis ſpongioſæ intumescentia remittit dolor & æſtus, exacerbatio.

Prognoſis: Omni modo freqvens recurſus averti debet, qvoniam facile in contumacem conſuetudinem abit.

Levis aberratio ſive in diæta, ſ. regimine, ſ. medicatione, affectum deteriorat, & alia ſontica mala inducit.

Arthritis vaga, ſcorbutica, qvo crudelior & diuturnior, eo facilius ad varias hæ-

hæmorrhagias ruit; ubi qvam diu fluit ſanguis, dolor ceſſat ſimulatqve fluxus ſiſtitur, dolor redit.

Therapia arthritidis vagæ haud ſecure perfert purgantia poſitiva, vomitoria, confuſas V. Stiones, multas ſudationes inordinatas, nimis calida concentrata, ſulphurata, ſalivantia per mercurialia, externa adſtringentia, nimis refrigerantia, narcotica, repellentia, topica, obſtipantia &c.

Cura vera conſiſtit in tempeſtiva V. S. Scarif. in contemperatione per nitroſa, abſorbent. ſalia digeſt. in ſpongioſis per acida; humorum æqvali dispertione per diapnoica, regimen blandum qvietum.

V. Stio vero ſi arthritis vaga adſit, nocet, hinc magis præſervatoria prodeſt.

Externe nil æqve prodeſt qvam calor & fotus temperatisſimus, camph. & ſacculi discutientes.

Cap. VIII.

Hiſtoria podagræ & mali ischiadici & varicis.

Subjecta & cauſas cum arthritide habent communes, niſi qvod huic etiam obnoxii ſint graciles vel ex hæreditate, vel qvi antea ſpongioſi fuerunt; ætas qvoqve magis virilis, vel ſenilis;

Iunior

Iunior non item, niſi vel ex parentum translatione, vel motibus hæmorrhoidalibus prægresſis cum vini, iræ, & veneris excesſu.

Fœminæ magis malis ſpaſticis hyſterico-arthriticis ſubjacent; qvæ vero ad podagram inclinant, cælibes, plethoricæ, hæmorrhoidariæ ſunt, ubi ab jschiade plerumqve incipiunt.

Inter cauſas reliqvas accenſenda eſt rheumatica diſpoſitio ex apoſtaſi febrili, niſi longo alexiph. temperant. diuret. uſu discutiatur. Tranſpiratio ſuppresſa, pedum ſudor emanens, aer pluvioſus, frigidus, cibi indurati, ſalſi, vina auſtera, acida, nimia deſidia, animi pathemata graviora &c.

Præludit præcipue apud amplioribus vaſis inſtructos cum vaſorum per tibiam conſpicua inflatione, cui jungitur gravatio totius corporis & tenſio per ipſum femur deorſum, cum aspectu pallido partium musculoſarum.

Senſus doloris eſt apud alios tractorius, vellicatorius, vibratilis, acutisſimus, interlancinans, cum jnqvietudine, & ſæpius clamore ægrotantium, horripilatione æſtu volatico.

Apud alios, præprimis phlegmaticæ magis conſtitutionis, eſt prorſus obtuſus non dolorificus, niſi qvod ſtuporem, gravitatem, & impotentiam, aut ſi hoc fiat, ſubtilem acutum ſenſum tanquam aciculæ inferat.

Orditur aliis â ſuperioribus deorſum, a coxa &c.

etc. aliis ab infimo pede ab ipſo pollice majore, vel dem Ballen pedis.

Qvanto acrior autem eſt ſenſus, magisqve dolorificus, eo minor comparet communiter alteratio externa ſive coloris, s. magnitudinis. ſ. ſenſibilis caloris.

Subſiſtit per plures dies temporaria tantum remisſione, permanente ſemper rigore, tenſione, qvæ leni corporis motu denuo ferocit.

Somnus ſub remisſione parvus eſt cum freqventibus pavoribus, ubi alliſione pedis ſemper dolorem revocant; remittentes pavores indicant & paroxysmum remiſſurum eſſe.

Poſt. 2. 3. 4. ſeptimanas deſinit dolor in rigorem, ſtuporem.

Qvibusdam ſtatim circa principium, aliis circa finem evenit tumor, qvo facto facilius refocillantur, & diutius peſiſtunt immunes.

Ubi qvidem tumor tempeſtivus parum coloratus, cum rigido ſtupore membri ad aliqvot ſeptimanas jugiter contumaci, phlegmatico-ſangvineis, vel phlegmatico-melancholicis eſt.

Sangvineo-cholericis familiarior eſt tumor ſine dolore, vel ſupervenit huic interdum tumor ſubrufus eryſipelaceus.

Muſculi autem manent compresſi, diuqve nec lenisſimam flexuram ſine nova doloris irritatione ferunt.

Et cum ſæviente dolore nullum niſi anxium

um habeant ſudorem, nunc langveſcente impetu lenis prodit mador vel largus ſudor, ex ipſa etiam parte laborante.

Qvibus, ſub ipſo adhuc dolore, corpus ſudat, iis plerumqve pars dolens pertinacisſime ſicca manet.

Appetitus aliis eſt conſtans, aliis omnino jacet; imo abſunt nauſea, vomituritio vomitus.

Concurrit cum his poſterioribus fere ſyndrome pathematum in abdomine, nempe in ſiniſtro hypochondrio colica, alvi ſiccitas; cum prioribus v. magis pasſiones lumbares, renales, nephriticæ, calculoſae.

Redit paroxysmus ſtato tempore, verno imprimis & autumnali: tum ſub inſignibus etiam tempeſtatum mutationibus frigido-humidis; ubi tamen facile & exaſperatur & provocatur ab ira, terrore, venere, baccho, motibus concusſoriis, diæta mala hypochondria turbante.

Hoc tempore invadit ſaepe cum pectoris anguſtia, tusſim mentiente & aſthma humidum, concurrente coryza.

Dictam ſcenam iterato ludit, ut poſt tenſivas gravativas inqvietudines in artubus ſenſim (niſi ab animi pathemate) dolores ſe exerant, qvos comitantur febriles circumſtantiae: vagae ſenſationes volaticae, refrigeſcentiae & incaleſcentiae per habitum corporis, appetitus imminutio, ſomni perturbatio, lan-

U guores

guores tædiosi, siticulositas cum fastidio fere usitatorum potuum, impatientia.

Inter accidentales hujus affectus circumstantias annotantur seqventes & in prognosi notandæ.

Spontaneus paroxysmus invadit ordinarie media nocte; ira vero vel terrore accitus in momento irruit.

Qvælibet una periodus absolvitur pluribus paroxysmis, qvi qvotidie media nocte orti versus meridiem mitescunt.

Periodus per 2. 3. 4. septim. durat; Diutius vero, si sopitione maxime turbetur, irritatione in habitum deducitur.

Qvo magis dolor urget, eo brevius hic durat & alacriorem relinquit ægrotum.

Sudores sub finem paroxysmorum, maxime posteriorum, erumpunt.

Furfuracea squammosa secessio non omnibus, sed magis cholericis obtingit.

Sic & nodi tophacei infreqventes sunt, nisi in statu inueterato, & illis præcipue qvi acres dolores persentiscunt: neqve raro enascuntur post externa coagulantia, refrigerantia, membrorum applicationem ad nisum fortiorem, iram.

Qvo magis vero a paroxysmis remanet insigne vitium s. tumoris s. torporis s. rigoris s. nodosæ duritiei, sive contractæ distorsionis, eo promptior fit recursus, aut ad minimum tanto certior & in universum communiter pertinacior.

Utra-

Utraqve podagra dolens pariter & ſtupens ordinarie fatiſcit in hebetem qvendam atqve torpidum ſenſum, vulgo Einſchlaffen der Glieder, oder als wenn ſie auf Peltze giengen.

Parcisſimi podagrici ſunt, qvi non renum & urinæ calculoſis vitiis & hæmorrhoidibus ſunt obnoxii; imo præludunt nonnunquam pathemata vere nephritica.

Ubi vero nephritica calculoſa ſaburra podagræ complicatur, ibi raro ſimul obſervantur hæmorrhoides.

Urina eſt rubicunda craſſa inſtar cereviſiae; deponit ſedimentum; crudiore adhuc malo, paucisſimum & leve, pallidum, albicans; provectiore v. malo, crasſius, ſubmucidum, magis roſeum, dimittit ad fundum & latera vitri granula ſabuli pellucida, colore carneoli i. e. ſaturato & cum rutilatione inſigni aurantio.

Prognoſis ſpecialior eſt, qvod contracturæ arthritico-podagricae rariores ſint, niſi gravibus animi pathematibus, diaeta intemperantius vinoſa, inconditis artificiis, balneorum alienius medicatorum abuſu inducantur.

Qvo tamen non referre decet familiarem præcipue gracilioribus impotentiam flectendi partem ſub doloribus, & ſub finem eorum tractionem & rigorem.

Juniores podagrici minus diu ſupervivere aut certe ſenium non attingere obſervantur.

Hi tamen ante omnia expoſiti ſunt 1) evi-

dentiori podagræ conſpirationi cum pasſionibus hypochondriacis admodum vehementibus. 2.) faciliori ejus retrocesſioni ab artubus ad interiora. 3.) vel magna vehementia, convulſiva magis quam ſpaſtica circa corpus externum exagitantur.

Regurgitationem vero ad interiora excipiunt inflammationes viſcerum, febres acutæ, obſtipationes viſcerum.

Exitus v. juniorum, qvi hoc malo infeſtantur, fere eſt vel a dictis affectibus, vel a paralyſi partium imo apoplexia: accidentaliter concurſantibus vomitu cruento, colica, ſingultibus, lienteria, fluxu hepatico &c.

Contra, qvi maturis annis tarde podagra tentantur, vitam communiter ad ſeram usqve ſenectutem producunt.

His autem retrograda vel, ad interiora repulſa, appetitus dejectionem cum vomitu vel vacuo vel aſſumptorum, graviora ſplenica mala, febrem lentam & hecticam, viribus inſigniter proſtratis, agrypniam, vomitum cruentum ſæpe infert.

Exit his plerumqve in marasmodem, hydropico-hecticum aut paralytico-apoplecticum ſtatum; in vegetioribus adhuc in febrem acutam.

Podagra inveterara ſubinde ſaltem mitigari, rarisſime funditus eradicari poteſt.

Cholerico-ſanguinei fere â tumoribus immunes ſunt, potius ſtrictura qvædam partium & inde timenda aridura ſuperuenit.

San-

Sanguinei habent tumores duros, rubicundos; phlegmatici vero molles, œdematoſos utrinqve cum doloris ſenſu.

Hæmorrhoides legitime & ſufficienter fluentes, non iſchiadicas pasſiones ſolum, ſed veram podagram, ſolide auferre posſunt.

Therapia: Hic magis exulare debent vomitoria, poſitiva purgantia, indiſcretus venæſectionis uſus, vigente præcipue paroxysmo, valde commoventia, acria nervina calida, volatilia oleoſa, narcotica, lignoſa calida, mercurialia; Externe adſtringentia, bolaria, refrigerantia, ſulphurea, emollientia, topica, unguinoſa, obviscantia, acria ſpirituoſa.

Magisproſunt interne contemperantia nitroſoabſorbentia, in ſpongioſis acida, Decoct: citrat: acidulata pro potu; matutinis horis lenia diapnoica, decocta reſolventia; Alvus ſemper ſit libera per lenientia. Externe discutientia, ſacculi nervini, ſpirituvini camph. irrorati &c.

Prophylaxin explet depletio ſanguinis, motus corporis conſumptorius, hirudinum applicatio in hæmorhoidariis, pulv. temperans, externe camph.

Godofredus Kirch ſcarificationem pedis & emisſionem ſanguinis, qvantum in aqva calida ſine cucurbitularum ſuctione, ſola lignei qvaſi cultelli presſionem obſeqvitur, in in ipſa hora novilunii, commendat.

In ſpecie Malum ischiadicum.

Subjecta habet cum podagra communia, ſc. plethorica, ſanguineo-cholerica, qvæ in juventute narium hæmorrhagiis obnoxia fuerunt.

Oritur ex dispoſitione hæreditaria, hæmorrhoidum præc. externarum moliminibus, aut internarum fluentium ſuppresſionibus, evacuationum ſanguinis aſſuetarum neglectu, vinorum calidorum, auſterorum, hungaricorum, veneris &c. abuſu.

Conſpirat inde maxime cum podagra, arthritide, nephritide ſimplici & calculoſa.

Obſidet coxendices: doloribus & vehementia & pertinacia ſingulari ſævientibus.

Dolor eſt magis fixus & ſpasmodico-ſtrictorius, rigidus, qvi dolor qvandoqve & lumbos & femora afficit; adſunt torpor, laſſitudo totius, horripilatio, maxime per dorſum, volaticus æſtus alternans, alvi turbæ &c.

Prognoſis: malum iſchiadicum, qvoniam loco excretionis ſanguineæ propius eſt, longe promptius mitigatur, qvam podagra & gonagra.

In therapia, omnia ea nocent, qvæ in ſpasmodicis aliis affectibus nocere indicata ſunt.

Exempla curatorum per hæmorrhoidum tempeſtivum reditum, hirudinum applicationem

nem, V. S. multi autores comprobant. Præterea ea profunt, qvæ in aliis spasmodicis affectibus laudantur.

Externe speciatim Emplastr. saponat: Barb: camph. non diu nimis parti dolenti impositum, sed aliqvoties remotum commendatur.

Notandum qvoad Varices in specie, qvod

Subjecta maxime sint plethorica, in juventute narium hæmorrhagiis, aut aliis evacuationibus sanguinis s. spontaneis s. artificialibus adsueta.

Hominibus 49. & ultra annorum præcipue hæmorrhoidariis eveniunt, raro infra, nisi hæreditaria dispositio adsit.

Oriuntur a vehementi onerum in altum sublatione cum magno nisu; exposcunt maturam per emplastra discussionem. In gravidis, sæpius in futura graviditate recurrentes, in vehementi partus labore, ab internæ materiæ evacuandæ intentione spontanea, oriuntur.

Circa venarum valvulas contingere videntur.

Existit primo dolor tensivus ardens in femore cum rubore, venarum inflatione, cum parvis hinc inde nigris venis.

Rarius in brachiis observantur.

Tandem hinc inde fiunt noduli molles, initio parvi oblongi sine dolore, nisi mutata

aeris temperie, vel assumptis cibis calidis, ubi valde dolent, sed sine inflammatione.

Nonnunqvam qvadantenus abeunt; qvod si fiat, lente ut non omnino delitescant, ægrum non alterat; si vero simul & semel, gravia suscitat symptomata.

Varices nonnunqvam sub vehementi retentione respirationis rumpuntur.

Therapia, in gravidis & qvidem præservatoria V. S. hohes sitzen vor das niedrige, motum lenem, frictiones cum excutia deposcit.

Aliâs etiam V. S. temperantia nitrosa emulsiva paregorica, hæmorrhoidum promotio, motus corporis laudantur.

Cap. IX.

Historia 3. Convulsionis.

Subjectis familiarior plethoricis, iracundis, succulentis, fæminis præ viris, infantibus.

Distinguitur in idiopathicam (sincerius epilepticam) & symptomaticam, cum aliis affectibus conjunctam.

Causæ antecedentes plerumqve sunt sanguinis spissitudo, plenitudo, mensium & hæmorrhoidum perturbationes, alvi obstructio, retenta flatulentia nimia ventriculi oppletio, arthritis, podagra &c. retropulsa, hystericum malum vehementius, ventriculi & intesti-

teſtinorum inflammatio, venena & vomitoria incaute adſumpta, morſus canis rabidi & venenatorum animalium, morbi acuti, variolæ amor, taciturna animi pathemata graviora, ſcabies retropulſa, lues venerea, ſecundinarum retentio, lochiorum ſuppresſio Hæreditaria diſpoſitio. &c.

In Pueris ulceroſorum ſeroſo - lymphalium humorum circa caput præsentia, mucus pectoris tenax, fæces retentæ, lumbrici, dentium eruptio difficilis, tormina ex lacte acido, meconium haud expurgatum &c.

Partes musculoſæ præcipue velluntur atqve raptim trahuntur reciproce, per breviora temporis intervalla tam remittendo, qvam revertendo.

Invalescentes vero, non ſolum motu ſed etiam ſitu, hartes ipſas trahunt.

Accedunt alienatio cogitationis, ſ. ſenſuum internorum obnubilatio, ut neqve qvid fiat, neqve qvid factum ſit, deſinente impetu, meminerint.

Pollicis in pugnam compresſio ſub initium paroxysmi & ſpumæ aut certo muci ſalivalis ex ore effluxus magis ſub finem ejus nonniſi gravioribus convulſionibus junguntur.

Periodus idiopathicæ ſ. chronicæ, lunæ phaſibus reſpondens, non rara eſt, ſed explicatu difficillima.

Prognoſis: In chronicis ſane nil æqve periculi poſt ſe trahit, niſi impetu excedat. Interim ſemper formidanda eſt prompta

harum affuetudo, qvamvis materia & caufa occafionali fublata.

In acutis, ut variolis, morbillis &c. per ipfa initia invadentes, minoris periculi funt, longe majoris vero, fi in ipfo morbi ftatu: infuperabiles & funefti exitus, qvæ in declinatione accidunt.

Pueri facile incidunt in convulfiones epilepticas, fi matres funt hyftericæ, vel gravidæ ira excandescunt: item Si nutrices ira vel terrore commotæ, ftatim infantes mammis admovent.

In genere deteriores funt, qvæ adolescenti & adultæ ætati eveniunt fortiores tam extra acutos morbos, qvam in talibus; non item, fi tenerrimæ adhuc ætati eveniant.

Minoris etiam funt periculi, qvæ ad epilepticas convulfiones extra acutos proclivibus obveniunt etiam talibus, qvam qvæ aliâs ignotæ erumpunt.

Illud item certisfimum, qvod convulfiones fymptomaticæ minime certius & promptius percurentur, qvam adfectu ipfo tam in genere qvam in fpecie fecundum illam circumftantiam, qvæ convulfionibus anfam præbuit, in meliorem ftatum traducto.

An autem idiopathica, vel fymptomatica fit? cognofcitur, qvia in illa continua capitis & fenfuum hebetudo præcedit; hic autem ventriculi, uteri &c. male conftituti figna occurrunt, & ægri auram qvafi ab illis partibus furfu m perfentifcunt.

Chro-

Chronica habitualis plerumqve incipit in abdomine & partibus extremis.

Cap. X.

Historia 4. Epilepsiæ in specie.

Subjecta & causæ in præcedente cap. de convulsionibus in genere recensita sunt.

Pueris interim & adolescentibus est freqventior.

Distinguitur in epilepsiam internam & externam: prior adhuc in intestinis latet, hinc: Die Darm-Sucht, das innerliche böse Wesen.

Dijudicatur ex oculorum austeritate, varia oris retractione, morosiori conspectu, insolito ejulatu, commotione qvadam in abdomine atqve pedum calcitrationibus.

In externa antecedunt in aliqvibus oculorum obscuratio caduca, perturbatio vertiginosa, scintillulæ splendidæ: in aliis extremitatum frigus & tensio, sicuti de epilepsia e pedibus ascendente historiæ produnt.

Corripitur tandem ægrotus repentinis motibus convulsivis vehementibus.

Contentio est contumacissima corpus rigidum servans motu omnino forti, neqvaquam autem qviete ulla flaccida.

Dum

Dum in terram cadunt, ſtatim ſub initio manibus in pugnam collectis, pollices in hanc fortiter imprimunt, neqve fere eripi illinc eosdem ſinunt.

Afficit præcipue artus convulſivus motus & pectus, hinc fit reſpiratio ſonora.

In junioribus admodum caput ſæpius vehementer exagitatur, oculi diſtorqventur, maxillæ ad ſtridorem dentium corripiuntur; in qvibusdam adſunt clamores.

Lingvæ extensio antrorſum, indecens & juniori & adultæ ætati evenit, hinc lingua a dentibus graviter læditur.

Violentæ artuum & corporis jactationes & concusſiones ſimul adſunt.

Spuma, ad minimum mucus ſalivalis, ultimus paroxysmi eſt effectus, & ex ore effluxus qvandoqve largior exiſtit. Oculi ſunt aperti torvi, qvanquam ſenſus ſint impotentes: nullius rei finito paroxysmo recordantur.

In nonnullis paroxysmus in ſpermatis ejaculationem, vomitum, diarrhæam, hæmorrhagiam narium deſinit.

Ordinarie lasſitudinis ſenſus remanet, non ſecus ac ab alio laborioſo motuum genere, cum capitis vertiginoſa perturbatione.

Alii paroxysmum præſentiunt, alios inopinato ſimul & ſemel ita corripit, ut nonniſi ad ſe reverſi factum eſſe recordentur.

Alios vehementibus, alios ſegnioribus contentionibus exercet, & hos magis in rectum ter-

tendentibus, daß sie wie ein stük Holtz erstarren.

Prognosis: Infreqventia & in hoc malo observatur, nisi qvod familiarius in ætate infantili occurrat.

Pollices si magna vi adhibita extendantur, universus fere paroxysmus etiam distrahitur: qvamvis, si per ipsa initia hoc fiat, hic effectus non æque subseqvatur.

Vehementior oculorum distorsio non adeo infreqventer durabilem strabismum post se relinqvit.

Sic epilepsia caput gravissime affligens sæpiusqve invadens inauspicato stupefacit passim sensuum energiam & ipsius rationis promptitudinem.

Peculiare est, qvod invasio hujus morbi habitualis insigniores lunæ mutationes imprimis novi- & plenilunia, tum qvadras ejus & qvidem sæpe secundum diei horas excipiat.

Vis adsvetudinis hic maxime valet, unde & inexpugnabilis fere contumacia pullulat, ut, qvos adultos corripuit, illos vix amplius deserere pro certo habeatur.

Contra qvibus junioribus ab infantia aut pueritia obtigit, circa pubertatis tempus, facilius iterum desuescit. Hippocr. sect. 3. aph. 28.

Chronicæ epilepsiæ adsveti, qvanquam aliis morbis simul laborent, haud adeo periculosum.

Epi-

Epilepticæ convulſiones ſemper contumacioris ſunt indolis, qvæ ab animi pathematibus, hæreditate, veneficiis & philtris oriuntur.

Epilepſia nocturna propter remediorum difficiliorem applicationem, majoris eſt difficultatis, quam diurna.

Mutationes, maxime ætatis, regionum & vitæ ad mutationem ſpontaneam Epilepſiæ conferunt Hippocr. ſect. 2. aph. 45.

Epilepſia circa menſium eruptionem in puellis eveniens, in fœminis tempore geſtationis & præcipue partus recurrit facile.

Therapia minus adprobat V. ſtiones indiſcretas, purgantia acriora præc. in infantibus, adſtringentia, narcotica excitantia impetuoſa per Sal. volat. ſternutatoria, calida acria, impellentia, refrigerantia, nimis nervina, ſangvinem decollati hominis calide potum, confuſum ſpecificorum uſum etc.

Conducunt magis in ſymptomatica ea, quæ illis morbis uti uterinis, acutis, achoribus repreſſis etc. ex qvibus epilepſia orta eſt, qvadrant, ſublata enim cauſa, utplurimum tollitur effectus ſc. Epilepticus motus.

In idiopathica magis uſui ſunt varia & qvidem probata ſelectaque, poſt corporis debitam præparationem, & hæc parce ante paroxyſmum cum qviete & vigiliis, & continuanda aliis diebus, iisdemqve horis.

Cap.

Cap. XI.
Historia defectus motuum in genere.

& ſpecie 1.) Virium.
2.) Paralyſeos. 3.) Apoplexiæ.
4.) Syncopes 5.) lethargi..
6.) Deliriorum. 7.) memoriæ læſæ.

Defectus motuum 1.) Virium

Defectus motuum ſub illis ætatis annis familiarior, qvibus ob nactum ſenium vel prægreſſas multas animi & corporis defatigationes facile contingit.

Hinc virium proſtratio in variis occaſionibus tam extra ſtatum morboſum, qvam in eodem ſeſe manifeſtat.

Oritur vel ex repentinis terroribus, trepida æſtimatione in rebus qvæ videntur ambigui eventus & periculi pleni, cujus exemplum ſuggerunt hæmophobi, qvorum alii, & prolixiore graviorum vulnerationum mentione ſtatim in largas ſangvinis effuſiones incidunt, plurimi in V. S. inſtruendae apparatu virium motuumqve omnium defectum patiuntur ac lipothymiam etc.

Vel a conſumptione fatigatoria poſt labores, dolorum vehementiam, inqvietudines, agrypniam, nutritionis debitae energiam perverſam etc.

Fra-

Præcipuum v. criterium virium vere fatiſcentium exhibet pulſus parvus ac debilis, concurrente inqvieta anxietate & deſperatione de exitu ſalutari cum vero pervigilio, ſine ulla manifeſta cauſa.

Ubi conſideratione digna eſt diſtinctio inter vires amisſas & omisſas.

Namqve ut illæ non adeo pejoris ſunt ominis & facilius reparantur; ita hæ nonniſi admodum periculoſam corporis conſtitutionem ſeqvuntur,

Videmus hoc in acutis, contagioſis, peſte, variolis, morbillis &c. ubi ille defectus non toti ſpeciei propius qvaſi eſt & eſſentialis, ſed tantum accidentalis per individua.

Imo non raro per malam tractationem, vel etiam gravia animi pathematum accidentia inducitur.

II. Paralyſis.

Subjecta & qvidem idiopathicæ, ſunt ſanguinea, ſanguineo-phlegmatica, ſeniora.

Cauſæ ſunt, in magis idiopathica, neglectus evacuationum ſanguinearum ſalutarium & arteficialium, plethora, ebrioſitas, animi pathemata graviora, ira, terror, mæror, excernendorum ſuppresſio.

In ſymptomatica ſunt epileptici motus diuturni, ſcabiei, ulcerum, variolarum, malus ſuccesſus, ſpaſticæ dolorificæ exagitationes, unde dicitur: der groſſe Schmertz ha-

habe das Gliedt gantz zuschanden gerissen; rheumatici dolores, colica, arthritis, podagra imprudenter repulsa, ulcerosa exanthemata, scorbutica temere cohibita, valida & acria purgantia, vulnera, percussiones, frigus, dislocatio, distorsio in infantibus, das Verbrechen: luxationes, contusiones, fumus mercurialis arsenicalis, venus nimia &c.

Signa diagnostica sunt extraordinariæ angustiæ, insolitus virium languor, somni & appetitus perturbatio, mox stupor, torpor in parte, insolitum frigus, impotentia movendi.

Aboletur plerumqve & sensus & motus seu in parte exigua, ut in sphinctere ani, vesicæ, musculo linguæ, laryngis is palpebrarum &c. seu diffusiori, pede, brachio, toto latere &c.

Habet tamen gradus suos, ut plenaria omnem simul tonum auferat, adeoqve pars correpta insigniter infletur, ac flaccescat; dicitur paraplexia.

Hanc ordinarie fere repentinus excipit sphacelus.

Prognosis: Si huic congestionis actui potenter occurratur, succedunt pedetentim aridurae in moderatiore; nempe paralysi.

Stahlius observavit, omnes, qvotqvot linguæ paralysi correptos ipsi videre contigit, successivam memoriæ debilitationem & puerilem quasi insipientiam incurrisse: juniores tales diu superstites, annosiores vero

recrudescente sorte paralysi aut paraplexia potius fato suo defunctos fuisse; qvoniam conjuncta est cum insigni aliqva cerebri vel cerebelli labefactatione.

Paralyseos veræ mira infreqventia annotatur.

Intractabilis curatu est, maxime inveterato malo, & in annosis; neqve sponte unqvam solvitur.

Qvi ex paralysi in apoplexiam incidunt, ut plurimum moriuntur.

Cura difficilior in senibus & tempore hyberno: facilior in æstate & florida ætate.

Nisi qvod exqvisitos activæ intentionis motus in ira & in summis periculis incendi &c. hic saluti fuisse, qvamvis rarissima exempla doceant.

Qvanqvam & curetur paralysis, certius tamen recidiva, eaqve gravior, timenda est: ita, ut raro tertius recursus observetur.

Ebriosi in paralysin prolabentes omnem simul memoriam & ingenium perdunt.

Paresis ex colica, narcoticis vel regimine sudorifero præcipue tractata, rarior qvidem est, eandem tamen in cura difficultatem præcipue in annosis, involvit.

Spuria paralysis s. scorbutica dicitur, si alterutrum tantum vel sensum vel motum violet, altero superstite, qvin sensu exacerbato.

Hemiplexiam facile incurrunt apoplectici motus

motus ac dispositiones, vel cum arthriticis doloribus diu colluctati.

Alterum totum latus dimidium corporis ejusmodi infausta motus & sensus cohibitio occupat, cum visceribus internis.

Latus, abolito tono, videur livore ecchymatico suffundi.

Loqvela vel tota vel solummodo distincta læditur.

Convulsivi motus sani lateris, cynicus spasmus, tortura faciei subinde superveniunt.

Obtingit nonnullis alterius lateris correpti sphacelus, anteqvam moriantur.

Prognosis: Qvo magis omnem motum sustulit, eo breviori tempore funesta est; imprimis ob respirationis gravissimam læsionem, thoracis uno latere immobili reddito, coorientem.

Cessat quandoqve vitæ periculum ad aliqvot menses, imo unum & alterum annum.

Periculosior est sinistri qvam dextri lateris resolutio.

In therapia horum affectuum minus conveniunt, V. S. nes, ubi affectus aliqvandiu duravit, nec vomitoria & purgantia & sudorifera fortiora, præcipue in sanguineis, calefacientia, commoventia nimia, nervina acriora, sulphurea, Sal. volat. nuda, opiata, adstringentia interna, mercurialia interna & externa, unguinosa, pingvedinosa, oleosa acria, refrigerantia, humectantia, exsiccantia, balnea, conferunt &c.

Conveniunt vero V. Stio, si plethora, præsens ætas, & suppressæ hæmorrhagiæ hanc exposcant, larga; Clysteres roborantes carminativi, qvandoqve laxantia, cum roborantibus, infusis nervinis. Nervina pro diversitate temperamentorum, roborantia, frictiones modestæ cum linteis calidis etiam cum spir. Serpilli vel formic: irroratis.

Embrocationes, urticationes, sinapismi, cæsio cum virgis caute adhibendæ, præprimis in calidioribus, ne inflammatio excitetur.

In Paralysi linguæ clysteres stimulantes & præsente plethora V. S. larga in pede, cum internis & externis discutientibus, roborantibus prioribus, prosunt.

Præservatorio scopo conducunt tempestivæ V. S. in adsvetis, revocationes mensium, hæmorrhoidum, serosorum fluxuum.

III. Apoplexia sanguinea & serosa.

Subjacet ætas senilis, raro juvenilis, nisi ex plethora post vini abusum, & immodicam animi indignationem. Sanguineæ viri â 45. ad 50. annos magis qvam ulli juniores; serosæ profectiores, lautæ diætæ dediti &c. vegetiores adhuc & plethorici.

Oritur ex cessatione adsueta spontanearum sanguinis evacuationum, narium hæmorrhagiarum, hæmorrhoidum, mensium, lochiorum item artificialium; uti & fonticulorum, ulcerum

rum manantium, ſudorum pedum ſpontaneorum, coryzæ tusſis humidæ porro ex hæreditaria diſpoſitione, ſanguinis nimia exagitatione, ſubita refrigeratione, tempeſtatum mutatione, (hinc hyems & aqvilonaris tempeſtas multos opprimit) coacervatione capitis congeſtionum catarrhalium ad interiora, vehementibus cerebri concusſionibus, caſu ab alto, ſtrangulatoria jugularium vaſorum cohibitione, immani inebriatione, ira, terrore, exceſſu circa regimen animi & diætam, venere nimia, balneorum & ſternutamentorum abuſu, carbonum maligno fumo.

Certis qvandoqve temporibus grasſatur hic morbus, id qvod haud ſine ratione tempeſtatum mutationibus repentinis attribuitur; hinc certis in locis fere endemius deprehenditur.

Signa præcedentia ſunt vertigo, ſonitus & ſuſurri aurium, torpor & laſſitudo, tremor artuum, oculorum ſplendores tranſitorii, & ſubitæ viſus obfuscationes &c. aſt notat

Præſentem, poſt vertiginem, in momento in terram caſus ſine motu.

Cum diverſo vero gradu invadit apoplexia, dum alia præcipiti omnium motuum vitalium ſenſuumqve amisſionem adeoqve mortem infert: alia

Lenior ſenſum & motum qvidem, præcipue hunc, tollit, relicto tamen pulſu cordis & arteriarum.

Interdum etiam mediocris movendi potentia remanet, qvæ tamen ipſa mox evaneſcit.

Adſunt ubiqve ſtertor ſ. ſibilus e pectore, tanqvam ab infarctu liberæ reſpirationi reſiſtente.

In Sanguineis inflatio vaſorum circa tempora & rubor aliqvis genarum; in phlegmaticis vero aſpectus magis pallidus, totiusqve corporis tepor, non frigus.

Oculorum communiter adeſt apertura & claritas, cum hac amen differentia in leviore malo. 1.) ſehen ſie gantz gläſſern, 2.) pupilla magis eſt dilatata. 3.] der wider Schein vom Licht und Fenſter iſt gantz alterirt, es iſt keine rechte Spiegelung mehr objectorum verſus oculum.

Prognoſis ex ſymptomatum gravitate, ut & reſpirationis vel majori vel minori difficultate ſumitur.

Nebula infecti oculi pesſimum ſignum & lethale exhibent.

Pejor eſt ſanguinea qvam ſeroſa Apoplexia.

Rarus eſt hic affectus, paralyſi tamen freqventior.

Si levior ſit & vel in paralyſin deſinat, vel remittere appareat, ſerius ocyus majori energia reverti ſolet, ſemperqve in animo vel corpore ſingulares qvasdam infirmitates relinqvit.

Qvi ſemel ita tacti ſunt, rarisſime alio morbo intereunt, qvam hujus repetito vehementiore inſultu, & inter 3. annos ſubinde recurrens tandem jugulat.

Multi pro apoplecticis efferuntur, qvi thoracis

racis potius spasmo interiere; ubi qvidem rubor genarum, apoplecticis senioribus cum phthisicis pessime habentibus communis, considerationem meretur.

Serosa desinit in senibus pituitosis, langvidis, morientibus, in excretionem spumæ ante os.

Desinit communiter cum motibus convulsivis, imprimis circa caput.

Sangvineorum appolecticorum mortem certius inseqvitur eruptio copiosi sangvinis e naribus, & infundibulo: item protuberantia oculorum, inflatio faciei, & maxime vasorum jugularium; accedunt item

Post mortem, cranio aperto, in ventriculis cerebri aliqvot cochlearia extravasati sangvinis reperiuntur.

In phlegmaticis vero loco sangvinis, totidem seri mucosi invenitur.

Therapia, minus approbat in sangvinea, v. s. parcam præcipue in capite, antequam universalis sangvinis subtractio largior præcesserit. Vomitoria remedia calida, aqvas spirituosas vitæ, potius hic mortis, olea cephal. Balsam. apoplect. vulgaria, Narcotica, sternutamenta, salium volat. abusum, incrassantia, nimis acida, oleosa acria externa, svaveolentia, adstringentia, regimen æstuosum, anxium haud conferunt.

In Serosa V. S, ubi nulla præsto plethora, inspissantia, salia volat. nuda, sternutatoria

excesſiva, ſvaveolentia, balſama apopletica opiata refrigerantia, emplaſtica ungvinoſa, urticationes, rubefacientia immoderata etc. nocent.

Curativa vero expoſcit in ſangvinea V. S. largam in brachio, & ſi ſpes adhuc adſit, ſectionem raninarum aut in fronte, vel naribus more Ægyptiorum: item congeſtionum diſcusſionem per nervina blanda, diſcutientia, roborantia: in ſtatu magis ſangvineo orgaſtico temperantia nitroſa, cinnabarina, frictiones partium inferiorum.

In magis phlegmatica qvandoqve vomitorium locum habet, ex ſale vitrioli, ſec. Langium, cum vehiculo largiore. Ubi tamen ſemper magis cardialgico-ſuffocativum, qvam ſimpliciter apoplecticum ſtatum fuiſſe ſuſpicio eſt: frictiones partium inferiorum, ſc in plantis pedum, complanatio cum ferro lotricum calefacto. [illegible] Biegel Eiſen. clyſteres ſtimulantes acres locum habent etc.

Præſervatoria reqvirit in pede largiores V. S. circa æqvinoctia, aut hirudinum applicationem, congrua laxantia fere ſingulis menſibus. Tonico-nervina interpoſitis temperantibus, antiſpasmodica, diætam frugalem. etc.

IV. Syncope & Lipothymia.

Gradu diſtingvuntur, & varia, apud diverſos, acceptione: magis vero recepta, hac leniorem ſed freqventiorem, illa fortiorem

tiorem ſed periculoſiorem attamen infreqventiorem gradum denotat.

Subjectis facilius accidunt admodum teneris, ſenſibilibus, melancholicis, phlegmatico melancholicis, & a qvacunqve cauſa lipothymiæ adſvefactis.

Cauſæ ſunt morbi chronici · acuti, miasmata maligniora epidemica, polypus cordis, ſangvinis ſeminis aliorumqve humorum repentinæ & largiores profuſiones, dolores, ira, terror, metus a ſangvinis misſione, ſubita caloris cum frigore mutatio, nimia ciborum oppletio, copioſa flatuum retentio, ſenſibilitas gravidarum · ſpeculationes profundæ, hyperemeſis, inſoliti labores, inedia, partus laborioſus, venena, incendium, fama mortis perſonæ dilectæ, vitæ periculum. etc.

Aliâs & inprimus in viribus ab aliqua hæmorrhagia nimis profuſis, ſolenne eſt per ſomnum lipothymias, ſyncopen, imo mortem obrepere. Qvo reſpectu etiam fœminis freqventior & puerperis magis exhauſtis non facile, ſine ſollicita obſervatione illarum ſub ſomno, hic libere & largiter concedi ſolet.

In hiſce affectibus præcurrit communiter inſolita animi mollities · præcordiorum anguſtia, frigidi ſudoris eruptio, virium languor, membrorum tremor, oculorum obſcuratio, faciei pallor. Es wird ihnen grün und gelb vor den Augen.

Succedit in utraqve repentina virium, non animalium ſolum, ſed & vitalium diſparitio, ut ſenſus & motus imo pulſus officium ſuum amiſiſſe videantur.

In priore cum plenaria ἀσφυξία ſ. pulſus ceſſatione, & reſpirationis omisſione;

In poſteriore v. cum debilisſima pulſatione, imo tremore ſolum cordis cum reſpiratione vix ſenſibili.

Communisſime affiсti pallent, & frigent ad minimum in extremitatibus: oculos habent clauſos vel torpidos ſaltem, totum corpus minime riget, ſed torpeſcit, flacceſcit.

Os clauſum non ſtrictum eſt, vix unquam niſi in adſvetis indecore hiat.

Ad ſe redeuntes ægroti, profunda ſuſpiria & reſpiria habent.

Lipothymia a Syncope differt, qvod hæc ſi ad mortem vergat, hominem ſub paroxysmo flaccidum reddat; poſt mortem vero rigidum.

Sic Lipothymiæ a convulſionibus differunt ex flacciditate corporis, in lipothymiis præſente.

Ab apoplexia autem, qvod in lipothymia 1.) oculi non ſunt aperti. 2. facies aut gena non rubent. 3. pulſus non omnino ceſſat. Qvorum omnium contrarium fit in Apoplexia.

A Pasſione hyſterica, qvia hic aufertur reſpiratio, non pulſus.

Pro-

Prognosis: Lipothymia idiopathica in sanis sensibilioribus ex terrore & aliis animi pathematibus exoriens in præsens raro sonica est:

Lipolhymia symptomatica vero majoris est considerationis non tam in chronicis qvam acutis malignis morbis.

Qvæ excretionum turbis in qvibusdam morbis supervenit haud tanti momenti, qvam qvæ sine evidente causa morbis accedit.

Syncope diuturna sapius febres post se relinquit.

Therapia provida excludit purgantia fortiora, spirituosa fortiora valde commoventia, narcotica, adstringentia, valde incrassantia, oleosa concentrata, volatilia sternutatoria, suffumigia expansiva in plethoricis, medicamentorum ingestionem, dum lipothymia præsto est.

In Lipothymia idiopathica magis conveniunt clysteres stimulantes, frictiones, relaxatio vestium, odorifera penetrantiora, aqvæ spirituosæ lil. convall. Hungar. &c. analeptica, alexipharmaca, vinum.

In symptomatica ex prægravatione ventriculi conducunt digestiva, laxantia, & si nihil contra indicet, emetica.

Ex mensium turbis, pilulæ balsam. cum humectantibus & motu corporis.

Ex hyperemesi, vinum calidum aromatisatum, aliaqve roborantia.

In

In febribus intermittentibus, digeſtiva, laxantia, ſubjunctis alexipharmacis.

In acutis malignis, nitroſa, abſorbentia, alexipharmaca, cum continentia tranqvilla, analeptica.

Ex nimiis hæmorrhagiis, ſudoribus, diarrhæis, laboribus, analeptica diætetica reſtaurantia, tonica.

Ex V. Stione, decubitus horizontalis, asperſio aqvæ frigidæ, ſal. vol. naribus admotum, uti & acetum deſtill.

Ex ira qvandoqve emetica ſtatim in principio, nitroſo-abſorb. &c.

V. Lethargus,

Subjecta huic obnoxia ſunt magis phlegmatica, crasſa, ſeniora, otioſa, lautæ & humidæ diætæ addicta.

Oritur facile ex congeſtione hæmorrhagica interna conſueta & intercepta, eryſipelate & catarrhis capitis & pectoris in ſenibus ſubinde reverſis nunc, retrocesſis, V. ſtione, ſcarificatione conſueta intermisſa, fonticulorum ob ætatem negligentia, diuturnis vigiliis, curis, narcoticorum uſu, ebrietate, ſonticis capitis læſionibus, vaporibus adverſis narcoticis, incongruis vomitoriis, uſu tabaci vel fumi vel pulveris forma adhibito, intermisſo; In infantibus obeſis, ex achoribus retropulſis &c.

Signa

Signa imminentis ſunt pigritia, lasſitudo, vertigo, tremor capitis, perpetua ad ſomnum inclinatio, ſuſurrus aurium &c.

Præſentis autem, præceps lapſus in profundum ſomnum, vel ſoporem, fere inexpugnabilis dormiendi necesſitas, cum pulſu, calore, reſpiratione non multum a ſtatu ſecundum naturam diverſis:

Nem cum ſo mni tanto ſemſi incremento, ut non ſolum ægrius excitari posſit æger, ſed etiam, licet excitetur, ſui & qvarumcunqve rerum immemor ſit, & ita ſemper magis in ſoporem recidat.

Motus febrilis ſed levis qvandoqve, non exqviſitas, concurrit.

Differt a comatibus, qvod 1.) hæc præcipue febrem comitentur. 2. non conjuncta his oblivio, ſed levius delirium.

Prognoſis: ubi prorſus excitari non posſunt ægroti qvarto vel ſave diffi culter tra ſeptimum diem mors ſeqvitur; niſi inſperata aliqva eruptio purulenta ex infundibulo, naribus vel auribus ſuccedat, & ætas adhuc vegetior ſit.

Satius eſt ut lethargo ſuperveniat phrenitis; qvam phrenitis lethargo.

In Therapia nocent ſæpius euacuantia fortiora, ſal. volat. oleoſ. in & externe, commoventia, narcotica, incrasſantia ſternutatoria, balnea vaporoſa fragrantia, perverſa & immoderata regimina.

Eo

Eo magis profunt evellentia, clyfteres acres, fuppofitoria, frictiones, veficatoria, rubefacientia ad plantas pedum; dein difcutientia interna, antifpasmodica, nitrofo-abforbentia, lenia alexipharmaca.

Præfervative correctiones plegmatici temperamenti per amara, refolventia, evacuantia phlegmagoga, fonticulos.

VI. Deliria & Mania.

Deliriorum duo genera funt:

I.) Pathetica, qvæ directe magis & fimpliciter mentem afficiunt. Qvæ

Oriuntur ex hæreditaria difpofitione, nimia memoriæ concitatione, exagitatione, fub fomni necesfarii neglectu;

Hinc multa deliria ab interna difcendi, fpeculandi, imo effingendi asfiduitate fubfeqvuntur e. g.

Ex animi pathematibus cum phantafiæ fortibus impresfionibus.

Unde alibi anxius terror ab impresfione fpectri, alibi perfonalis erotomania, cum perpetuis memoriæ præfigurationibus; alibi ambitiofa fuperbia mentem turbant: item.

Ex iracunda difpofitione, qvæ, undecunqve orta fit, furiofa demum, temeraria, violenta fit.

II. Sympathetica tres clasfes habet, qvarum

a)

α) Libidinosa, generaliore sensu (non æque personalis erotomania) in fæminis furoris uterini nomine notari solet.

Et oritur â spermatis commotione sine exitu sub libidinosis speculationibus & desideriis.

Obvia sunt hujus specimina non rara in Monachorum & monialium claustris.

Philtra qvoqve ad hæc deliria contribuere valent.

β.) Melancholica.

His subjecta sunt Melancholici, Sangvineo-melancholici.

Et specialissime se sistunt in melancholia hypochondriaca.

Hujus causæ sunt ingens spissitudo sangvinis ad actualem obstipationem præcipue circa V. Portæ prona; mensium & hæmorrhoiduin imo fluoris albi etc. suppressio, constitutio interna scirrhosa, ulcerosa.

Morales: Abusus speculationum, cogitatio de peccatis, de futuræ vitæ sustentatione, de multis calamitatibus, terrores, timores etc.

Signa diagnostica sunt, in leviori malo anxietas, tædium, lacrymarum freqvens effusio, taciturnitas, suspiria profunda cum angustiis præcordiorum, tristitia, solitudinis amor, somni absentia.

Conqveruntur subinde de sinistri hypo-

con-

condrii incommodis, cordis palpitatione, vertigine, capitis dolore, alvo ficciore.

In majori malo & incremento tandem hominum commercia extreme fugiunt, insomnia terrifica habent, de incarcerationibus, suppliciis, morte cruenta timent, deliria agunt, de providentia divina desperant, clam sibi & aliis manus violentas immittunt.

Prognosis: melancholia a causis patheticis longe pertinacior, qvam qvæ a causis materialibus orta est.

Hæmorrhoides vel menses mature supervenientes solvunt melancholiam.

In habitum deductæ speculationes, difficillimæ sunt tractationis.

Therapia fere excludit V. S. in superioribus, vomitoria, purgantia fortiora, remedia acria, concentrata, nimis commoventia, acida & incrassantia, adstringentia, abusum martialium, narcotica, copiosum usum Tinct. Antinonial. qvæ diuresin nimis concitant, verbera, vincula etc.

Potius conducunt. & qvidem ex immaterialibus causis, placida & amica conversatio etc.

In hypochondriaca stricte ita dicta laxantia repeita, V. Stiones in pede, temperantia nitrosa, tonica nervina, sufficiens motus & potus optima hypochondriacorum medicina.

In viris hæmorrhoidum, in fæminis mensium negotium semper respiciatur.

γ)

γ.) Febrilia.

Hæc ſemper febribus ſuperveniunt jam vere periculoſis.

Obverſatur hic ſæpe animo depulſio moleſtorum, ſc. hoſtium, ſpectrorum: imo actualis evaſio e ſummo æſtu, anguſtiis, injuſtis detentionibus.

Qvemadmodum etiam mortipropinqvi domum mutare & ex hac aliena, uti putant, ad ſuam hinc abire ſolenniter contendunt.

VII. Chronica Deliria.

Exacerbantur & cito fiunt a ſanguinis expanſione poſt ingurgitationem ſpirituoſorum potuum, ſolis æſtu in diebus canicularibus, unde: die ſchweren Monathe welche dergleichen zufälle dergeſtalt rege zu machen pflegen.

Sæpius etiam exoriuntur ex hæmorrhoidibus, menſibus, lochiis, hæmorrhagiis narium repente cohibitis, ex repentinis ulcerum & varicum ſuppresſionibus, aut diuturna ſeminis retentione, ex diverſorum venenoſorum in corpus adſumptione.

Specialisſimæ indolis eſt Rabies canina, & qvæ unice huic comes obſervatur, vera hydrophobia.

Hæc nono demum die, poſt morſum, rabiei impetum exhibet, tranqvillo interim qvantumcunqve & vix penſitabundo vel timido animo.

Sicca respuunt, & mordendo avertunt, (sie beissen umb sich) cum febre acuta & siti ineffabili: facillime accedunt convulsiones præsertim ad liqvidas formulas.

Prognosis: ubi hic atrox morbus prævaluit, vix ulla spes evadendi remanet, imprimis in hydrophobia, omnem medicamentorum ingestionem respuente.

Post fata, anatomica sectio inflammationes viscerum præcipue pulmonum, detexit.

Abstrusum sane & admiratu dignum est, qvod præsentissimum remedium sit hepar, cor vel cerebrum, e tali vel simili rabioso cane desumptum.

VIII. Mania.

Subjecta familiariter sunt cholerico-melancholica, iracunda:

Et est species acutissima deliriorum.

Causæ immateriales sunt profundæ excedentes speculationes, incantationes, spectra.

Materiales, mensium & hæmorrhoidum interceptus fluxus, intermissæ asvetæ sanguinis evacuationes, ebriositas, philtra, veneficia, corporis motus vehementior, vigiliæ excedentes, vermes in cerebro. vid. Plater. Pr. med. Tom. 1. p. 103. &c.

Signa sunt, maximus furor, aspectus audax cum facie pallida & oculis minantibus

bus, ſui & aliorum notorum oblivio, cædium & gravisſimorum minæ.

Sibimet ipſis ſæpius manus violentas inferunt, vel ſe ex alto præcipitant maniaci.

Omnes aeris injurias ſpernunt, nudi fere, dilaceratis veſtibus aſperrima hyeme ſine ullo frigoris ſenſu incedunt, & tamen corporis eximium calorem conſervant, & in perpetua actione verſantur.

Aluus inconſtans, appetitus communiter avidus, pulſus eſt fortis impetuoſus.

Aliqvi vero illorum hilares ſunt, cantionibus oblectantur: Reges & Principes ſe eſſe exiſtimant.

Prognoſis: concurrit (ut in omnibus deliriis) pervigilium, ſi vero dormiunt, & evigilantes antiquum obtinent, pertinacius malum inde judicandum.

Narium & ani hæmorrhagia ſufficiens, bonum, Hipp. ſect. VI. aph. 21. ſed convulſiones & febriles inſultus ſupervenientes, malum.

A cauſis immaterialibus ſemper obſtinatioris indolis eſt mania.

In Therapia nihil fere utilitatis adferunt V. S. promiſcuae, præcipue in fronte, vomitoria, purgantia indiſcretim adhibita, valde commoventia, concentrata acria, ſic dicta calida nervina, opiata, poſitiva ſudorifera, camphoræ uſus internus, adſtringentia, nimis refrigerantia.

Majoris ſunt adjumenti in robuſtioribus &, ſicubi vorax & irregularis diæta, vomitoria blanda: uti & laxantia repetita cum ſubjuncta V. S. largiore derivatoria; deinde nitrosa præcipitantia & tandem ſpecifica, vel uti Decoct. anagall. pun. herb. capillar. etc.

IX. Memoriæ deſipientia.

Oritur ſæpius ex improvido narcoticorum uſu, inebriationibus, repentinis terroribus, ſpectris, profundis cogitationibus, ſpeculationibus, fluxus hæmorrhoidalis ſuppresſione, peſte, excesſivis vigiliis, prægresſis variolis, paralyſi lingvæ, veneris abuſu, doloribus, deliriis, apoplexia, externis læſionibus, contuſionibus.

Eſt qvandoqve connata.

Qvandoqve tanta eſt, ut afficti ipſum ſuum nomen obliviſcantur, unde taciturni ſunt & rerum velut omnium incurii, inter ſermones circa ipſos de ipſis inſtitutos nihil horum attendentes.

Invaleſcit eousqve, ut etiam excrementorum ſæpius reddendorum veluti obliti, illa temere dimittant, non ex impotentia retinendi, ſed ex oblivione ſecedendi.

Ubi contra Melancholici timidi, ſuſpicioſi, & qvæ circa ipſos agitentur, curioſe attenti eſſe ſolent: vel uni rei ita cogitatione inhærentes, ut ad loqvendum vel reſpondendum

ſus-

suſcitati, de illa re vel ad minimum de circumſtantiis ad illam rem collineantibus omnis ſit eorum ſermo.

Differt debilitatio memoriæ per abuſum ejus a reliqua obliviofitate aut ſimplici debilitate, qvæ non tam nudum defectum, quam confuſionem memoriæ conſtituit, adeoqve deliriis propior eſt.

Prognoſis: memoriae læſio ex debilitate paralytica capitis & præcipue linguæ, apoplexia, deliriis, læſionibus externis violentioribus, difficilis ſucceſſus & curationis eſt.

Pars II. Specialis.

Motuum Hæmorrhagicorum & Morborum conſeqventium Hiſtoria.

Cap. I.

Hiſtoria Congeſtionum ad caput.

Articulus I. Cephalalgiæ. II. Cephalææ. III. Doloris gravedinoſi. IV. Opthalmiæ. V. Odontalgiæ.

α.) Cephalalgia ſangvinea.

Subjectis familiarior eſt floridis, plethoricis ſanguineo-melancholicis, ſanguineo-phlegmaticis, animo & corpore vigentibus,

bus, fæminis præ viris, pueris â narium hæmorrhagia emanente.

Causæ sunt plethora, evacuationes sangvinis naturalis, hæmoroidum mensium, narium hæmorrhagiæ, artificiales V.S. Scarificationum consuetarum intermissæ, diaphoresis, purgationes consuetæ neglectæ, dispositio hæreditaria, insignia animi pathemata, motus excedens, assumpta spirituosa, inebriativa, tempestas calida, turbida, ventosa, pluvia, versatio sub æstu solis, odor gravis & suaveolens in sensibilioribus, mala regimina, partium inferiorum, præprimis in sensibilioribus, refrigerationes, diætæ vitia, vita lauta, otiosa, tegmina capitis aliàs assueta, neglecta, vigiliæ immoderatæ, alvi obstipatio, ulcerum & fonticulorum manantium occlusio, vaores acres, capitis olim laesio, febres cuæ &c.

Exerit se vel circa totum caput, vel in syncipite, in fronte, per tempora, ad bregmata sursum: familiarissime ad radicem nasi, ut patientes ibidem ardorem & circa os cribrosum eximiæ pressionis sensum accusent.

Simul vero in intimis oculorum bulbis & prementem graviter & compungentem dolorem.

Iungitur ordinarie calor, tactui manifestus circofrontem & tempora, & rubor faciei.

Ubi vero spasticus dolor intercurrit, ibi pallor, & magis distributus rubor.

In spongiosioribus adest faciei turgescentia &

& inflatio, aut certe valorum temporum & jugularium vertiginosa qvandoqve perturbatio.

Subinde dolor odontalgicus reciprocus intercurrit; dolore dentium urgente capitis dolor aliqvomodo cesſat, & vice verſa.

Prognoſis: Facile recrudescit, præſertim ſi alvus obſtructa eſt, &, qvando actualis hæmorrhagia tempeſtive erumpit, mitigatur ſtatim dolor; ſed facile data occaſione levi recrudescit.

Solvitur vero hic dolor 1.) ſucceſſiva remisſione, ſat mature in junioribus, tardius in ſenioribus præcipue fæminis, tardisſime in jam adſuetis.

Vel 2. ſangvinis eruptione ſincera, qua præcipue juniores ſublevantur; dolore ſæpe in momento evaneſcente.

Aliis eruptio gravedinoſa e naribus vel lippitudo ex oculis: in gravisſimis & vere inflammatorii cauſis tandem eruptio puris e naribus vel auribus contingit.

Qvibusdam vero per ejusmodi evacuationes non ſedatur, ſed certum inſolendi & durandi tempus velut periodicum ſervat.

Cephalalgia cum ſopore in ſenibus apoplexiam vel paralyſin, in acutis cum vigiliis periculum delirii prænunciat.

In therapia noxia ſunt purgantia draſtica, vomitoria indiſcreta, poſitiva ſudorifera, ſudationes immodeſtæ, calida neruina, æſtuoſa cephalica, vulgata narcotica, olea

calida ſuccini etc. Martialia, adſtringentia, refrigerantia ; Externe ungventa pinguia more veterum, repellentia, refrigerantia, narcotica.

Proficua ſunt laxantia, clyſteres, contemperantia nitroſo-abſorb: cinnab ; diverſiones, & revocationes hæmorrhagiarum ad propria ſua loca & exitus, Alexiph. ; temperata.

Externe pediluvia potenter revellunt item ſpiritus vini camph. crocat. ung. alabaſtr. etc.

Præſervative valent diæta circa cibum, potum & motum, V. S. in pede largior, laxationes, tum excretiones naturales bene inſtituendæ, conſervandæ.

β.) Cephalæa.

Subjecta hujus potisſimum ſunt Melancholici, ut magis familiaris fæminis rarius viris, niſi a turbis hæmorrhoidum, vel a lue venerea oriatur.

Cauſæ generaliores eædem ſunt ac in Cephalalgia, plethora ſc. & congeſtio ſangvinis.

Specialiores ſunt: conſtitutio ulceroſa vel jam ulcerata, ſcil. ſcabioſæ-impetiginoſæ aut circa parotides ulceroſæ corruptiones, violentæ externæ contuſiones, vulnerationes, ulcerationes male tractatæ, venereæ, ſubcutaneæ aut phorico-leproſa ulcerationes, Scorbutus etc.

Do-

Dolor eſt magis continuus & pertinacior qvam in Cephalalgia, in plenam potius conſvetudinem deductus.

Sumitqve initia a coacervatione ſangvinis, cum vel ſine inflatione & rubore, inſolita:

Cum dolore exqviſito, enormi, tenſivo, pungente, vibrante, contuſorio, qvi a levi motu capitis & corporis evadit pulſatilis, pulſum arteriarum æmulans:

Comitante apud alios ardore inſigni, apud alios vero frigore excellente, & hoc qvidem in ipſo magis vertice per ambitum bregmatum.

Qvæ vero conſtitutio appellatur eryſipelacea, aut ſi rubor deſit, ſi vel maxime frigus abſit, eryſipelas album, die weiſe Roſe, & tantæ qvidem eſt pertinaciæ, ut, niſi illi dexterrime conſulatur, non ſolum diu duret, ſed etiam ne qvidem unqvam plane ceſſet.

Cephalæa adflicti ſunt ſenſibilisſimi, a qvovis clamore, tumultu etc, intolerabiliter læduntur.

Lucem vix perferre poſſunt, hinc loca obſcura amant.

Differt cephalææ dolor a reliqvis, qvod non ſit adeo calidus, ſed magis ſalſo ardore rodens.

Pulſatilis non tam lancinantem, qvam craſſæ & latæ percusſionis gravis ſenſum imprimit, als wen ein Hammer auf den Kopf geſchlagen würde.

Præcipue qvod continuus ſit, nec unqvam vere in ſolidum deſinat, qvod magis nocturno tempore eximie exacerbetur, idqve eo magis, qvo magis corpus incalescit, præcipue in plumaceo lecto, unde: dieße Schmertzen leiden die Federn nicht.

Prognoſis: Cephalæa turbatis & regurgitantibus hæmorrhoidibus in- & externis ſimul cum aliis paſſionibus vel complicatur, vel illis mitescentibus, ſuccedit magisqve invalescit.

Si cauſa ſeroſa ſubſit, & per ſeroſas excretiones exitum per cerebrum facile adipiscatur, prompte repullulat in poſterum.

Calvariæ vero cariei damna ſunt graviſſima, pertinaciſſima.

Cephalæa, eaqve graviſſima, in maxime plethoricis, apoplexiam futuram præſagit.

In therapia vitanda vomitoria, V. S. tempore paroxysmi, narcotica, calida volatilia, refrigerantia, incraſſantia, externe adſtringentia, repellentia, unguinoſa, opiata.

Optimum effectum præſtant, ſi opus ſit, V. S. in pede extra paroxysmum & circa æqvinoctia repetenda, pediluvia, frictiones pedum per pannos asperos, temperantia nitroſa, laxantia, blanda diaphoretica, anticatarrhalia.

Ubi caries cranii præſto, ibi Trepanatio unicum ſolamen judicetur.

Externe prodeſt Spirit. vini camph.

γ.)

γ.) Dolor capitis vehemens vere convulſivo-ſpaſticus. ſ. Hemicrania.

In Subjectis freqventior cholerico-ſanguineis, & fœminis magis qvam viris exiſtit.

Oritur ex hæmorrhoidum & menſium imo hæmorrhagiæ nariumturbis, V. Sonis, ſcarificationis neglectu, vel turbato ordine, vitiis primarum viarum, cephalalgia ſimplici male tractata, medicamentis calidis, narcoticis, nimiis vigiliis, repentina refrigeratione poſt incalescentiam, ira ſuppreſſa, vita ſedentaria lauta, aromatica.

Dolor ſatis inſolens eſt, & interdum obſervat periodicas reverſiones.

Adſunt nauſea, ſæpe conatus vomendi, motio mentis, ſumma inqvietudo, oculi extra orbitam qvaſi expelluntur, imo ſæpe eſt plenaria ἀμαυρωσις a dilatatione pupillarum eminente; hinc: Es reiße ihnen die Augen aus dem Kopf, es reiße ihnen den Kopf gantz zuſchanden dictitant.

Inferiorum eſt conſtrictio, unde alvus adſtricta, & urina tenuis.

Prognoſis: Hic affectus tam juniores qvam adultiores cruciat, ita qvidem, ut in junioribus, activioribus dextrum præcipue latus capitis; in adultioribus, arthriticis, nephriticis, ischiadicis contra ſiniſtrum occupet.

Convulſiones epilepticæ nonnunqvam comitantur eundem.

Retropulſio ſanguinis ad viſcera facta, febres

febres inflammatorias in junioribus præcipue excitat.

δ) Dolores capitis catarrhales seu gravedinosi.

Conjunguntur gravedini, dem Stok-Schnupfen, impeditiorem fluxus succesſum ſtipanti.

Qvæ cunctatur qvasi & progreſſu deſtituta urget & incumbit circa infimam frontem, circa os Ethmoides, ubi tensio qvædam ſenſibilis & presſio, cum animi & corporis torpore percipitur, item horripilatione, æſtu vago.

Oculi ſimul torpent & qvaſi defatigati connivent, ſaepe madent, & ad tempora ſe diffundit dolor: Es drüket die Stirne, nicht anders, als wenn ein Stein da läge: können kaum die Augen dafür aufthun, es drücket in dem Augen wie Sand.

Augeſcit ita dolor, ut fremebundum & compungentem ſenſum in fronte & per tempora ſentiant; Es ſummet und thönet ihnen im Kopfe, reiſet darinnen, fähret ihnen durch die Schläffe etc.

Occupat ſæpe ſummitatem capitis, extendendo ſe qvoqve ad occiput & imprimis ad procesſus maſtoideos, comitante ſaepe vertigine.

Prognoſis: Si nimis invaleſcat, gravioribus malis anſam præbet, praecipue concurrente vertigine.

Sic

Sic infert auditus incommoda, qvandoqve veram otalgiam, cum aut ſine parotidum inflatione.

Guſtus & olfactus laeditur, imo concoctio, & creat nauſeam, flatulentiam, etc.

In leviori malo ſolvitur dolor, erumpente fluxu Narium catharrhali ſ. coryza.

Therapia commendat anticatarrhalia, laxantia, blanda alexipharmaca, temperantia.

3.) Ophthalmia.

Subjecta hujus ſunt plethorica & praeprimis, puerili & adoleſcenti ætati, præ aliis ætatibus, familiaris obſervatur.

Excitatur a plethora, congeſtionibus & infarctu ſangvinis, narium haemorrhagicis moliminibus, V. S. Scarificatione conſvetis, & omiſſis, haemorrhoidum & menſium turbis, a retroceſſione cruſtae lacteae, tineae, ſcabiei, a puſtulis faciei per cosmetica repreſſis, conſvetudine ex recurſu freqventiore, frictionibus, ploratu, acri vel aſpera materia illapſa, ebrietate, motibus animi fortioribus, refrigeratione capitis, ab aere fervido, fumoſo, aut pulveribus perfuſo, motu nimio, lucubratione intenſa, involatu inſectorum.

Diſtinguitur in veram & notham, hæc magis ſeroſa & chronica eſt,

Signa

Signa diagnoſtica, hujus affectus congeſtorio-inflammatorii, ſunt ardor, rubor, pruritus, cum turgida inflatione vaſorum albuginis.

Dolor lancinatorius, velut in intimiori oculi bulbo, & per conſenſum totum caput affligens.

Concurrit communiter intolerantia lucis, & ploratus ſ. fluxus copioſus ex oculo, imo ex ejusdem lateris nare.

Vaga febrilis horripilatio, & intercurrens æſtus volaticus cum frigore extremorum, cum exacerbatione circa veſperam.

Prognoſis: Qvo magis aſſuefit, & fit periodicus affectus, ſæpiusqve recrudescit, eo pertinacior obſervatur.

Qvo magis itaqve eſt hæreditaria ophtalmia, & ex hæmorrhagiarum emanſionibus oritur, tanto obſtinatior conſuetudo introducitur.

Sanguinea diu perſiſtens hypopyum, pterygium, ſ. unguem; ſeroſa contumax lippitudines, imo plenariam viſus amisſionem inducere poteſt.

Hiſtoriæ habent obſervationes de opthalmia Epidemica, & contagioſa, de Hæmorrhagiis ex oculis, menſium obſtructionem ventilantibus.

Therapia excludit vomitoria, nimis commoventia, impellentia, adſtringentia, narcotica, etc. Externe calida, acria, croc. metallor. Balnea: in magis recenti & fervida conſtitu-

ſtitutione, oleoſa, topica repellentia, cruda adſtringentia, refrigerantia, ſtimulantia, ſeptica etc. rejicit.

Magis uſui ſunt laxantia, temperantia nitroſa, V. S. ſcarificatio, ubi plethora urget.

Externe camphora cum ſacculis nervinis aqvæ opthalm: cum leviter adſtringentibus : evellentia per Veſiatoria ſeacea etc. uſui ſunt in magis ſeroſa conſtitutione, repetitæ laxationes, ant catarrhal.a, alex pharmaca, etc. proſunt.

ξ) Otalgia.

Subjectis communior eſt plethoricis, ſangvineo-phlegmaticis, ad catharhos & rheumata peculialiter aptis, fæminis ſangvineo-phlegmaticis circa finem menſium. At tamen

Haud adeo freqventer occurrit.

*C*auſæ, qvæ communiter præcedunt, ſunt, evacuationes naturales ſuppresſæ, artificiales conſvetæ omiſſæ, cephalalgia, plethora, catarrhales defluxiones, molimina congeſtoria haemorrhagica, metaſtaſis materiae febrilis ad aures; Externe repentina aeris frigidi intra aurem admisſio, exaeſtuante praecipue capite, illapſus acriorum vellicantium rerum & vermium, violenta capitis percusſio, vulneratio, aer humido-frigidior.

Signa

Signa ex inflammatoria ſtaſi ſunt dolor intus in aure lancinatorius, pulſatilis, inflammatorius fere intolerabilis, qvandoqve accedunt febriles commotiones.

Interdum tumor parotidum ſatis durus contingit, ubi dolor magis externe percipitur.

Nonnunqvam affectus adeo graviter inſolescit, ut, niſi mature discutiatur, in perfectum apoſtema deſinat cum abſcesſu ulceroſo & fœtido.

Prognoſis: Si plus ſemel ſemitam hanc inſtituit, ea non raro repetit, & habitum aſſumit.

In febribus acutis, ſi tempeſtiva narium hæmorrhagia occurrat, bonum.

Raro discusſio obtinetur, ſed freqventius ad ſuppurationem tendit, præcipue in tumore parotidum externo.

Si vero neqve discusſio, neqve abscesſus obtinetur, facile febres inflammatoriæ cum phreneſi qvaſi exoriuntur.

Suppuratio ſ. abscesſus utplurimum minorem, modo majorem, auditus gravitatem poſt ſe relinqvit.

In therapia minus conveniunt poſitiva purgantia, valde calefacientia, commoventia, volatilia, narcotica, poſitivæ ſudationes, &c.

Externe; opium, allium, cicuta, olea calida, refrigerantia, repellentia, cataplasmata, ungvinoſa etc, nocent.

Magis

Magis profunt, in congeftione derivanda V. S. qvae praefervative utilior, laxantia, p diluvia, frictiones, temperantia nitrofa, alexipharmaca & Eff. Succini.

Externe camphorata, cum fpiit. vini in goffypio, vel cum ol. amygd. dulc, Epithemata neruina cum camph.

Suppuratio promovetur maturantibus emollientibus; demum apoftematis abfterfio & mundificatio per balfamica inftituenda.

η.) Odontalgia.

Subjecta: maxime funt juniora, hujus per confvetudinem in ætatem adultiorem procurrit, Sangvineo-phlegmatica, & a parentibus eodem malo, vel arthriticis infultibus, nata.

Diftinguitur in idiopathicam & fymptomaticam.

Oritur facile ex plethora & congeftione fanguinis, naturalium evacuationum turbis, artificialium intermisfione, moliminibus dentitionis, aere frigido, affumptis excesfive calidis vel frigidis, Saccharatis, mellitis, acidis, ex difpofitione hæreditaria.

Caries introducitur pulveribus dentifriciis acrioribus, vel inftrumentis metallicis, vel remediis acrioribus, narcoticis.

Odontalgia fymptomatica eft, qvæ ex congeftionibus humorum, idiopathica, qvæ ex dentibus corruptis execis oritur.

Signa ſunt dolor lancinatorius, qvandoqve ſatis inſolens cum motibus congeſtorio-ſpaſticis, vulgo: Es reiſſet, und zucket, fähret hin und her.

Vaſa dolentis partis inflata ſunt.

Prognoſis: Idiopathica odontalgia dentem immediate & ſolum occupat; Symptomatica vero complicatur cum hemicranico totius illius lateris capitis, ſeu ſtatario, ſ. vago dolore.

Qvo ſæpius recurrunt & inſiſtunt congeſtorii motus, eo facilius intumeſcentiæ inflammatoriæ tam circa dentes, & gingivas, qvam genas, imo plane caries exoriuntur;

Qvæ caries dein facile recrudescere facit odantalgiam pertinaciorem & freqventiorem.

Moderatæ præſervatoriæ gingivarum cruentationes, aut aliæ artificiales ſanguinis evacuationes mitigant, vel plane præoccupant odontalgiam.

Therapia: odontalgiam qvoad externa magis exaſperant, opium, opiata, aluminoſa, ol. deſtill. empyreum: acida corroſiva acria, vitriol, refrigerantia; adſtringentia, repellentia, nimis relaxantia.

In idiopathica ex carie proſunt cauteriſatio provida, evulſio dentis.

In ſymptomatica ad orgasmum mitigandum nitroſo-temperantia, laxantia, regi-

regimen diapnoicum cum Eff., alexiph. ſecure operantur.

Externe camphorata, pediluvia, qvandoqve veſicatoria in magis ſeroſa, V. S. item ſcarificatio extra paroxysmum proſunt.

Tandem repellentia, Tinct. odontalgic. Myns:

Alvus ſemper aperta ſervanda eſt.

Cap. II.

Hiſtoria congeſtionum ad pectus.

Art. 1. Tusſis Sicca & humida. 2. Aſthma humidum ſiccum et convulſivum. 3. Scirrhi pulmon. 4. Vomica pulmon. 5. Pthtiſis. 6. Angina. 7. Catarrhus ſuffocativus. 8. Hydrops pectoris.

α) Tusſis ſicca pectoralis.

Exercet magis juvenes floridæ & plethoricæ conſtitutionis ſiccioris: poſt hos virilem & ſenilem e prægresſa adſuefacta diſpoſitione: gibboſos, ſcrophuloſos &c.

Cauſæ ſunt infarctus ſanguinis in veſiculis pulmonum vel ex moliminibus hæmoptyicis, vel Scirrhoſis concrementis; hæmorrhoidum vel menſium regeſtiones, artificialium

alium evacuationum neglectus, ſpiritus vini, & acidorum abuſus, auræ frigidioris inſpiratio, potus frigidi hauſtus, exanthematum & ulcerum retroceſſio. &c.

Signa per ſe nota ſunt, niſi concurrat raucedo, & magis ſicca vel parum mucida excretio.

Differt a tuſſi hypochondriaca, qvod hæc magis ſicca & effera exiſtit, vocem ſat illibatam relinqvit, poſt paſtum & motum aſcenſorium increbeſcit, aerem in pectus adduci ſine ſenſu permittit, & denique concuſſiones hypochondriorum ſenſibiliter magis excitat.

Prognoſis: *D*iuturna eſt, & qvaſi perpetua, aut revertitur ad minimum ob exigvas qvaslibet occaſiones, diætæ acris, tempeſtatum &c.

Facit aut fovet præſertim in junioribus Φτίσιως ſuſpicionem, neqve humida eſt unqvam, niſi inſignis incaleſcentia febrilis concurrat, aut purulentæ & ſanioſeæ materiæ proventus vel per accidens ex tempeſtatis conſtitutione catarrhalis ad pectus confluxus oriatur.

Si hæc ægrotum adeo vehementer divexet, ut ſaepe vix ad ſe redire vel ſpiritum recipere valeat, ferina vocatur, & familiarior pueris & faeminis, qvae uteri ſtrangulatione ſaepius periclitantur.

Therapia: ſicca aegre fert vomitoria, fortiora

tiora purgantia, narcotica, expectorantia, incrasſantia, volatilia calida, balſ. ſulph. adſtringentia terreo - abſorbentia, ſudationes impetuoſos, regimina ſudatoria.

Magis conferunt V. Stiones, ſi plethora & aliae circumſtantiae poſtulant, etiam praeſervatoriae laxationes; & ſtagnationis in pectore discusſiones per reſoluentia pectoralia; deniqve Tonico - nervina, ſpecifice aqva veronicae vinoſa.

β.) Tusſis catarrhalis humida.

Subjecta ſunt huic magis humidiores phlegmatici, aetas pueriſis & ſenilis prae mediocri.

Hic plus juris habent cauſae externae, aer frigido - humidus, colli & pectoris refrigeratio, praecipue poſt incalescentiam, halitus coagulantes, ſpiritus vini, acida:

Interim cauſæ internæ in magis phlegmaticis concurrunt, & excitant hanc tusſim, ſc. enormis ſeroſorum humorum ſpisſitudo, tenacitas, naturalium & artificialium evacuatationum turbæ & neglectus.

Adoritur plerumqve cum febricula & coryza, & ſic eſt epidemica, ac graſſatur communiter vere & autumno, ob tranſpirationem prohibitam.

Excreant ægroti lentam & nauſeoſam mu-

cositam sub tussi, qvam circa infundibulum vel faucium angustias hærere sentiunt.

Raucedo non perpetuo conjuncta est, sed tamen aliqva notabilis vocis flacciditas & qvasi extenuandæ vocis impotentia.

Siccior paululum vero hujusmodi tussis, ut communiter violentior, est, ita habet etiam raucedinem vocis certiorem comitem.

Si vero cum copiosolento sputo post pastum sese exerat, & ita vomituritionem provocet, stomachalis est, senioribus familiarior.

Prognosis: Phtisicos catarrhis gravedinosis simul obnoxios esse, raro accidit.

Infantum tussis humida ex commotione humorum ad superiora, dentitione, ulceratione capitis, facile oritur, qvæ secessio mucida sæpe ita insolescit, ut pectus obruatur, & suffocativa pathemata inducat.

Qvando vero habitualis fit, insigniter humida est; concurrit nihil tabidi aut hectici evidenter.

Tussis subinde qvædam consvetudo observatur, ut statis temporum mutationibus repullulet certius, imo vel media nocte, vel circa matutinum tempus increbescat.

Vel si hoc non fiat, nec alio evacuatio tali tempore vel sponte eveniat, vel arte substituatur; pejus inde præcipue annosiores habent, & facile exponuntur catarrhis suffocativis paralyticis pulmonum affectibus, appetitus & digestionis læsionibus.

Da-

Datis mediocriter purgantibus, nulla valde ſenſibilis virium fatigatio, nec caloris p. n. emicatio, ſed potius levamen notabile percipitur.

γ.) Aſthma Siccum & humidum.

Utrumque minus familiare eſt admodum juniori ætati & infantili, niſi a læſione magis violenta, mala conformatione pectoris, gibboſitate, ſcabie vel ſimili circa caput impetiginoſo inqvinamento retropulſo, aut variolis, qvanquam tunc plerumqve in Pthtiſin exeat.

Siccum magis obtingit juniori floridiori aut primæ virili ætati, ſtrictioris potius qvam poroſi habitus.

Freqventius oritur â hæmoptyicis moliminibus, vel â ſcirrhoſa pulmonum conſtitutione, a menſium & hæmorrhoidum vitiis, V. S. ſcarif. conſvetis & neglectis, diuturna refrigeratione, abuſu ſpirituoſorum, etc.

Signa ſunt reſpiratio difficilis cum acuto ſibilo & ſono; non autem brevis eſt reſpiratio, hauſtum enim aerem diutius retinent.

Tusſis non jugiter conjuncta eſt; ſed fere magis ſtatum eſt matutinum & veſpertinum tempus ſub alterationibus frigidi aeris accedens, vel acrium vaporum hauſtu hoc aſthma longe citius irritatur, quam humidum.

Prognosis: Durat ad multos sæpe annos, inprimis si humiditas, qvantum possibile, arceatur, neqve pthtisica corruptio undecunqve prævalescat. Expectorantia nimis data, tandem scirrhorum ulcerosam, corruptionem, imo phtisin & hecticam inducunt.

Therapia vera rejicit fortiora purgantia, nimis expectorantia, dulcia, adstringent: traumatica pectoralia, acria calida, concentrata, volat, sulphurata vulgaria, ola pector: anis: succin. balsama exotica calidiora.

Vera therapia convenit cum tussi sicca, medicatio vero per plures dies prolongari debet, & V. S. æqvinoctialis admodum proficua.

Asthma humidum.

Subjiciuntur huic facilius senes, aut phlegmatici succulentiores juniores.

Oritur ab evacuationibus naturalibus sangvinis & artificialibus turbatis & omissis, mutatione vitæ laboriosæ in otiosam, diuturnis refrigerationibus etc.

Adest vehementior sibilus, fremitus & qvasi spumidæ ebullitionis sensus sub respiratione, & ren sus in pulmonibus.

Jungitur ordinarie notabilis raucedo, seu ad minimum asperitas vocis, cum jugiter molesta tussi, subinde ad est aliqvid tenacis materiæ s: muci

muci exetientis ſed ſine levamine, niſi aſthma plane temporarium, & ipſius tusſis ſymptoma ſit.

Tempore autumnali ſpirandi difficultas augetur.

Prognoſis: Diuturnum plerumqve eſt ſine inſigni remisſione, ægrumqve per multos ſæpe annos contumaciter comitatur; & hoc tanto magis in annoſioribus, ubi irreparabilem aliqvando pertinaciam induit.

Ubi hæreditaria diſpoſitio concurrit, ibi admodum refractarium eſt malum.

In therapia nocent promiſcue vomitoria, opiata, liberalis uſus expectorantium, adſtringentium, concentrata oleoſa, balſama acriora, incrasſantia.

Cura convenit cum tusſi humida utplurimum, & proſunt laxantia, reſolventia, demum Tonica, roborantia.

Ubi evacuationes ſangvinis naturales, ſeu artificiales reſtagnant, aut omisſæ ſunt, ibi V. S. Scarif. Hirud. applicatio confect.

δ.) Aſthma convulſivum ſ. ſpaſticum.

Hoc Iunioribus familiarius, plethoricis, & ſenioribus viris & fæminis eſt.

Eſt vel magis ſiccum, vel humidius, vel idiopathicum, vel præprimis aſthmatis ſicci ſymptoma.

Eſtqve magis ſymptomaticus qvam idiopathicus affectus.

Cauſæ ſunt plethora, febres præcipue malignæ, arthritico-rheumatici affectus, podagra, ſcabies, ulcera repreſſa, œdemata retropulſa, ſcirrhus hepatis & pulmonum, concretio pulmonum cum pleura, aqvarum in pectoris cavitate extravaſatio, naturales & artificiales ſanguinis evacuationes turbatæ, intermisſæ, ſudores ſuppresſi. &c.

Ingruit qvaſi derepente, idqve vel uno impetu vel brevi inſigni incremento, magis ſiccæ indolis, cum torpore inſuperabili, & lasſitudine per totum corpus.

Summa compresſio in thorace & circa ſcapulas percipitur cum palpitatione cordis, aſpectu inæqvaliter rubicundo, & vaſis circa tempora turgidis, alvo plerumqve adſtricta.

Raro perſiſtit diu & jugiter vix ultra tertium diem; ſed per intervalla & paroxysmos qvaſi corripit & recurrit.

Differt a catarrho ſuffocativo; in hoc major impotentia virium & reſpirandi defectus eſt; in aſthmate vero etiam reſpiratio brevis, ſed poſitiva potius compresſoria cohibitio & veluti reniſus qvidam adeſt.

Prognoſis: Eſt affectus ſumme ſuſpectus, neqve fere vivaces relinqvit ægros, præcipue, ſi freqventius aut importunius recurſet,

aut

aut prorſus pluribus diebus juſtos qvaſi paroxysmos formet, ubi qvidem multo pejus eſt præſagium.

In junioribus febris complicatur cum vere ſpaſtico-convulſivis motibus; in mediocri ætate acutos morbos vel peculiares ſanguinis eruptiones præcipue hæmoptyicas;

In Senioribus vero catarrhos ſuffocativos, parulyſin, apoplexiam, hemiplexiam poſt ſe trahit.

In therapia ſubinde magis nocent vomitoria, fortiora purgantia, confuſa V. S. Impellentia, commoventia, oleoſa concentrata, pectoralia anis. fœnic. &c. narcotica, adſtringentia.

Magis proficui ſunt clyſteres, V. S. ſi circumſtantiæ permittant, larga, nitroſa, temperantia conjunctis alexipharmacis & regimine diapnoico. Externe frictiones, ſuffimigia, Spir. vini camph.

Præſervatorio ſcopo V. S. æqvinoctialis, pediluvia, aſſueta Scarificatio, lenia laxantia repetita & tandem tonico - roborantia. qvadrant,

E) Scirrhoſi pulmonum nodi.

His vexantur Subjecta ſicciora, plethorica.

Oriuntur ex calidis potibus, Spiritu vini &

& medicamentis calidioribus largioribus, motu corporis excedente, ex ficca tusſi & reſpirandi difficultate per multos annos increbescente, ac ſicco aſthmate.

Qvi nodi tandem commoti vel ſponte vel arte, ex copioſa congeſtione ſputi ad pulmones, purulenta regiciunt.

Si vero, cohibita inutili illa expectoratione, ſiccitati reſtituantur, egerunt nonnunqvam cum tusſi tophacea fruſtula.

Inventi ſunt tales nodi in cadaveribus horum præcipue, qvi alio affectu deceſſerunt, ſine ullo horum indicio aut ſuſpicione.

Sunt plus minus duri, albi & pallidi, diſſecti pallido-lividam faciem interiorem & in ſui medio mucum tenacem offerentes: imo ſæpe ex hoc & pulverulentis per reſpirationem hauſtis corpusculis a ſeminis milii ad cannabini magnitudinem oriſcunt.

Qvoad prognoſin vix reſolutioni obſequuntur; diuturna v. mora magis aucti, majus reddunt periculum, unde maxime probabile, phtiſin a talibus initium ſumere, imprimis qvæ ſimpliciter magis ulceroſa iudicari poteſt, a febre concomitante minus importuna & non inſigniter inflammatoria.

3.) Vomica pulmonum ſuppuratoria.

Ex iisdem cauſis & ſimilibus ſubjectis, qvæ

qvæ phthisis invadere solet, utplurimum obtingit.

Præcedenti malo longe infreqventior est, & verosimiltiter ab ejusmodi scirrhis sub magis repentina stasi oritur.

In actum deducunt sangvinis abundantia, orgasmusqve cibi saliti, motus & exercitia vehementiora, animi pathemata extantiora, evacuationes naturales & artificiales consvetæ, suppressæ, & omissæ.

Hæc suppuratio individuam habet comitem febrem lentam hecticam vago motu exæstuantem, qvæ tamen non æque proprium vomicæ, sed etiam reliqvæ ulcerationis phtisicæ symptoma est.

Jungitur tussis & dolor, sub tussi interlancinans, cum respirandi difficultate, facie inæqvaliter rubente, appetitu inconstante, corporis languore & animi angore.

Donec repente suffocationis periculum accedat, & moles puris subcrunti e faucibus erumpat.

Prognosis: Tussis licet in vomica a longo tempore tardius cæpta, qvandoqve adeo exigua obveniat, ut pro firmo pectoris affecti indicio vix valeat, ordinarie tamen hic tussis plus observatur, qvam in scirrhosis nodis.

Vomica, qvo lenius incipit, eo diutius latitare potest; qvæ autem cum stasi impetuosa contingit, brevioris periodi est.

Vomica

Vomica in ſuperficie pulmonum in futurum valde anceps eſt; materia enim purulenta facile in thoracis concavum effunditur, & empyema conſtituit periculoſum.

In Therapia conducunt blanda expectorantia, diſcutientia, ſelecta travmatica, mundificantia etc.

η.) Phthiſis.

Expoſiti ſunt homines juvenes utriusqve ſexus ab XVIII. ad XXXV. annos. Hippoc. Sect. III. aph. 29. Sect. VIII. aph. 7. plethorici, floridi habitus, cholerico-ſangvinei.

Phlegmatici, ſcorbutici, laborioſi, ſeniores nunqvam, niſi a manifeſtioribus cauſis externis, nec pueri, niſi ab hæmorrhagiis narium ſuppresſis.

Inter cauſas numerantur plethora, congeſtio ſangvinis, ſtaſis, ulceratio, narium hæmorrhagia emanens, hæmorrhoidum & menſium regurgitatio, hæmoptyſis, angina, pleuritis, peripneumonia, affectus rheumatici, aſthma ſpaſticum, variolæ, morbilli, ſcabies retropulſa, ulcera diu aperta cito occluſa, recrementa morborum, hæreditaria diſpoſitio.

Externe concurrunt diæta plena, otioſa, vapores corroſivi, arſenicales, mercuriales, læſiones violentæ, aſſumptio potus frigidi cor-

corpore calente, crapula freqventior, ſpirituoſorum ingluvies, vigiliæ excedentes, lucubrationes, purgationes draſticæ, vomitus nimius, animi pathemata, abuſus Veneris, aer autumnalis, Hippocr. Sect. III. aph. 10.

Eſt phthiſis actuale ulcus in pulmonibus.

Incipit cum tusſi in qvibusdam ſicca, in aliis cum pauca, in aliis vero cum multa excretione.

Hæc increbeſcit cum inſigni pectoris anguſtia.

Concurrit magis magisqve langvida & defectiva virium remisſio, cum appetitu dejecto, & faſtidio eduliorum, e qvibus magis frigida qvam calidiora appetuntur.

Potus major eſt cupido, ſed averſatio ordinarii, ut qvid bibere velint, ambigant ægri.

Calor moleſtus etiam extra exacerbationem, unde horridulae, ad minimum volaticæ alterationes.

Complicatur ſomnolentia, ſed ſomnus eſt inqvietus, & non reficiens, potius cum majore languore & virium fatiſcentia.

Facies ultimo extenuatur, niſi ab exaſperato calore hectico fiat ſubinde turgidior & floridior. Vaſa circa caput turgent.

Siccitas oris, ſenſibilitas corporis & animi impatientia ſemper adeſt.

Non raro ægri decubitum in unum latus minus tolerant, qvin reſpirationis & tusſis gravisſima ſemper incommoda incurrant.

Ex

Ex qvibus etiam plerumque oritur ſputum fœtidum, ſpumeſcens, ſanioſum, vel parcius vel copioſius, vel alius, quam ordinarie erat, conſiſtentiæ.

Sine copioſa exſpuitione melius habent, qua expectorantibus acuata, exulceratio acceleratur in certius periculum.

Sputum non ſemper eſt purulentum niſi in conſummato ulcere, interdum ſtriis ſangvineis infectum.

Hoc vero diſcernendum eſt in materia illa in ſimpliciori etiam tusſi exire ſolita, craſſa qvaſi & pulçacea ex flavo-vireſcente, innoxia.

Urina phtiſicorum ſanæ freqventius ſimilis eſt, niſi qvod ſpumam diutius ſervet, qvod etiam in alia tusſi fit.

Differt phtiſis vehementia, dum alii breviter debilitantur, alii vires qvodammodo retinent, & non niſi per intervalla, vere & autumno, a tempeſtatibus, cauſis externis exacerbationes ſubeunt.

Differt ab hectica hypochondriaca, qvod in pulmonali, a ſuccesſiva & profunda reſpiratione, anguſtia, reniſu tusſis augeatur, qvod in illa non fit.

Prognoſis incipientis anceps, ſuppuraſcens profundior lethalis.

Qvo fortius & freqventius exacerbationes hecticæ recrudeſcunt, & invaleſcunt, eo celerius opprimitur æger.

Subjecta ſicciora longe citius humidis, agilio-

agiliora languidis, juniora senilibus; consumuntur.

Et moriuntur qvidem seniores tacite languentibus indies viribus; juniores sub febrili motu inflammatorio.

Et communiter qvidem circa æqvinoctium præs. autumnale, expectoratione, qvæ antea vehemens fuerat, tardiore reddita vel suppressa.

Ex hæmoptysi & moliminibus hæmoptyicis enatæ phthisi, actualis hæmoptysis subinde sero supervenit, sicuti in consummata subinde sputum purulentum, diarrhæa & sudor colliqvativus accedunt, & mortem accelerant.

In therapia absint V. S. curatorie adhibitae, purgantia fortiora, calida acria, impellentia alexiph. concentrata, expectorantia nimia, balsamica, myrrhata, balsama exotica, thereb. olea destill. bals. sulphur. antimon. diaph. terrea, antihect. Poter. Tinct. antiphtis. Sach. Saturni, martialia, opiata, nitri usus, nisi parcissime, prodest, omnia salsa, valde acida, mercurialia, incrassantia, nimis refrigerantia adstring. traumatica, &c.

Curatorio fine prosunt laxantia blanda, resolventia, abstergentia, discutientia, demum consolidantia, omnisqve medicatio sit lenis & diuturna per plures menses.

Eqvitationem commendat Sydenhammius Veteres navigationem. Alii climatis mutationem.

In thermis lenibus, præmisſa ventilatione, qvoddam, ſed inane, eſt ſubſidium.

Lactis cura idem eſt ac modicum pascere, cætera naturæ mandare.

Præſervative in anguſtia pectoris cum orgasmo & tusſi ſicca V. S. in pede circa æqvinoctia repetenda, pediluvia maxime in fæminis; hirudinum applicatio, alvi laxitas per laxantia, & alexipharmaca cum diæta molli & corporis motu placido proſunt.

θ) Angina & Cynanche.

Idiopathica angina familiarior juvenibus plethoricis ad virilem ætatem tendentibus, in præcedentibus annis hæmorrhagia narium ſubjectis; Symptomatica omni ætati præcipue juniori & ſanguineo-cholericis præ aliis, in febribus acutis & aliis morbis. Utrinqve morbus haud adeo freqvens eſt.

Cauſæ idiopathicæ ſunt plethora & orgasmus ſanguinis, narium hæmorrhagia ſuppresſa & ejus molimina, menſium & hæmorrhoidum ſuppresſarum regurgitationes, V. Stiones in inferioribus intermisſæ & inſufficientes, vehementiora vomitoria, ſenſibiles inferiorum refrigerationes, aer fervidus & aſſiduis imbribus humidus, ex calido in humidum repente mutatus, potus frigidæ corpore calente, clamor, cantus nimius, vigiliæ, alvi ſuppresſio, lapſus in collum & cer-

cervicem, ebrietas, abusus pulveris sternutatorii, animi pathemata, dispositio hæreditaria.

Symptomaticæ, incompleta sanguinis congestio versus hæc loca, in febribus acutis præcipue epidemicis, vagis arthriticis affectibus, ex V. S. incongrua, regimine immodesto in- & externo, etc. refrigerationibus.

Invadit cum aliqva deglutiendi difficultate, faucium ardore, & inflammatione.

Qvæ paucis horis maximopere increbescunt: fauces, lingua, & vasa sanguifera, venæ raninæ dicta, admodum intumescunt.

In faucibus ergo tensivus & ad deglutiendum graviter lancinatorius dolor seqvitur.

Tota facies plerumqve inflata conspicitur, ut rubeat, imo liveat, præcipue in sanguineis, & sanguineo-cholericis, oculi prominent, & communiter febris accedit acuta.

Concurrit anxietas magis qvam angustia suffocationis & strangulationis, nisi qvod redundantia illa vasa jugularia una premens, diffusionem & stasin circa ipsa cerebri interiora una cum sensus interioris & ipsius mentis turbatione inducat.

Prognosis: Qvo majore impetu procedit, eo magis periculum portendit.

Angina notha magis serosa, extrinsecus præcipue apparet, cum tumore glandularum & minore periculo.

Angina vera & notha, plerumqve aliqvid epidemici habent.

Angina ſymptomatica præceps eſt & intra primos 4. dies ſatis periculoſa utiqve exiſtit; ſed periculoſior & vix non funeſta circa dies criticos contingens, idqve tanto certius, qvo majore infarctu & linguæ tumore ſe exerit.

Præceps ſi cooritur inflammatio, dummodo tempeſtive occurratur, mature ſpem discusſionis admittit; qvo vero lentius collectus eſt hic tumor, & ultra 24. vel 36. horas eodem tempore perſiſtit vel penitus augescere ſentitur, communiter tendit ad ſuppurationem.

Therapia haud ſecure fert V. S. raninarum ante V. Sectionem univerſalem, vomitoria, purgantia poſitiva, opiata, valde acida, calidiora, commoventia, ſudationes coactas, refrigerantia, incrasſantia; nec Externe communia adſtringentia, emollientia pura, topica repellentia.

Magis ſecure adhibentur, ante omnia clyſteres, & urgente plethora V. S. in inferioribus larga, ſubjuncta V. S. raninæ pro circumſtantiarum exigentia, nitroſo-abſorbentia, leniter diapnoica, frictiones inferiorum. Externe reſolventia, discutientia, gargarismata ſubadſtringentia.

Si inflammatio ſuppurescat, maturantia pus educentia, & mundificantia &c. adhibenda.

Præſe

Præservatoria cura consistit in remotione plethoræ, per V. S; congestorii motus per laxantia repetita, pediluvia, Ess. alexiph. mixt. tonico-nerv, motum corporis consumptorium.

Cynanche.

Infert qvidem eundem, qvem angina acutissimum inter deglutientem, dolorem, imo etiam extra motum faucium pulsatilem & compunctorium.

Sed sine visibili aliqvo manifesto tumore, nisi qvod ægri qverantur, videri sibi paulo profundius in faucibus molem qvandam qvasi nucleum hærere.

Successu lentior & duratione pertinacior, ad 3. 4. dies magis magisqve augescens cum anxietate strangulatoria.

Imo qvo diutius progreditur, eo magis apparent circa faciem & tempora, signa detenti sanguinis & impediti, colore livescente & vasis angustioribus ultra solitum conspicuis.

Hinc in qvibusdam cephalalgia, in aliis somnolentia, in qvibusdam lipothymia adest; externa communiter frigent, & alvus adstricta est.

Differt vero a spasmo hystericarum fauces firmiter constringente, respirationem & deglutionem impediente, qvia hic affectus sine periculo facilius transit.

Prognosis: Periculosissimus est affectus, si discussionem respuat, adeoqve suppurascat, nisi bona fortuna introrsum rupto abscessu, per exscreationem ac vomitum pus suum effundat.

Chirurgicam apertionem externam non nisi cæcam & fortuitam admittit, scalpellum profunde imprimendo, ubi tamen arteriæ carotides ad latera vel ad minimum in vicinia loci affecti summam sinistri eventus formidinem incutiunt.

Sic Prunella communiter symptoma periculosum febrium contagiosarum exanthematicarum & epidemicarum existit, & hoc tanto magis in junioribus plethoricis, Narium antehac hæmorrhagiis adsvetis, vel per remedia vel regimina incongrua, aut per sui ipsius culpam.

Hic affectus magis afficit linguam, qvæ ex congestione & inflammatione intumescit & valde dolet, fissuras cum glutinosa viscriditate sustinet, cum aliis accidentibus sonticis concurrentibus.

i) Catarrhus suffocativus verus.

Succumbunt huic ætas senilis, phlegmatici, phlegmatico-sangvinei, succulenti, qvandoqve juniores & infantes, sed raro, ex sonticis causis.

Causæ

Causæ, qvæ contribuunt, sunt hæreditaria dispositio, evacuationes naturales & artificiales sangvinis & seri suppessæ & neglectæ, œdemata, ulcera diuturna, scabies diuturna, podagra in adultioribus impetuose & repente retropulsa; achores & aliæ exulcerationes in infantibus retroactæ, morbillorum & variolarum retrocessiones, polyposæ excretiones in corde ad pulmones sese expandentes.

Aer borealis, humido-frigidus & sulphureis metallicis venenatis effluviis corruptus, balnea humido-æstuosa, assumta flatulenta, motus corporis immoderatus, animi pathemata vehementiora, ebrietas etc. inter externas causas posita sunt.

Occupat repentino insultu, cum respiratione difficiliori, metu præsentaneæ suffocationis, & plenitudine pectoris è spumido sono qvasi inter respirandum colligenda, cum inqvietudine notabili.

Præsto est magna virium remissio & debilitas cum ipsius animi impote obliviosa angustia, & de vita diffidente desperatione.

Sæpe sine omni, ordinarie tamen cum aliqvali, sed improportionata & impotente qvasi tussi.

Subest non raro non tam pectoris, quam ventriculi labes, potissimum vero urget in pectore, pulmonibus, & exteriore costarum

ipſo motu. Et hoc intuitu eſt magis paralytodes.

Differt ab aſthmate ſpaſtico, vel ipſa tusſi humida, expectorantibus & narcoticis in anomalias conjecta; vel etiam a repentinis oppresſionibus a retropulſione ad interiora, tam acutorum quam chronicorum rheumaticorum exanthematicorum affectuum, aut ſtatariorum tumorum, aut fluxum ulceroſorum diuturnorum repente ſuppreſſorum.

Prognoſis: Plerumqve funeſtus eſt, & intra paucum tempus decurrit vel in bonum aliqvaliter vel in malum utplurimum eventum; juniores paulo facilius mortis periculum ſuperant, quam valde adulti. Interea alia levi occaſione exiiſtente idem affectus & in his acerbius recrudeſcere ſolet.

Abit itaqve in febriculam ſed mali moris, qva ipſa ſæpe moriuntur:

Vel in diuturnam aſthmaticam tusſim cum multa materiæ mucoſæ eruptione, pectoris laxitate, intercurrentibus, præcipue ſi externæ cauſæ accedant, qvaſi paroxysmis aſthmaticis, ſpaſticis; vel in cachecticam corporis flacciditatem.

Certe niſi ſtatim analepticis tonicis abſtergentibus, undiqve ægro conſulatur, vel dicta pericula, vel tantam debilitatem relinqvit, ut ille ab hinc admodum vacillantem valetudinem experiatur.

Anno-

Annoſiores, qvi morbo hoc fortiori correpti fuerunt, ſi evadant, interpoſito tempore aliquo tam ſubito expirare ſolent, ut an apoplexia an catarrho ſuffocativo interiiſſe dicendi ſint? merito dubitetur.

Multos interim pro apoplecticis efferri certum eſt, qvos ſuffocatio potius ejusmodi catarrhalis ſpaſtica, vel ſincera paralytica coſtarum motus abolitio extinxit.

In therapia magis noxia ſunt V. S. in pure phlegmaticis, vomitoria in pure ſangvineis, poſitiva purgantia, nimis calefacientia, turgefactoria, poſitive adſtringentia, opiata narcotica, acria oleoſa, anticatarrhalia acria, regimen ſudatorium anxium: externe ungvinoſa & crasſius pingvia.

Magis conducunt V. S. in ſangvineis larga, in ventriculo infarcto & phlegmaticis Vomitorium ex ſale vitriol. decect. aſar. 🜍 aur. ult. præcipito Tart. vitriolat. âa gr. vi, pro doſi; ubiqve præmittantur Clyſteres ſtimulantes, Frictiones, ligaturæ Sinapismi in partibus remotioribus. Diſcutientia reſolventia, temperantia alexipharmaca, analeptica, nitroſa. Demum Tonica. & ad novum inſultum præoccupandum V. S. æqvinoct. in pede, ſubjunctis laxantibus repetitis.

Cap. III.

Historia congestionum & motuum sanguinis in & ad abdomen.

Membr. I.

Hæmorrhoidum & vomitus cruenti Consectaria.

Art. I. morbi venæ portæ in genere. II. in Specie.

α) Cardialgia. β) Colica spasmodica. γ) Malum hypochondriacum. δ) Induratio viscerum.

Morbi Venæ Poræ in genere.

Ex textura hujus venæ ampla molli sine valvulis perpendiculariter fere in abdomine sita, oritur progressus sanguinis lentior præcipue per hepar, tum spissitudo ejusdem, infelix variorum circa hæc loca scaturigo & fomentum malorum.

Concurrentibus prælertim externe diæta plena, sicca, parco potu, assumptis acidis, mucidocrassis, habitatione & vestitu frigidiore, habitu corporis magis melancholico, motu corporis maxime respiratorio segniore in sedentariis, speculabundis, mæstis.

I. ma Læsio est, qvando propagines ejus 1.) vel arctiores redduntur ab intestinorum ten-

tensione, flatibus, scybalis impactis, colica 2.) vel magis distenduntur in hypochondriacis stagnationibus, unde venæ hæmorrhoidales, vasa brevia turgida deprehenduntur.

II.) Consistentia sanguinis spissa ex motu perpendiculari &c. dictis causis subnascitur.

Ex hac pullulant.

III.) Læsiones motus passivi, qvæ indicantur per inflationes, dolores, duritiem lienis.

Item per dejectiones nigricantes fluidas; tandem accedentes aut supervenientes vomitus similes aut manifestius cruentos cum aperto dolore pressivo, & punctorio in regione lienari.

Deniqve per hæmorrhoidales post diutina ejusmodi mala perruptiones cum præsentanea illorum sublevatione.

IV.) Læsiones motus activi seu aterationes toni.

α) Relaxatoriæ in flatulentia maxime hypochondriaca & hysterica, a potu frigido, frigore, cibo mucido exacerbanda; splenis etiam inflatione, qvæ permanet, licet alvus flatus dimittat, a sanguinis infarctu orta, fæminis sub mensium motu familiari in qvartanam, hæmorrhoides, vel vomit. cruentum desinente.

β)

β) Conſtrictoria, in colica & diarrhæa ſpaſtica, cardialgia hypochondriaca tenſiva, in doloribus presſoriis reniſoriis in abdomine, in hyſtericarum anguſtia ſtrangulatoria, in torſionibus ventriculi, vomitionibus vacuis imo cruentis; in conſtrictione in meditullio umbilicali ſub convolutionis ſenſu in hyſtericis & hypochondriacis.

I. Cardialgia ſplenica ſangnineorum.

Occurrit uſitatius in ſubjectis hypochondriacis, hyſtericis, ſplenicis hic affectus.

Oritur ex menſium, hæmorrhoidum, hæmoptyſeos moliminibus, aſthmate ad vomitum cruentum collimante.

Contribuunt ſubinde; Scirrhi hepatis, lienis, pancreatis, glandularum meſeraicarum & ſimilia pathemata.

Signa ſunt morſus & tenſiones circa ventriculum, cum anxietate, angore & duritie flatulenta, inqvietudine nauſeabunda, ſuccedente calore hectico, & adfectibus alciticis, lubricitate alvi.

Therapia excludit vomitoria, poſitiva purgantia, aromatica, flatulenta, ſpirituoſa, pingvia, carminativa calida, acida, copioſa abſorbentia, adſtringentia &c.

Vera bene fert contemperantia nitroſa, laxan-

laxantia lenia, Pil. balſam. infuſa reſolventia, abſtergentia, denique tonico - nervina.

Præſervative V. S. æqvinoctiales, & naturales ſanguinis evacuationes in ordinem redigendæ ſunt.

11. Colica hæmorrhoidalis ſpasmodica.

Subjecta ſunt ſangvineo-cholerici, ſangvineo-melancholici.

Oritur ex turbis & moliminibus hæmorrhoidum.

Signa ſunt dolores atroces ſpaſtici, compresſorii, alvus adſtricta, cephalalgia, lasſitudo, intercurrens horror & æſtus, anxietas, anguſtiæ, qvandoqve diarrhœa cum fæcibus cruentis, tenesmus, internus ardor & conatus vomendi.

In viris circa inteſtina crasſa, in fæminis magis circa tenuiora ſuperiora moleſta eſt.

Prognoſis: in utroqve ſexu facile regurgitationes ad hepar, ſplenem, ictericas aſciticas obduratorias, relinquit, imo inflammationes.

Colica hæmorrhoidalis eſt valde contumax & vehemens, & communes colicos dolores gravitate ſuperat.

In Therapia cavendum eſt, a purgantibus acri-

acribus, clyſteribus acribus, ab aloeticis crudis, commoventibus, calidioribus, carminativis, narcoticis, adſtringentibus refrigerantibus.

Potius adhiberi debent clyſteres oleoſi cum nitro, V. S. in pede, nitroſo-temperantia, ſedativa ſelecta, qvibus alexipharmaca interponenda ſunt. ad ſpisſitudinem ſangvinis attenuandam abſtergentia, laxantia, dilutiena potulenta, eqvitatio, vectura. Tandem Tonus per Martialia, ſalia vol. nervina roborandus.

Motus activi placantur anodynis per aromatica correctis, Pil. Wildeg. Masſ. Pil. de Cynogl. nitro, mille fol,

Iuſta hæmorrhoidum promotio vel præoccupat, vel mitigat hunc affectum.

III. Malum hypochondriacum.

Subjecti ſunt huic malo plethorici, præcipue melancholici, ſanguineo-melancholici, otioſi, vitæ ſedentariæ, (unde literati,) ſicccioris diætæ, ante omnia juvenilis ætas, raro annoſior, niſi continuatio mali priſtini, vel palindrome ex hæmorrhoidum ſuppresſione & diæta lauta adſit, vel concurrat.

Convenit cum hyſterico malo, uti jam Williſius & Higmorus annotarunt, ac horum adfectuum verus character omnino ſpasmis adnumerari debet.

Cau-

Caufæ funt plethora, cum fpisfitudine & reftagnatione circa V. Portæ, Suppreffæ evacuationes fangvinis præcipue hæmorrhoidum, & harum molimina, fudoris, alvique fuppresfio, animi pathemata, difpofitio hæreditaria, vita fedentaria, fpeculativa, abdominis compresfio, diæta plena, edacitas, potus parcus.

Sedes mali fub coftis & præcordiis finiftri maxime lateris fentitur, cum anguftia fenfibili ante & poft paftum, ac facili fatietate fub appetitu vago.

Adeft inflatio in finiftro hypochondrio cum dolore lancinante, & per dies 2. 3., expedita licet alvo, durat; fi diutius perfiftat, dum ægri colore nigricante, indurefcit, ut cotis duritiem & figuram tactui offerat.

Si vero in dextro hypochondrio pathemata magis fentiantur, adfunt volaticus capitis & faciei ardor, affectus colici.

Capitis dolor eft tenfivus, premens, vertiginofus, ad motus corporis & ad frigus præcordiorum increbefcens; in qviete vero vel capitis compresfione qviefcens.

Appetitus eft vagus, imo avidus, frigida & folida magis qvam calida defiderantur, potus eft parcus.

Naufea concurrit ad vomituritionem usqve & vomitiones vacuas (würgen ſich) Actualis vero vomitus, non vomituritio allevat.

Ante vel poft paftum multa fputatio vexat.

Na.

Nares magis ſiccæ qvam humidæ ſunt.

Sub jejunio freqvens mollities præcordiorum & propenſio ad lipothymias.

Ructibus ſub & poſt paſtum anguntur; freqventius flatibus ſtricte dictis.

Palpitatio cordis eſſentiale eſt ſymptoma.

In abdomine ſæpe palpitatoriæ pulſationes ſentiuntur.

Alvus fere ſemper ſiccior eſt; laxior fit ex mutatione ciborum duriorum in molliores hinc laxitas inteſtinorum, & ita etiam hoc malum inducitur.

Somnus profundus eſt, ſed evigilantes ad palpitationes cordis, flatulentias facile ruunt: a brevi ſomno pejus habent.

Urina in malo exacerbato limpida eſt: miteſcente vero impetu nihil peculiare offert: interdum craſſa, imo nigricans cum arenulis.

Prognoſis: Exaſperatur magis à vita ſedentaria, frigore, tempeſtate humido-frigida, repentinis corporis & animi motibus.

Qvi levius hoc malo tentantur, motibus à ſcrobiculo cordis ſiniſtrorſum expoſiti ſunt; Qvi vero acerbius & gravius, illi vehementioribus meſenterii inſultibus torminoſis, ſingultuoſis, ſuffocativis, vomibundis & inflativis urentibus ſiniſtri hypochondrii divexantur.

Sic mox magis ſpasmis ex hoc malo laborant ventriculus, mox meſenterium, mox he-

mox lien, mox hepar; unde etiam varia his visceribus propria symptomata lenia vel gravia divexant.

Hoc malum sibi relictum, plus incommodi qvam periculi portendit.

Qvocunque vero modo turbatum & diutius persistens, facile inducit febres intermittentes, maxime qvartanas lentas pertinaces, icterum flavum, scirrhosas præcipue in sinistro hypochondrio indurationes, tumores œdematosos varices crurum, melancholiam, vertiginem, apoplexiam, catarrhum suffocativum, paralysin, colicam, podagram, arthritica pathemata etc.

Solerti observatione constat, qvod multi hoc malo exerciti vel ab ejus impetu vel plane in totum liberentur, hæmorrhoidum adsveta fluxione; vicissim contra.

Hypochondriaci periclitantur magis ex rheumatismis catarrhis, passionibus acutis, febribus malignis, petechialibus, purpura etc. qvando illos adoriuntur.

Qvo magis pathemata præcordia & lienem angunt, eo facilius vomitus cruentus erumpere contendit:

Qvo magis vero pathemata circa inferiora adsunt, ibi hæmorrhoidum fluxus intenditur.

Malum hoc, sicut annosos rarius infestat, qvam juniores, sic gravius & obstinatius affligit.

Hoc malum antiqvioribus parum notum, posterum a Sennerto, Conringio, Highmoro, martino & aliis accuratius descriptum est.

Therapia haud secure admittit V. S. in brachio, vel exacerbato statu, vomitoria præcipue in progressu, purgantia acria fortiora, opiata, concentrata stomachica, carminativa, diaphoretica commoventia, olea destill. camph. Sal. volat. mercurialia salivantia, martialia cruda, absorbentia, terrea larga, antiscorbutica acriora, aloetica copiosa &c.

Eo magis vero conducunt propter plethoram V. S. in pede circa æqvinoctia, hirudinum applicatio ad loca hæmorrhoidalia.

Propter spissitudinem, motus & potus sufficiens, incidentia, attenuantia, acidularum usus largior, rad. resolv. sal. digestiva, laxantia volent.

Propter spasticas stricturas nitrosa absorbentia, salia digest. decoct. millefol. ess. adianth. alb. cort. chaccarill. clysteres emoll.

Ad tonum roborandum martialia temperata, cum sufficiente dilutione & abstersione, sal. vol. cum Tinct- alcalinis confect.

Demum hæmorrhoidum apertio vel revocatio per hirudines est pro aliis secura.

Indurationes viscerum.

α) Scirrhus lienis.

Subjiciuntur huic malo plethorici, uterqve sexus, ætas consistentior.

In caſarum cenſum veniunt congeſtio ſanguinis reſtagnatoria in ramo ſplenico, ex perturbatis hæmorrhoidibus & menſibus: præmaturæ intermittentium, ſpontanearum diarrhæarum, cohibitiones, nimis refrigerantia, Topica externa in regione lienis, in plethoricis ad hæmorrhagias proclivibus vomitoria, vehementes contuſiones, diæta craſſa, carnes infumatæ, adſtringentia, animi pathemata graviora &c.

Sentitur in ſiniſtro hypochondrio ſenſibilis durities, velut oblonga ventrem turgefaciens, dolor gravativus.

Ægrotus eſt torpidus, tædioſus, taciturnus, anxius absqve manifeſta cauſa, reſpiratio laborioſa cum tusſi ſicca.

Color faciei & reliqvi corporis eſt luridus ad fuſcum nigricantem ſubviridem tendens, cum oculis qvaſi altius retrocedentibus, & circa orbitam livente cutis ambitu.

Alvus ſimul eſt valde ſegnis, vel vaga, vel anomala.

Appetitus familiariter avidus eſt, interdum ſine cauſa manifeſta faſtidioſus, nauſeabundus, cum potus averſione.

Ructus & flatus incommodo ſunt.

Urina tenuior, ſublivida virideſcens, imo dilute nigricans.

In pede ſiniſtro communiter intumeſcentia dura, inſolito livido nigricante colore ſqvalens, cum dolore urente, contuſetio,

 qvem

qvem in dispositis cachectica constitutio succedit.

Prognosis: Scirrhus recentior aliqvando, sed inveteratus fere nunqvam admittit discussionem, & est plerumqve ancipitis eventus: hinc potius artis inopia profitenda est.

Sibi relictus per multos qvandoqve annos sine periculo continuare potest.

Per emollientia tractatus, eventus præceps & periculosus acceleratur.

In therapia adhibentur resolventia paululum fortiora. V. S. derivatoria: Externe Emplastra resolventia, discutientia.

B.) Scirrhus glandularum mesenterii.

In adultis & annosioribus rarius agnosci potest, anteqvam jam asciticos vel hecticos affectus attraxerit; in ætate vero puerili ad 10. fere annos, & magis recurrit & manifestius se prodit.

Præcessit communiter vel insignis addephagia, vel nocturna frigida, sub somno, calente corpore, potatio: interdum adstringentium abusus in diarrhæis spontaneis.

Conjuncta est atrophia corporis cum calore depravato, & languore, appetitu mediocri, sed angustia & majore molestia post cibos.

Alvi inconstaus est successus, & qvandoq;

doqve ciborum minus digeſtorum rejectio.

Abdomen eſt durum, & ſi tenſio ejus nonnihil flaccescat, tactu inæqvalitatis & velut nodi qvidpiam in eodem.

Omnibus his ſcirrhis major vel minor febricula lento hectica accedere ſolet, vel Atrophia infertur.

C.) Schirrhus hepatis.

Subjecta & cauſæ fere cum ſcirrho lienis conveniunt.

Inſignis eſt durities, tenſio & gravitas dextri hypochondrii cum ſenſibili hectica & tabe corporis ſuperne: inferne vero tumoribus pedum, & deinde aſciticis contumacibus; reliqua cum ſignis ſchirhilienis coincidunt.

Prognoſis lienis ſcirrhi hic etiam valet.

Scirhus hepatis, uti ſeqvitur, ita & præcedit icterum præſertim nigrum, interdum hydropicos tumores. Comitatur ſubinde cachexiam maxime icteroidem, febr. lentas, ex ira natas, qvartanas ſuppreſſas etc.

Therapia ſimul convenit cum cura lienis.

D.) Icterus 1. flavus.

Subjicitur huic omnis ætas, magis tamen juvenitis & fenilu: item omne tempera mentum, magis cholericum; tum qvove uterqve ſexus.& omne temperamentum, magis tamen juvenilis & ſenilis, ſexus uterqve cholericum.

Interdum & infantes neonati ictero, ex restrictione sangvinis umbilicalis oripiuntur.

Exoritur facile ex constrictione ductus cholodochi, ex repentina repressione hæmorrhagiarum naturalium & artificialium, febrium intermittentium præcipue qvartanæ suppressione, male tractato mulo hypochondriaco, cachexia, hydrope, inflammatione hepatis vel duodeni vel ventriculi, obstructione vasorum biliosorum cum viscositate qvadam vel calculo, scirrhis hepatis, emeticis fortioribus, venenatorum animantium morsibus, venenis assumptis, abusu spir. vini & pingvium, cibis insolitis, crassioribus, animi pathematibus insignioribus, nimia refrigeratione, frigido potu, corpore calente, assumpto.

Signa sunt insignis lassitudo cum subita compressione sub scrobiculo cordis.

Inseqvitur sat cito coloris totius corporis, præprimis oculorum, mutatio in flavum sæpe saturatum.

Unde anxietas repentina cum angustia, qvandoqve respiratione difficili.

Interdum tacitis qvasi successibus exoritur.

Appetitus prostratus est, ad minimum post assumptos cibos pressionis hujus incrementum, cum cardialgia, nauseabundo sapore, & qvandoqve conatu vomendi.

Alvus modo segnior, modo laxior cum pallidis interdum lientericis excrementis.

Animi

Animi & corporis languor ac faſtidium.

Somnus eſt inqvictus, interdum multus & profundus.

In qviete calor ſolito major morſicans & veluti pruriginoſus eſt; ſub aliqvo corporis motu vel in libero aere frigus imprimis circa externa.

Urina ſaturate flavet, adeo, ut paucæ ejus guttæ, chartæ vel linteo adſperſæ, colore hoc illud tingant. Interdum plane granati inſtar ſed paulo fuſco colore rutilat: agitata mox in parietibus vitri ſaturatam flavedinem monſtrat, imo flavam ſpumam format.

Prognoſis: in Junioribus, qvam annoſis, facilius tollitur.

Icterus inflammationibus hepatis, duodeni, ventriculi ſuperveniens, ſatis periculoſus.

Febribus ardentibus critice accedens bonum; ante criticum vero diem cum magno inſultu, malum omen affert Hipp. Sect, IV. aph. 62.

In conſvetudinem abiens icterus, ſæpius redire ſolet & qvidem qvandoqve certis diebus.

Fluxus hæmorrhoidalis, ictero ſuperveniens, ſpem ſolutionis facit.

Meraci & imprimis vini aduſti potatores ictero laborentes, ut plurimum prognoſtico relinqvendi ſunt.

Therapiæ adverſantur vomitoria promiſcue, præcipue in ictero ex ira orto, purgan-

tia fortiora, valde commoventia, Martialia cruda, nimia abſorbentia, adſtringentia opiata, nimis refrigerantia, fortiores regiminis impulſus balnea æſtuoſa, anicula & frivola nauſeabunda ſympathetica & alia experimenta. e. g. ſtercor. pediculi etc.

Proſunt reſolventia, incidentia amara, Decocta ex rad. herb. & flor. Sal. digeſtiva. Specif. rad. curcum: chelid. m. lumbr. terreſtr. &c.

Subjungitur laxatio blanda cum contemperantibus nitroſo-abſorbentibus.

Demum tonica & roborantia.

De V. S. in Ictero disputatio in utramqve partem agitur, ubi vero plethora hunc morbum acceleravit, prorsus non rejicienda eſt.

2. Icterus niger.

Senibus familiarior eſt.

Cauſa in chronico & contumaci lienis vitio plerumqve reſidet.

Plurima ſymptomata in hoc acerbiora ſunt; color itaqve eſt nigricans in toto corpore & in oculis, imo ſputum ipſum excernitur nigrum, vel inſigniter flavescens.

Calor eſt hecticus cum inqvietudine, tabescentia &c.

Magis in ſiniſtro, ut in flavo in dextro latere, ſunt tenſiones, presſiones.

Pro-

Prognoſis: Qvo annoſiores invadit, eo difficilior eſt ſpes reſtitutionis.

Intereunt hectici, rariuscule inferiorum partium œdemate affecti, præſertim niſi mox ab initio hujus generis intumescentia cum ictero complicata fuerit.

Eadem fere therapia cum flavo.

F. Tusſis hypochondriaca.

Exoritur a labe qvadam, infarctu vel ſcirrho hepatis &c. in hypochondrii visceribus.

Stomachalis oritur ex pravis humoribus in ventriculo.

Hypochondriaca magis ſicca eſt, & vehemens, effera, vocem illibatam magis relinqvit.

Si e ſtomacho magis exoriatur, tendit ad vomendi conatum.

Concusſio iliorum tusſiculoſa adeſt, & increbeſcit poſt paſtum, motum corporis præcipue ascenſorium velocius eundo, bibendo largius vel frigidius; non æqve ab aere frigido attracto, uti etiam æger profunde reſpirare poteſt, ſine ſenſu alicujus in pectus reniſus.

Prognoſis: Hypochondriaca ſicca tusſis, freqventer de- & recurrens, merito ſuſpecta eſt de ſcirrhoſa conſtitutione in hepate.

Qvoad curam bene discernenda hypochondriaca tusſis a pectorali, qvamqvam inter-

dum, & hoc qvidem per accidens, cum hypochondriaca & ſtomachali pectoralis concurrat.

In therapia nocent vomitoria, poſitiva purgantia, nimis pectoralium uſus, valde commoventia, narcotica &c.

Poſitiva cura reqvirit ea, qvæ in Scirrho & infarctu hepatis commendantur.

Vitium etenim hepatis vel ventriculi ſi ſublatum, tollitur fere tusſis tanqvam ſymptoma.

Membrum II.

Conſectaria renum hæmorrhagiæ.

Art. I. Nephritis.
II. Calculus.
III. Ulceratio renum.

α) Nephritis ſimplex.

Succumbunt huic Subjecta ſpongioſa prædominantis ſanguinei temperamenti, ætatis juvenilis accrescentis & virilis tum ſenilis, rarisſime ſexus fæmininus.

Iunior aut infantilis ætas nunqvam corripitur, niſi ex diſpoſitione hæreditaria vel cauſis externis violentis.

Cauſæ internæ cum cauſis podagræ & mali Iſchiadrici convenient.

Pro-

Procatarcticæ ſunt rerum non-naturalium abuſus, vectura fortis, inſolita ira, & quæ diureſin copioſiorem promovent etc.

Signa ſunt dolores per initia in regione lumborum tendentes, prementes.

Fiunt hi dolores ſenſim auctiores, lancinantes, cum anxia inqvietudine.

Nonnunquam præſente dolore, totum ſimul illud femur imo crus ſtupeſcit et obrigeſcit, imo vel doloribus etiam eo excurrentibus afficitur.

Dolor eſt ſæpe cum horrore vel ad minimum cum horridula vaga percurſatione.

Interim hi motus ordinarie nec adeo vehementes ſunt, nec typum aliqvem ſervant, ſed vagi potius inter horripilatorium & æſtuoſum ſenſum.

His junguntur agrypnia, aut ſomnus ob dolores brevisſimus, nihil reficiens; ſummus virium lapſus, dolor capitis obtuſus, cum perturbatione vertiginoſa.

Alvus clauſa freqventius eſt, ad minimum ſicca.

Singularis nephritidis conſenſus eſt cum ventriculo & primis viis; hinc tormina inteſtinorum colica, vel vomitoriæ ventriculi everſiones.

Durant dolores per aliqvot dies, fere ad 4tum, & ſæpenumero, ægro incautius vivente, poſt longum tempus demum revertuntur.

Ægro-

Ægrotus a decubitu pejus habet, melius a mediocri ambulatione: calorem bene, frigus male fert.

Adeſt crebrior qvidem mingendi conatus ſed urina parcior & tenuis exit; doloribus vero obtuſioribus exiſtentibus urina craſſa & cum filamentis qvaſi mucidis omanat.

Prognoſis. Quo freqventius & acrius recurrunt paroxysmi, eo plus periculi minantur, & eo gravius exulceratio prævaleſcit.

In junioribus longe vehementius nephritis exacerbatur & difficilius tollitur, quam in ſenioribus.

Nephriticis hæmorrhoides ſupervenientes, bonum. Hippocr. Sect. VI. aph. II.

In Therapia caveri debent Purgantia fortiora, nimis calefacientia commoventia, adſtringentia in- & externe nimis emollientia, aloetica, opiata, nimis refrigerantia, Mercurialia, diuretica omnia acriora. Externe, Emplaſtica etc.

E contra conferunt clyſteres emollientes, temperantia nitroſa, alterantia, interpoſitis ad diſcusſionem alexipharmacis. Subjungantur Tonica.

Externe diſcutientia camphorata, ſacculi ſicci, Empl. Sapon. Barbett. haud diu parti dolenti impoſitum, ſed per vices remotum.

β) Calculoſa.

Subjecta habet cum ſimplici communia, & ſimplex communiter præcedit.

Cauſæ

Causæ sunt hæreditaria dispositio præ aliis violentia externa, mala simplicis tractatio per incondita medicamenta.

Invadit dolor non solum in ipso lumbari præsertim finistro latere ad spinam dorsi sed etiam antrorsum juxta ductum ossis Ilei seu potius intus in hac regione secundum ductum ureteris.

Reliqva symptomata consentiunt cum simplici.

Rarissime vera talis calculosa nephritis adest sine sabulo in urina.

Differt interim omnino sabulum a tartaro urinæ.

Et qvidem Sabulum statim cum urina erumpit & fundum petit; tartarus sub refrigeratione demum coalescit.

Sabulum est lateritii dilutioris, tartarus rubicundioris coloris.

Sabulum universum subsidet, tartarus angulosis parvis crystallis circa latera vitri accrescit.

Tartarus non nephritidi directe sed omnibus motibus & moliminibus arthriticis, ischiadicis, podagricis jungitur; sabulum contra soli huic vel jungitur, vel vestigia legit, vel intercursat.

γ.) Calculus Renum.

Subjecta fere cum nephritide eadem fovet; scilicet homines prædominantis anguinei tem

peram

peramenti, laxioris & spongiosioris habitus. Ætas juvenilis, freqventius vero virilis, podagrici, sexus potior longe crebrius, qvam seqvior, subjacent.

Graciliores rarissime, nisi ex hæreditaria dispositione, causis violentis, empyrica tractatione, vel evacuationum naturalium & artificialium suppressione vel neglectione.

Causæ, qvæ inducunt, sunt congestio versus renes, hæmorrhoides externæ, molimina huc collimantia, menses non fluentes s. desvescentes, podagra, malum ischiadicum arthriticum, nephritis, mictus cruentus; Vinum, venus, crapula, otium, animi pathemata, cibi dyspepti, potus fæculentus, lithontriptica, diuretica &c.

Signa: Dolor est magis tensivus, profundus, pressorius vel utrinqve vel in alterutro saltem latere.

In pure sanguineis hic dolor intolerabilior, & magis inflammatorius est.

In phlegmaticis major stupor, & languor.

Qvieto corpore dolor magis mitescit, qvo nephritis simplex potius exasperatur.

Difficultas urinæ, & conspiciuntur in hac nunc & tunc sabulum vel parvuli calculi maxime post lithontriptica.

Aliqvando prodit cum urina tenax & viscidus mucus, vel ad minimum mora diuturniore in eadem subsidendo concrescit, qvod proprie indicium est calculi cum in-

signi

ſigni impetu tendentis & vehementi præcipue ureteris presſione agitati.

Concurrunt horripilatio, ardor, virium & appetitus dejectio, agrypnia, inqvietudo maxima, vomitus vel præcurrens vel ſuccedens, & qvo inſolentiores ubiqve dolores, tanto gravior febris, vel convulſionis motus.

Ubi calculus per ureterem descenſum tentat, dolor ad regionem osſis jlii usqve excurrit.

Qvi in uno latere magis calculum gerunt, illi tempore exacerbationis, ſtuporem femoris & reſtrictionem teſticuli in illo latere perſentiunt.

Calculus ipſe qvoad materiam mucido-terreus videtur, unde ſolutioni in menſtruis ſalinis non ſolum totus obſeqvitur, ſed etiam languide.

Aeri expoſitus exſiccatur, & decreſcit, primo friabilis; jam vero denſatus, imo uſtus, tam humiditatis qvam pinguedinis empyrevmatici & ſalis volatilis notabile qvid fundit.

Qvoad formam magnitudinem æqvat renalis piſum, ſæpius adhuc minor ad ſeminis cannabis, milii, imo ſabuli proportionem.

Majores rari ſunt, occurrunt tamen, qv adſcendunt ad nuclei, pruni alborei, Herbſt Schleen, prunomali perſici, Morellen und Apricoſzen &c. magnitudinem. Majores inuſitati ſunt.

Color

Color fulvus eſt aut exobſoleta flavedine palleſcente quaſi leniter ruffeſcens.

Aliqvando circa ipſam ſuperficiem mediocrium calculorum faſtigiata quædam granula veluti Cryſtallorum ſalinam indolem, produnt; ſi vero granula ſigillatim cum urina prodeant, his ſabuli nomen imponitur.

Prognoſis itaque in vero calculo omnia funeſta prædicit, niſi vegeta admodum ætas, & virium energia ſumme præſto ſit.

Poſt diuretica fortiora ſubinde copioſus muci tenacis cum urina exitus, atqve ita ſabuli & calculi moderatio procuratur; renum vero valentior ulceratio cum hecticis & lentis tabidis conſectariis inducitur.

Fruſtra ergo interdum palliatur ad breve tempus, ſed facile repullulat, & vel in hæmorrhoides vel podagram fit tranſitus; vel hectici intereunt, prævaleſcente renum exulceratione, quam non inepte quidam phthiſin renalem appellant.

Sermo vero eſt de vero conſummato calculo, non de tartareo ſabulo.

Viri majores dolores in expresſione calculi quam fœminæ ſuſtinent.

In Therapia magis noxia ſunt purgantia fortiora, vomitoria ut plurimum, diuretica pellentia acriora, oleoſa calida, nimis diu & incongrue uſurpata, opiata narcotica, adſtringentia etc.

E contra magis proficua ſunt in paroxysmo

cly-

Clyſteres repetiti, pulv: nitroſo-temperantes cum digeſtivis diureticis; emulſiones, diluentia lubricantia, anodynorum refractæ doſes, blanda pellentia, & demum tonica ſpecifica:

Externe inſeſſus, balnea, fotus & ſacculi calidi, ungventa emollientia

Præſervative conveniunt V. S. Scarificatio circa æqvinoctia, laxantia per rhabarb. conſolidatio & roboratio per traumatica ex herbis vulnerariis etc.

∂. Calculus veſicæ.

Subjicitur huic magis ætas junior, puerilis & infantilis; ubi tamen ſemper conjuncta eſt hæreditaria transmisſio a Parentibus vel etiam Majoribus nephriticis, arthriticis, podagricis.

Magis adultiori & ſenili ætati, qvando calculus evenit, ordinarie ex renibus oritur, & incrementum ſaltem in veſica habet.

Eædem fere ejus cauſæ, qvæ in renali ſunt: interim in teneris etiam infantibus προκατάρκτων vitium nutricum cibis enormiter ſalſis abutentium, ulceroſo-ſabuloſam in renibus cauſari poteſt genesin, baſin veluti poſt hac veſicali calculo præbentem.

Signa ſunt, qvod hic calculus magis qvietus ſit

Si tamen commoveatur, dolor æque vehemens, ſenſus valde tendens & premens

in regione pubis & pectinis, concurrente urinæ ſuppresſione freqventiori aut plenaria, (ſine ullа cruentatione nunc comparente) cum ardore & mox involuntaria fluxione, una cum alvo, & appetitu turbato etc. horripilatione etc.

Eſt vel indigena vel advena ex renibus ſcilicet per uretheres in veſicam prolapſus.

Inde in veſicali ſemper invenitur renalis calculus, colore & figura ab veſicali diſcretus.

Cui renali in veſica ſuperaccreſcit tofacus cortex ac fit circa ceparum cortices.

Hoc ut plurimum in adultioribus aut ſenioribus, qvi veſicæ calculum geſtant.

Differt renalis a veſicali calculo, nempe:

In veſica communiter unicus aut pauci calculi adſunt, in renibus, ſunt plures:

Renales, breviore tempore ſenſim & granulorum ſabuloſorum parvitate recedunt, & exitum affectant; veſicalis non ſolum diutius, ſed per totam ſæpe vitam hæret.

Augeſcit qvoqve ordinarie in majorem ingentem pasſim molem & nunc ovi columbini, nunc gallinacei dimidii & interdum integri, aliqvando anatini.

Et communiter multo durior vel ponderoſior, qvam renalis; tenerior tamen & æqvalior, glabrior, qvaſi ævigatus interdum.

Prognoſis: Conſummatus calculus reſpu. pharmacevticam curam, tenetqve qvos ſemel

semel in vases, ad ipsam usqve matem obsessos qvam perti nacissime.

Si unus excernatur vel sectione extrahatur, solet subinde alter succrescere.

Qvandoqve in junioribus tabes & atrophia accedit, cum variis confusis pathematibus.

Calculus vesicæ modo libere, huc, illuc fluctuat, modo aliis vesicæ qvasi adnatus & immobilis est.

In fœminis calculus vesicæ est rarior

Therapia cum renali convenit.

E.) Ulceratio renum & apostema.

In ulceratione renum freqvens tenacis fundum petentis, neqve tamen adeo multi muci in urina proventus adest, cum striis sanguineis vel cruento colore mucum inficiente, qvod signum magis indubium.

Urina est crassa, turbida, fœtida: sedimentum lacti non admodum dissimile.

Æger ad decubitum usqve non graviter afficitur, licet dolorem qvendam, non tamen exqvisitum in lumbis sentiat; sed incalescentia interna hecticode qvasi perpetuo obsidetur.

In apostemate pus cum urina prodit.

Dolor inflammatorius præcedens insignis prodit communiter hanc suppurationem cum febre satis acuta, æstuola.

Rarius contingit, ut vomica sub minus sensibili dolore impetu erumpat, & crassum pus in notabili qvantitate simul & semel evomat.

Qvando vero in ulcus transit apostema, vel abrupti grandioris calculi manet cruenta sedes, prodit se ulceratio talis per tenacem viscidum mucum, interdum magis vel minus cruentum, interdum absqve cruoris indiciis.

Concurrit perpetuo dolor freqvens in alterutro, communiter sinistro, lumbo, tanto magis, si motum aliqvem susceperit æger, præcipue lumborum contusorium.

Conjuncta ordinarie est hectica febricula, qvæ per leves occasiones externas diæteticas, imo patheticas exacerbatur concurrente ordinarie majore impetu doloris, & proventu muci cruenti.

Si vero talis tenax mucus excernatur, sine doloris sensu in lumbis; sed in vesicæ regione plus minus vehemens percipiatur dolor, tunc vesicæ vitium est, & qvidem vel calculum vel ulcerationem, aut inflammationem vesicæ subesse indicio est.

Qvæ in calculi historia relata, huc qvoqve referenda sunt.

Bene tamen discernendus hic fluxus muciditatis a gonorrhæa.

Mem-

Membrum III.

Uteri hæmorrhagiæ consectaria.

Art. 1. Pasſio hyſterica.
2. Fluor albus.
3. Affectus gravidarum & puerperarum mola.

1.

Pasſio hyſterica.

Subjacent huic ſexus fæmininus, rarius virgines, freqventius mulieres a 30. ad 40. 50. annos, temperamenti ſangvineo-melancholici.

Et longe crebrius ab hoc malo infeſtatur ſexus fæmininus, quam virilis ab hypochondriaco.

Præter menſium ataxias, inducuntur hæ pasſiones a defectu lochiorum, a cesſatione menſium poſt ſeptimum ſeptenarium, concurrentibus præcipue gravioribus animi pathematibus; in cælibatu & viduitate, nonnunquam a conſvetudine, diſpoſitione hæreditaria, incontinente præcipue libidinoſa animi cupiditate, in monialibus, viduis juvenculis: interdum in gravidis & puerperis ab albi fluoris improvida cohibitione, etc.

Remotius a diæta lauta, ſicca ſine potu & motu, odore, maxime ſvaveolente, qviete nimia, acidis, lacticinis, fructibus horæis.

Freqvens comes eſt colicæ, calculi, febrium intermittentium continuarum etc.

Symptomata qvæ in malo hypochondriaco adſunt, acerbiora hic ſunt utplurimum.

Hinc præcordiorum vehementisſimæ angustiæ, oppresſiones, ſuffocationes, inflationes feroces, conatus vomendi, cum ſangvinis vomitu interdum, vel vacui adſunt;

Concurrente inappetentia perpetua, imo nauſea, appetitu vago, freqventer abſurdo.

In medio ventre ſunt repentinæ violentæ corruptiones presſoriæ, qvaſi duabus manibus hæc regio corripiatur, hinc profunda umbilici retractio ut propterea tanquam duplicato corporis ſitu ſedere aut jacere cogantur afflictae.

Jam correptiones ſuccusſatoriæ & ſingultuoſæ (vulgo (Hertz-Stösse) flatulentiæ tum vagæ tum ſtatariæ & in loculo aliqvo velut volutando oberrantes cum torminibus violentis (es wacket ihnen wie eine Kugel im Leibe.)

In pectore adſunt reſpirationis difficultates cum vehementibus cordis palpitationibus.

In faucibus ſtrangulationes, deglutiendi vitia.

In capite immanes hemicranici dolores, clavus hyſtericus.

Nempe veri inſultus dolorum immanium, als wenn der Kopf zerspringen müste, cum vertigine, imo mentis interdum obnnbilatione.

Differt gradu a malo hypochondriaco, dum

1.) fœminæ non modo multo ſæpius & numero pluribus inſultibus, multo promptius & ex leviori occaſione, ſed etiam multo citius ſecundem ætatis proportionem, multo diutius ſecundum ætatis progresſum, deniqve longe ferocius ab eo percelluntur.

2.) Loco & modo ſpeciali dum, in his ad menſtruas, in viris ad hæmorrhoidales evacuationes inclinat.

Prognoſis: hæc pasſio ad facilem reditum & conſuetudinem, omnia impetuoſiora minantem, prompta obſervatur.

Obſervatur etiam, qvod certis temporibus qvandoqve certis horis maxime veſpertino tempore recurrat.

Hoc malum, qvo magis perturbatur, eo facilius tranſit in vomitum cruentum, in paululum activioribus in hecticam.

Therapia repetenda eſt ex malo hypochondriaco.

Pro ſedando impetu millefolii uſus moderatus cum prudenti Sal. volat. miſcela admodum prodeſt.

i) Suffocatio uterina, & Epilepſia hyſterica.

Suffocatio ſive ſtrangulatio hæc ſyncopes indolem æmulatur, niſi qvod ſenſum notabilem compresſorium modo in præcordiis, modo in faucibus formet.

Habet communiter ſpaſtici ſive tetanodes qvid in exterioribus, ut totum corpus ad rigorem magis quam flaciditatem diſpoſitum deprehendatur: vel circa os & maxillas ſpaſtica renitens conſtrictio ſeſe exſerat.

Qvo magis ſpaſtica hæc pathemata in abdomine inſoleſcunt, eo magis convulſivum genium induunt: unde cum manifeſtisſimis ſuccusſionibus, volutationibus, tranſcurſionibus qvaſi reptilibus (als wenn ſich ein Wurm oder Schlange fortſchlünge) vibrationibus, incitationibus ſeſe ſiſtunt.

Qvibus & mentis obnubilatio, patentibus oculis, conſtrictis maxillis sive ſub ſtrictura agitatis, & collectio manuum in pugnos ſuperveniat, Epilepſiæ hyſtericæ nomen affectus habet.

2) Fluor albus benignus.

Expoſitæ ſunt huic cujuslibet fere ultra pubertatem ætatis fæminæ, magis tamen provectiores; aliqvibus in locis qvaſi endemius eſt fluor, adeo adfligit virgines, mulieres, viduas, & gravidas. Contingit interdum infra pubertatem.

Exoritur a conſvetarum naturalium & artificialium evacuationum turbis & neglectu; a laſcivis deſideriis; perverſa & ſpisſiore diæta; habitu cachectico; partu laborioſo; abortu freqventi; violenta ſecundinarum avulſione; molæ geſtatione; habitatione in locis paludoſis; aſſumptis acidis, lacticiniis; ſomno nimio,

mio; qviete immodica; venere nimia; animi pathematibus; perverso more cum æneis receptaculis (vulgo feuer Stübgens) prunar: suppositarum.

Exerit se manifesto exitu & madore, in vagina uteri ejusqve orificio, inconsveto mucidæ materiæ.

Qvæ simpliciter albuginea qvasi limpidior est, per se, nisi sub labore corporis adeoqve genitalium attritu, neqvaquam lædit.

Hæc vel continuo afficit ægras vel statis magis temporibus, idqve præcipue mensium tempore maxime post cessantem illorum fluxum.

Patiuntur æquæ instantis fere menstrui fluxus tempore, dolores insignes, modo circa lumbos & os sacrum, modo circa sinum urentes, tensivos, imo qvasi rumpentes.

His accedunt lassitudo totius corporis, extenuationes, contabescentiæ, aliqvando inordinata alvus, vitia urinæ.

Dum durat communiter mensium fluxus per pauciores dies, huic immediate succedit hic fluor albus, primis prætermi diebus copiosior lensim iterum cessans.

Prognosis: Fluor benignus respectu ad curam, curatu difficillimus est, & qvo diutius duravit, eo difficilus profligatur.

Imo qvando demum curatus est, sæpe tamen per paroxysmos qvasi redit, hinc cura sæpius repetenda est.

Incongrue suppresso superveniunt affectus rheumatici, ischiadici, semi, podagrici aut arthritici, hysterici, cardialgici, colici anoterici, asthmatici, spastici, catarrhales suffocativi, melancholici, deliria, pthtisici, &c.

Optima etiam methodo nihil stabile sæpius obtinetur, nisi vita per matrimonium, vel impraegnationem, vel etiam neglectis libidinosis cogitationibus, in integrum mutetur, aut malum sit admodum recens.

Therapiam pervertunt fortiora purgantia drastica, adstringentia, præmature sistentia, cantharidum usus longior, acria diuretica alia, nimis impellentia, calefacientia nimis, & nimis refrigerantia, incrassantia, opiata, cibi nimis aromatisati, acidi, crassi, aer humido-frigidus.

Magis e re sunt in corpore plethorico V. S. in pede, abstergentia, blanda uterina cum interpositis laxantibus, vel vinum medicatum abstergens & laxans, Demum Tonica, Martialia secura, nervina secura.

3. Fluor albus malignus, virulentus.

Subjiciuntur malo huic, qvæ malo venereo infectæ sunt.

Causa itaque est inqvinatio venerea.

Signa sunt, materia discolor, flavescens virescens, saniosa, imo excorians, urens, in-

inflammans, & exulcerans, tum orificia & labia pudendorum, tum interdum ipſas vicinas & contiguas regiones femori utrinqve adjacentes.

Apparet, in hoc præſertim, diu durante affectu ut plurimum decolor & ſqualidus faciei adſpectus; livida oculorum circumferentia.

Simul adſunt perpetua laſſitudo totius, cardialgiæ freqventes, qvaſi ſuffocativæ, difficilis reſpiratio cum palpitatione cordis, febris lenta, plerumqve anomala, fluor non eſt periodicus, ſed magis continuus.

Prognoſis: Fluor malignus ſubinde citius adhuc, qvam benignus, per convenientia antivenerea, ſuperatur.

Incongrue ſuppreſſus longe periculoſiora, qvam benignus, ſymptomata inducit, prouti varios decubitus, ulceroſos, ſcabioſos refractarios.

Totam maſſam Sangvinis inqinamento inficit: & ſi ex contagio viri ſit, niſi hic prius curetur, inſanabilis eſt.

Therapia vera reqvirit purgantia, ☿ alia, abſtergentia, diuretica mitiora, invertentica, tandem ſpecifica, correcta probe materia, uti os ſepiæ.

4. Affectus gravidarum & puerperarum.

Signa graviditatis ſunt, qvando mulier recte

recte sana, ingravidata, mensium fluxu destitui solet; non tamen simpliciter & absolute, cum & alia morbida ratione supprimi possint menses.

Imo qvibusdam plethoricis etiam sub gestatione diu menses fluunt, unde calculus ab emansione mensium factus semper fallit. &c.

Nausea carnium, earumqve nidoris fastidium accedit: At non in omnibus.

Ventris intumescentia succedit maxime globosa circa umbilicum non complanata, sed summitatem totius hæmisphærii efformans, durities æqvalis versus ilia remissior, imprimis flatibus absentibus.

Blandum & successivum hujus intumescentiæ augmentum fit, pedibus œdemate liberis; rarissime enim morbidus tumor in abdomine directe incipit.

Motus fœtus, septimana 20. præterita certius signum evadit, qvanqvam obscuri, non tamen subterfugiunt fœminas, imprimis si illos aborborygmis & latibus discernere doceantur, sicu etiam locus motus fætus altior sub hypogastrio á flatibus differt.

Dolor a calcitratione fœtus postremis 2. mensibus evenit semper adeo ferox, ut matribus etiam qvandoqve lipothymia impendeat, & anxiam qværelam, imo lacrymas, excutiat.

Urina gravidarum recte sanarum, colore &

& limpida claritate sanitati respondens, claro loco versus angulum spectatus exhibet atomos subtilissimi pulveris internatantis (wie Sonnen-Steublein) qvod tamen etiam in obstructione mensium observatur; qvamqvam tunc crassiores sint atomi.

Hæc de successu legitimo.

Qvo enim magis gravidæ sobrietati sunt deditæ, & a vehementia affectuum sibi temperant, eo saniores gignunt infantes, & mitius post partum decumbunt.

Aliis vero & sensibilioribus evenit primis 4. vel 6. septimanis non solum ventriculi perversio & fastidium carnis, sed etiam vomitus, qvi tamen rarissime toto gestationis tempore per durat.

Aliis constat appetitus ordinarius: Aliis augescit eximie.

Nonnullis accidit malacia, aliis pica.

Incurrunt qvoqve gravidæ sæpius in rheumatismos, tusses, odontalgias, erysipelata faciei, lipothymiam &c.

Qvibusdam ultimis gestationis mensibus, qvando grandior fœtus ventriculi distensionem impedit, a ciborum assumptione oppletio molesta contingit: imprimis a cibis crudioribus, flatulentis, fermentescentibus, concoctu difficilibus.

Alvi successus deficit: raro qvidem ab incumbente uteri sarcina intestinuo recto, ubi simul etiam tenesmodem & inflationes

vesi-

vesiculares hæmorrhoidum, (Maſtkörner oder Tack) ardoribus etiam & ſemper ulceroſi erofione moleſtisſimas, experiuntur;

Longe vero familiarius ficcior alvus obtingit a parciore potu, deſidii, alveta hujus excretionis tarditate, cujus moleſtiam auget flatulentiæ conjunctio â refrigerationibus &c.

Aliis poſt aliqvot conceptionis menſes fluxus menſtruus prorumpit, imo poſt medium tempus, licet rarius.

Aliis loco menſium fluor albus præcipue illis, qvæ antea hoc malo affectæ fuerunt, vel jam cum affectis eadem fæminis familiarius vivunt.

Aliis per totum geſtationis tempus durat, poſt excluſum fætum cesſat.

Nec obliviſcenda eſt anhelitus difficultas poſt cibos, vel motus ſolito majores, tranſitoria, inprimis in edacibus.

Item extrema corporis habitus extenuatio ſub geſtatione, qvarbundam qvæ cæterum ſanæ amiores edunt infantes.

Aliæ pingueſcunt, & hæ edunt graciliores.

Nonnullis obveniunt lichenes (Leberflecken) in facie & collo, imprimis circa frontem; Aliis pallores, aliis inſoliti rubores, cum incommodis internis.

Tumor pedum, qvi ultra genua vel ad ipſum abdomen non procedit, ſemper ſponte recedit.

Qvo

Qvi vero abdomen invadit (qvod posterioribus maxime mensibus evenit) omnis medicationis est expers, & potius abortum provocat.

Asscitici tumores solvuntur nonnunqvam per puerperii purgamenta: nisi phthisis vel hectica jam ante impraegnationem adfuerint.

Si a primis mensibus oriantur, caute tractandi, ne abortus moveatur:

in Aliis venarum in alterutro crure inflationes varicosæ s. nodosæ & crispæ, imo totius cruris inflatio subtumida, perdurant:

Aliis magis phlegmaticis tumor œdematosus citra visibiles vasorum inflationes familiares:

Aliis cum tali vasorum infarctu Ecchymomata, sugillationum instar, braune und blaue Flecken umb solches ge Ader (fæm. vocant ein Kinds-Bein) quæ deposito uteri onere evanescunt; in qvavis vero impraegnatione redeunt, & semper extra graviditatem molesta sunt.

Gravidæ inclinant præ aliis communiter ad epidemicos & contagiosos morbos; ubi abortus periculum semper adest.

Sic morbi epileptici, vertigo, cæcitas, surditas, aurium tinnitus in gravidis facile recurrere solent: post partum utplurimum remittunt.

Mulieres aliâs extra graviditatis statum hemicrania vel hæmoptysi aut aliis morbis obnoxiæ, in graviditatis statu liberantur: deposito fætu talia mala recrudescere solent.

Qvi

Qvibusdam eſt dolor coxarum, lumborum & aliis ipſius ventris dolor tenſorius, ac ſi abdomen fiſſuram minaretur.

In plethoricis capitis dolores, artuum lasſitudo gravativa.

Urinæ ſemper mittendæ ſtimulus adeſt vel circa medium tempus, vel maxime ultimis ſeptimanis.

Aliæ præter ſuam indolem, imprimis poſterioribus geſtationis menſibus impatientiores; aliæ ad terrorem, metum, mærorem promptiores ſunt.

Item fæminæ, qvæ aliqvot proles ejusdem ſexus jam geſtarunt, ſi jam diverſi ſexus prolem concipiant, multo habent incommodius qvam antea.

Cæterum floridiorem colorem ſub geſtatione maſculi, pallidiorem ſub fæmellæ, illic alacriorem, hic torpidiorem gravidæ animum adeſſe admodum incertum eſt.

Et referunt fæminæ, qvod ſi prægnanti macula conſtans valde rubicunda, hæc ſit ſemper inſigni incremento ad inflammatoriam & abſceſſoriam alterationem: ſed ſegnius tamen prodiens, illa pro indicio maſculi fætus haberi mereatur.

Item gemellos geſtari ajunt, ſi per longitudinem lineæ albæ fuſca linea appareat, vel venter in medio planior, ad latera magis protuberet;

Qvod qvanquam utrumqve aliqvando

Con-

contingere certum est, nec tamen semper fit, sed etiam a concrementis aliis juxta fætum fieri potest.

De diverso fætus sec. sexum situ in alterutro latere in animantibus qvidem multiparis, bicornem uterum habentibus, non omnia de nihilo sunt; siqvidem semper in dextro cornu mares, in sinistro fæmellæ locati reperiuntur; Altiore tamen opus esset indagine.

Terminus partus legitimi felicioris incidit post ambitum 40. septimanæ sec: universalem experientiam, certius computandum, si ab eo tempore, qvo primi motus fætus sentiebantur, 20. septimanas præterito tempori addamus.

Fætus septimo mense exclusus differt & teneritudine & aliqvarum partium v. g. ungvium manifesta imperfectione.

Sanarum mulierum partus octavo mense est rarus, ut, nisi prorsus indubia proferantur exempla, nemo ad credendum possit adstringi.

Ubi v. sanitas matris aut fætus debilitatur; tunc præter naturalis partus utiqve evenire potest.

Abortum sanæ fæme v. g. rusticæ, mercenariæ, militares, & temperatæ aliæ atqve æqvioris animi; raro incurrunt.

Sensibiliores vero plethoricæ eidem e levissimis causis primis maxime mensibus expositæ sunt.

Primum inter has tenent terror vehemens,

ſubitus, Iracundia etc. debilitas fætus aut mors; tum vomitiones, earumqve conatus enormes, conatus dejiciendi torminoſi ſpaſtici, tenesmodes, clyſteres ſtimulantes, fluxus alvini longi, lienteriodes, diæta ſpirituoſa aromatica, veneris incontinentia,

Item purgantia acriora, vomitoria, pellentia validiora calida, motus corporis vehementior, caſus ab alto, ponderis gravioris elevatio, hæmorrhagia uteri excedens, prægreſſa cachectica conſtitutio, opiata incaute uſurpata, balneorum uſus freqvens, alvus ſtrictior, tusſis ferina, dolores vehementes, odores ſvaveolentes, fætor candelarum, V. Stio temeraria, uteri morbi, v. g. eryſipelata, ulcus etc.

Interim & ſunt, qvæ, a fortisſimis pharmacis & V. S. largioribus ac longis diarrhæis etc. nullum abortum patiuntur.

Abortientes ſane, ſi fœtus parum fuerit maturus, & illæ mox iterum concipiant, plerumqve circa idem tempus, ſive eandem geſtationis hebdomadem, denuo ab abortu tentari ſolent.

Nullo v. tempore facilius fit abortus, qvam his diebus aut ſeptimanis, qvibus aliâs gravida menſtrua ſua paſſa eſt; imprimis ſi hæc ſtata fuerint.

Abortus alio atqve alio tempore freqventior eſt. Qvinimo malum fit epidemicum ob diuturnam auſtralem præſertium in hyeme,

hyeme, tempeſtatem; Hippocr. Sect. III. aphor. 12.

Sub ipſa excluſione partim dolores & ſpasmi uteri ſunt leviores, obſcuriores, ſegniores: partim ſangvinis fluxus præ vero partu intemperantior eſt, & utrumqve eo magis, qvo minor eſt fœtus.

Obſervantur etiam corpore & animo torpidiores abortientes qvam parientes; ita ut vel ni ipſas lipothymias magis propendeant.

Fætuum adultiorum abortus præſagit ſuccesſuram ſterilitatem.

Sanguinis fluxus periodicus, qvi periodo catameniorum reſpondet, in gravidis 3. vel 4. paulatim erumpens, ſalutaris utplurimum eſt, & probe ab hæmorrhagia abortiva diſcernendus.

Ad præcavendum vero abortum jam aliqvoties factum repetita V. S. proficit; uteriq; mundificatio per pillulas balſamicas.

Iam hiſtoria molæ paucis inſerenda.

Concrementum tale irregular emola, membranaceum fibroſum, rarius carnoſum, non cum fœtu ſed ſolum geſtari ſolet; ſi vero ſimul geſtetur, partum difficiliorem reddit, & exitum ſemper intempeſtive maturat.

Iunioribus plerumque decedit facilius, & ultra annum non multum durat.

in Annoſioribus vero multo diutiushæret, ut cum illis ſæpe commoriatur, poſtqvam 2. 3. annos & ultra illas obſedit.

Qvalia exempla vide apud Moronum, qvi & exempla vivarum, monstrosarum, maleficarum qvasi molarum habet. vid. plur. in Forest. lib. 28. obs. 61. 62. Salmuth. cent. 1. obs. 65.

Hæ fœtum etiam enecare censentur, rostro ac unguibus conspicuæ, Fratres Lumbardorum dictæ.

Sæpius oriuntur molæ a prægresso abortu, imprimis valde immaturo & secundinis inde non exqvisite expurgatis.

Circa dimidium gestationis tempus non verus fœtus motus percipitur, sed potius palpitationes lenes, interdum autem sensationes obscuræ diu usqve ad partum continuantes, sub decubitus mutatione, ex uno latere in alterum velut pondus aut moles in hypogastrio eodem volutari sentiuntur.

Pathemata gravidis consueta hic qvoqve familiarius occurrunt, post dimidium gestationis tempus præcipue increbescentia.

Concurrunt irregularis fluxus uterinus sub tota gestatione intercurrens cum inflatione a primis inde septimanis spastica; insolitæ ex utero emanationes, taciturnitas, anxiæ pensitationes.

Abdominis turgescentia hic est planior & versus hypochondria latior; abdomen est alio tempore plenum ac distentum, alio iterum flaccidum & qvasi dimidia parte vacuum: sentitur etiam minus ordinarie pondus versus infimam abdominis regionem.

Tanto

Tanto certius mola adeſt, ſi vel ultra iuſtum tempus remoretur partus, vel hoc tempore dolores vel plane nulli vel vagi inconſtantes, qvin plane evanescentes contingant, abdomine in antiqvo ſtatu relicto.

Superfœtatio, a cohabitatione ſub tempore graviditatis oriunda, rarius accidit; qvin etiam, ſi fiat, utriqve fœtui, tam grandiori jam, qvam ſuperinducto recentiori abortus periculum impendeat; ſed prior ille valde tranqvillis ſuccesſibus ad juſtum partus tempus pertingat.

Certo autem imminet recentiori conceptui, cum maturo alterius partu, abortus.

Rarisſima eſt omnium, recentioris poſt editum grandiorem retentio & ad juſtum usqve tempus geſtatio, ſicqve vitalis partus valde rarus.

Nævi materni.

Hos nuda matris fictio, aut imaginatio falſa ſæpe producit, diſſolutione ſtructuræ prioris legitimæ in novam transmutatione.

Fiunt autem hi maxime â medio geſtationis tempore usqve ad partum: ut etiam paucis ante partum diebus talis aliqvando contigerit deformatio.

Nævi magis ſuperficiales qvamvis prolixi v. g. ab igne aut ſanguinis repentino terrore, (Blut und Feuer-mahl) qvin etiam

aliqvando protuberantes, fructibus horæis, muri, cancro, ranæ &c. similes, dissolvi possunt recenti sanguine lochiali, vel statim post partum matris vel aliarum puerperarum.

Præcipue si subjectum nævo affectum sit tenerioris ætatis & longius adhuc a pubertate distet; qvanqvam neqve hæc periodus, in sensibilioribus minime, omnem dissolutionis spem excludat.

Febres gravidarum.

In genere non sunt adeo periculosæ, si modo leniori methodo tractentur.

Intermittentes sunt in his contumaciores, sed modeste tractatæ parum periculi habent; turbulentæ vero, causa non sublata, suppressæ, non solum ad acuta schemata inclinant, sed ad recidivas post, partum etiam.

Acutæ semper periculosæ sunt, ubi excretio diapnoica temperata conservanda.

Ingruit per has febres periculum abortus, &, per evacuationes sanguinis una contingentes, periodi morbi totius eversio.

Hic fætus roboratio necessaria; sed apage balsamum Embryonum & adstringentia qvæ abortum magis provocant.

V. S. præservat a febribus hisce; in ipsis febribus exulet.

Qvemadmodum vero vigor fætus cognoscitur ex motu ejusdem non ita raro & vegeto, matris

matris ſanitati juncto : & contra debilitas ex rariore obscuro motu, & flaccida fœtus vacillatione qvaſi ſub decubitus mutatione ponderis inſtar in alterutrum latus hic volventur tum etiam mammis prægnantis acutis & lac præbentibus, ita hic loci qvoqve delibanda videtur

Hiſtoria fœtus mortui.

Cauſæ ſunt animi pathemata graviora, ira, terror etc. phantaſtica matris imaginatio, morbida imbecillitas, vel male ſuccedentes dolores in partu.

Si itaqve fætus tenerior langvide defungatur;

Accedant matris extraordinarius languor, & virium dejectio, horridula etiam ataxia cum valde volaticis ardoribus;

Cum capitis doloribus ad vertiginoſas usqve perturbationes;

Animi & præcordiorum anguſtiæ, appetitus vitia concurrant;

Mammarum qvoqve flacciditas & lactis in illis tenuioris viſibilis præſentia;

Nullus amplius fætus motus ſed ventris ad ingvina velut delabentis & cum flacciditate qvadam ita pendentis, inſolitum onus;

Ante omnia ſenſibile illius regionis frigus, Fætum mortuum eſſe colligendum eſt.

Hæc omnia in tenerioribus graviora ſunt, breviusqve increbeſcunt, ſemper ad lipothy-

miam usqve cum vario & vago caloris colorisqve ſtatu.

Ubi vero fœtus grandior & partui jam vicinior repente interit, imprimis ſub ipſo partu, inhorreſcit fæmina, ut etiam febrili frigore & horrore correpta videatur.

Vires animi & corporis fatiſcunt velut in momento; ſuccedunt anxietates, vertigines, lipothymiæ:

Dolores ad partum rari, debiles, breves revertuntur, imo plane evaneſcunt.

Imprimis autem refrigeſcit communiter magnopere regio infima abdominis ſupra pubem & nullus amplius ſenſus cujuscunqve motus fœtus percipitur.

Imo magis magisqve corpore & animo langueſcens fæmina ſuæ qvoqve mortis metum & eventum ſubit.

Partus ipſe hujus mortui fœtus difficillime ſuccedit ob matris debilitationem, dolorum ſev ſpasmorum raritatem, ceſſationem.

Prognoſis: niſi qvantocius ejiciatur, energia ad excluſionem defectura eſt cum reliquis viribus, lipothymia & vitæ periculo.

Qvod ſi fæmina robuſtior ſit, fœtus autem cum ſecundinis non excludatur, aut decenter educatur, hoc computreſcente graviſſima pericula, febres anomalæ mali moris cum ſumma debilitate, deliriis, convulſionibus inflammationibus, accedunt.

Et

Et si hæc qvoqve superet ægra, hectica, cachectica, chronica mala succedunt.

Therapia: Exclusio mature promovenda, cum expellentibus fidis, jungendo analeptica.

Qvod si ob virium & dolorum partus plenarium defectum spes exclusionis nulla sit, manuali extractioni chirurgicæ insistendum; & si nec huic locus sit, putredine incipiente omnia sunt difficillima.

Partus.

De termino supra aliqua, jam reliqua addenda.

Qvæ stata menstrua habent, si medio gestationis tempore motum fœtum notarint, & inde 20. septimanas numerarint, sed harum finis non in consvetum menstruum tempus incidat, sed proxime ante harum septimanarum finem tempus illud cadat; præcipue si in novi-aut pleni-lunium menses incidere sveverunt,) partum ipsis maturiorem. Si vero tempus hoc menstruum ultra dictum terminum se extendat, tunc adhuc tantisper exspectandum esse sciant.

Qvo magis pariendi tempus menstruo tempori consveto sese accommodat, eo facilior promittitur partus.

Qvæ vero ſtatum menſtruum tempus non habent, imo a phaſibus lunæ potioribus alienum, nihil exqv ſite poſſunt exſpectare, nec tamen inde debent trepidare; ſed ſi ſanæ ſint, vel etiam motum fætus percipiant, de partus ultra terminum tarditate ne metuant.

Partus plenilunio proximi familiarius difficilius ſuccedunt, ſed & minus freqventes ſunt, imprimis junioribus; ſiqvidem has magis & melius luna decreſcente ſive novilunio purgari, non vana eſt obſervatio juxta verſum: luna vetus vetulas, purgat nova luna puellas.

Langvens vero fætus maturius excluditur.

Appropinqvantis diſpoſitionis ad partum a pluribus diebus ſignum eſt molis abdominis, prægnanti plane ſenſibilis inclinatio ad hypogaſtrium deorſum: dicunt: Der Leib habe ſich geſacket.

Exiſtit præterea, imminente partu, innominata animi magis qvam corporis anguſtia; partim dolor qvidam, ſed neqve ipſe determinatus in principio, circa præcordia, lumbos, hypogaſtrium.

Dolores v. directi ad partum (Kindes-wehen, rechte wehen] differunt omni modo ab omnibus torminibus inteſtinalibus, dum veluti a lumbis incipientes ad ſinum progrediuntur.

Tormina vero interdum concurrentia epigaſtric-

ſtricam magis regionem infeſtant a veris doloribus ſenſibiliter diſtincta (wilde wehen)

Veri dolores deficiunt interdum in energia ſua vel minus rari ſunt, vel breves vel volatici;

Vel mox ab initio crebri & breves, ſuccesſive v. magis magisqve fatiſcunt, maxime, tempore necesſariorum ultimorum niſuum ceſſant & emanent.

Vel ſi ſolum fuerint nothi & ſpurii, puerperam irrito fatigantes aut ſi niſus parturientis & abdominis compresſiones perverſe & inordinate adhibeantur, directos ad partum dolores magis turbe nt,

item immoderato ejulatu & qviritatione vel etiam inauſpicata tusſi ſpasmi ad interiora directe diſtrah ntur & verſus ſuperiora revocantur, ut vehementer cephalalgias inducant, daß ſich die wehen in die höhe ziehen, nicht auf das Kindt arbeiten und gehen

Fruſtra eſt omnis dolorum apparatus, niſi apertio orificii uteri ſoli obſtetrici perceptibilis (daß ſich der Leib gebührendt eröffnet) vel præceſſerit, vel ab his doloribus promoveatur, qvod niſi fiat, partus vix promptus ac facilis expectandus eſt.

Si reſeratio ad thaleri magnitudinem facta ſit & convexitas capitis fœtus aperturæ uteri non tantum immineat, ſed etiam qvadantenus promineat, vocant: das Kind ſey recht eingetretten.

Ubi qvidem altero vel tertio vividiore

ſpas-

ſpasmo ſemper totus fœtus ſuccedit, ad minimum ejus progresſus contingit, das Kind rückt herbey.

Verus ſitus ab imperitis obſtetricibus non pro falſo habendus eſt.

Nunqvam autem procedit partus, niſi ruptura ſecundinarum facta ſit; ſicut etiam imperita eſſet obſtetrix extra hanc exqviſitum de ſitu fætus judicium formatura.

Legitime vero ſecundinarum ſpontanea expectatur ruptio, nec decet illas acicula vel ungvibus aperire: qvia ſpontanea ruptura late dehiſcit, & juſtum fætui exitum præbet.

Exitus fætus præter ſpasmorum & niſuum providam adminiſtrationem adjuvatur imprimis in ultimo molimine, ſi ſub regione incipientis oſſis ſacri ſuſtentetur quocunqve fulcro vel forti manu ſuppoſita, ut leviter antrorſum tollatur, puerpera.

Omnibus bene ſuccedentibus, ruptis ſecundinis, & effuſo in illis contento liqvore, erumpit fœtus funiculo umbilicali cum ſecundinis adhuc connexus;

Qvarum etiam excluſio paulo poſt, ſi cætera ſint legitima, ſatis tempeſtive & commode ſuccedit, repetitis levioribus doloribus, qvos etiam puerpera leni tusſi adjuvare poteſt.

Ita qvidem omnibus his rite procedentibus

bus, ſolet obſtetrix ipſum infantem tantisper in gremio ſuo linteis vel culcitris bene calentibus involutum ſervare & a ſecundinis ſeparare;

Ita ut funiculum umbilicalem ad largæ ſpitamæ longitudinem a corpore fœtus reſecet.

Sanguinis represſio ex funiculo intra corpus infantis, non æqve omnibus approbatur.

Tandem etiam obſtetrix propius circa abdomen fœtus, ad largi pollicis velduorum transverſorum digitorum largiuſculam menſuram, novam inſtituit ligaturam, & deniqve ſuppoſito mundo ſicco linteolo funiculum hunc peculiari faſcia obligat.

Qvantocius poſt partum puerpera in lectum bene calefactum collocatur;

Et abdomen mantili latiori bene ligatur, ne flatibus vel inordinato ſanguinis fluxui occaſio ſit.

Si jam qvieta ſit puerpera, teneriores etiam ſermoni parcant, fluit temperate & modice ſanguis, qvem lochiorum nomine ſalutant.

Hic fluxus largior procedens imprimis cum majoribus ſpasmis poſt partum durantibus, nachwehen, ſolet ſemper grumos formare integros, ſpasmis hiscæ ejictiendos,

Interim ſecundum proportionem habitus puerperæ præſtat & tolerabilior eſt mediocris exceſſus, qvam notabilis defectus.

Legi-

Legitime Lochiaa vix intra 14 dies cessant penitus, qvamvis non toto hoc tempore sanguis fluat, qvi rarius septimum diem transit, sed post sincerum sangvinem serositas s. ichor magis magisqve pallescens fluit, tandem qvantitate qvoqve in dies decrescens ut plane desinat.

Si vero perperam procedatur, vel intempestive supprimantur, non solum puerperæ omnibus hæmorrhagiis communia incurrunt damna, angustias scil. circa præcordia & spastticos varios circa abdomen effectus, sed & certius quam in alia hæmorrhagia febriles exæstuationes & uteri inflammationes.

Plura vid. de lochiis supra,

De reliquo omnes puerperæ fere, præcipue autem sub partu durius habitæ, primis diebus solent esse siticulosæ; idqve qvo magis evenit, eo parcius & levius dormire; nempe febrile qviddam subesse omnes circumstantiæ monstrant.

Lactis emersuri conamina sentiuntur mox post editum partum, attentis fæminis plane sensibilia.

Indicio est humoris tenuioris in mammas penetrantis & non ita parce emulgendi præsentia scilicet sero lactis turbidiori similis, colostrum dicti.

Tertio vero demum aut 4to die inclinante subseqvitur veri & sinceri magis lactis proventus.

Corripiuntur moliminibus constrictoriis circa

circa ſcapulas, & humeros, imo ad cubitos, manus, digitos exporrectæ viſibiles ſtricturæ.

Sub his multiplicibus & repetitis horroribus, qvos inde Milch-Schauder appellant, Sie ſehen blaß aus, ihnen iſt Kuhl, kalt, es komt ihnen über die achſeln gezogen wie ſtrike;

Concurrunt compunctiones acutæ ſed tranſitoriæ per mammarum meditullium.

Mammæ turgeſcunt, indureſcunt, imprimis tamen circa ipſum meditullium; & niſi tempeſtiva modeſta presſione aut frictione juvetur diſtributio ab intimioribus æqvaliter verſus exteriora, facile inde evenit induratio nodoſa maxime in primiparis, optime habitis & nutritis.

In ſenioribus accidit interdum, ut ex auræ lenis illapſu vel ſolo pudore extremae mammarum partes cito ſtringantur, atqve obſtipentur, ut nihil lactis illo tempore vel ſugendo vel emulgendo dimittant, qvod tamen cito remittit lactisqve progreſſus reſtituitur molli excutia mit einer Sammet-Bürſten, mammas fricando.

Nota eſt repentini terroris energia, qva tam alii humores quam ipſum lac cito repellitur; unde diſiectis tenuioribus partibus, crasſiorum condenſatio & coagulatio & hinc niſi diſcusſione mature præcaveatur, corruptio contingit.

Ipſœ fæminæ ab hac retroprêsſione lactisque impedito progreſſu ſentiunt ſenſum lancinan-

nantem peracutum: Es sey ihnen (nempe in terrore) wie ein Messer durch die Brust gefahren.

Qvo diutius nodi tales mammarum duri doloribus ardentibus, frementibus, interlancinantibus nunc & tunc affligentes, citra actualem exulcerationem hærent: eo pejorem deniqve formant corruptionem, & qvidem certissime cancrosam, si per aliqvot mensium spatium, anteqvam corrumpuntur, morem trahant.

Cancri occulti tunc nomine veniunt, qvi tamen etiam absqve prægressa lactis coagulatione atqve stasi interdum oritur a compressione, contusione, punctura mammarum.

Rarius initium hujus affectus occurrit absolute tacitum, nisi forte ex taciturnitate patientis cui neqve indicare veras circumstantias neqve confiteri expediat.

Fit enim ut clam gravidæ, abortum imprimis per violenta artificia pharmacorum expertæ, neqve de statu mammarum & lectis hoc tempore sive monitæ s. memores initia hujusmodi malo præbeant.

Qvale qvid certe non raro evenit, ubicunqve personæ extra matrimonium schirrhis talibus profundius hærentibus & grandioribus affectæ occurrunt.

In Subjectis tamen phlegmatico-sangvineis, plethoricis & qvæ horum est indoles, ad terrorem admodum propensis, potest etiam hoc contingere, extra ejusmodi suspicionem, qvod

qvod tanto magis ita omnino interpretari convenit, qvoties minoris & superficiei propioris scirrhi tales observantur.

Qvi conspici plane possunt, sunt moris eo peioris, qvo magis varicodem vasculorum circumjacentium faciem exhibent; qvo sæpius, fortius & diutius dolent; qvo altius sensus doloris ad meditullium mammæ penetrat.

Parturit hic cancrum ulceratum, vid. supra.

Papillarum, ut semper potius humidulæ sint, qvam siccæ, ratio habenda, dum aliâs facile fissuris afficiuntur cum ingenti dolore & molestia.

De cætero lactanti puerperæ fluctus menstruus emanet, nisi qvidem admodum plethorica sit: imo ne tunc qvidem vix obtingit.

Sicubi tamen eveniat, infantes inde sensibile incommodum experiuntur, imo ipsa mater in genere horridas qvasdam sensationes, lassitudinis & tensionis qvandam speciem sentit.

Qvæ vero non lactare vel volunt val possunt, omnino reditum hujus evacuationis experiuntur.

Notandum interim, qvod illæ fœminæ, qvæ & plethoricæ & satis sanæ proximo qvolibet a puerperio tempore, anteqvam ipsis menses semel vel iterum redierint, mox denuo imprægnantur, illo tempore incommodius

dius geſtent, niſi ventilatione ſibi ſuveniant; qvo ſubſidio hæ magis qvam ullæ aliæ indigent, præſentisſimum inde commodum ac utilitatem capturæ.

Hiſtoriæ medicæ ſpecialis Sectio III.

Hiſtoria morborum Lymphalium Cap. I.

Hiſtoria Oedematis.

Subjectis facilius evenit ſenioribus, eminenter plhegmaticis utriusqve ſexus, etiam gravidis ultimo geſtationis tempore.

Cauſæ ſunt humorum mucida ſpisſitudo, evacuationumnaturalium & artificialium ſangvinis & ſeri ſuppresſio & omisſio, vel largior profuſio, diſpoſitio hæreditaria, tumores calidi, ſcilicet plegmone, eryſipelas etc. per nimis exſiccantia, diſcutientia, uti ſpiritum V. camph. tractati, febres acutæ per Salia volatilia, ſcabies, affectus arthritici, podagrici, nephritici aut ſiniſtre ſuccedentes aut tractati, vulnera nimia refrigeratione artificiali aut potentiali occlusa; febrilis apoſtaſis nunc ad utrumqve nunc ad alterutrum pedem diffuſa. etc.

Externe magis huc faciunt aer frigido-hu-

humidus;cibi flatulenti;qvies & somnus nimius;animi pathemata sontica;diuturnior perfrigeratio artuum maxime pedum, & qvidem cum humiditate conjuncta, præcipue in fæminis sub mensium fluxu; nimis diuturna tensoria presſio femorum ac crurum intercepto libero humorum refluxu; diuturna eqvitatio, super eqvo lati admodum dorsi &c.

Signa sunt inflatio communiter satis larga partis alicujus, familiarisſime pedum atqve crurum, sine dolore, colore, imo sine qvocunqve præter naturali sensu;

Nisi qvod in malo prævalescente, sub hydropis metu, tensio interdum sentiatur notabilis, ac latius in corpore diffundatur.

Tum qvoq; tumor laxus & mollis, qvi digito presſus subsidet.

Hic tactu frigidus est, licet æger nullum ibi frigus molestum sentiat.

Alvus vaga est, sedentibus vel jacentibus segnior, erumpens nunc & tunc, imprimis ex victu difficilioris contionis.

Urina est vel pallida, vel obsoleto inter aurantium & floridum cerevisiarium dilutiorem colorem qvasi medio rubore imbuta & crasſa.

Utrinqve parcisſima, nunqvam liqvidorum asſumptorum qvantitati respondens.

Si hic ad summum pervenerit, nitet præ nimio infarctu cutis, & tunc ad minimum hinc inde ruffescit, ita ut vascula sanguife-

ra multa tenerrima in conſpectum veniant.

Seqvitur tunc ſenſus vehementis ardoris non tam ſuperficialis, ſed intimior, qvi ſane, ſi acuta febris vel hectica exacerbata concurrerit, gangrænodem corruptelam, ſphacelum, mortemq; minatur.

Differt a reliqvis hydropicis affectibus in tantum, qvod magis vaporoſus, qvam aqvoſus exiſtit.

Qvamdiu tumor ſolum pedes, crura, femora, coxas occupat, retinet ſimplex nomen œdematis; qvando vero abdomen ſimul notabiliter intumescit, hydropicus tumor judicatur.

Qvamdiu valde eſt conſpicua, ſed tamen mollis & ſatis laxa adhuc inflatio, Leucophlegmatiam appellant.

Per univerſum vero corpus excurrens & tanto infarctu habitum omnem tumefaciens, ut hic niteat & velut rupturam minetur, Anaſarca dicitur.

Prognoſis. Qvando ſemel partes occupavit, contumacius communiter inſiſtit, tanto magis in adultioribus & ſeneſcentibus:

Oedematoſi tumores, qvando improvide repelluntur, redundant ad interiora viscera: unde inflatio abdominis, hypochondriorum & præcordiorum, imo non raro verus hydrops, catarrhales ſuffocativi affectus etc.

Interdum alternant qvaſi cum aſthmatica afflictione, ita, ut ſi hi externi tumores im-

imminui videantur, mox oppresſio pectoris accedat, & vice verſa.

Phlegmonodea œdemata ex febribus, ſicuti contumacisſima communiter ſunt, ita habent fomitem plerumqve profundiorem & hydropicæ indoli propiorem.

Hinc œdemata ab internis cauſis ſubnata deteriora ſunt his, qvæ manifeſtius ab externis oriuntur.

Artus œdematoſos nec extra lectum perpetuo & inſigniter frigere, nec in lecto conſtanter & notabiliter calere bonum præbet indicium.

Maxime vero omnium ſenſibilisſimi ſunt habituales hi tumores & qvidem ſi per apoſtaſin, ut dictum, poſt febres efformati firmam in membro aliquo ſedem fixere.

Hos imprimis per externa remedia disſipare poſthac tam alienum eſt, qvam malæ fidei.

Oedema poſt ſcabiem, non ita pridem retropulſam, conveniente methodo facilius adhuc disſipatur.

Therapia utplurimum male fert volatilia concentrata, nimis calida, commoventia, adſtringentia, martialia crudiora, narcotica: item

Externe nimia humectantia, refrigerantia, adſtringentia, repellentia ſulphurata, pinguia ungvinoſa, emplaſtica acriora calida, topica, Scarificationem partis affectæ.

Bene fert pro gradu & longitudine morbi per tempus adhibenda refolventia, attenuantia, digeftiva, aperitiva, laxantia deinde poft præparationem, vel cum refolventibus ftatim combinata, repetita, poftremo tonica roborantia.

Externe frictiones, motus, fotus roborantes, difcutientes etc.

Poft febres œdemata remanentia tractari debent amaris, vinis medicatis, ut febris revocetur.

Ex hæmorrhoidum & menfium vitiis tempeftiva V. S. in pede, qvando adhuc vafa confpicua funt, confert.

Cap. II.

Hiftoria hydropis anafarcæ & afcitis.

Afcitis Subjecta funt juniores confiftentis ætatis homines, magis fexus feqvior, temperamentum fangvineo-phlegmaticum, vel phlegmatico-fangvineum

Caufæ Anafarcæ funt febres incongrue fuppreffæ, fcabies, podagra per fulphurata & alia temere repreffa: Ascitis, vel menfium & hæmorrhoidum, V.S. aut Scarificat. adfvetæ & feri fuppresfio vel exceffus; metaftafes febriles ex frigore, eryfipelate, luxatione; febres intermittentes per varia adftringentia; cachexia,

gra-

gravidarum Oedemata, infarctus, ſchirhi in visceribus.

Occaſionales externæ, ſunt prodiga ſpirituum ardentium ingurgitatio, potus copioſior & frigidior ſub æſtu hauſtus, animi pathemata graviora, venena, abuſus adſtringentium, refrigeratio nimia, contuſiones etc.

Signa anaſarcæ hæc ſunt: tumor per totum corpus diffuſus, ingens & nitens durior;

Qvi circa vesperam ſub initio augescit, per noctem decrescit, & vel ſubito vel languide invaleſcit.

Appetitus eſt langvidus, ægroti ſunt lasſi, & ad ſudorem difficiles.

Poſt paſtum angunt anguſtiæ præcordiorum cum reſpiratione difficiliori.

Urina eſt tenuis, limpida, pauca, alvus ſubinde magis lubrica.

Signa Ascitis vero notabilis tumor magis abdomen diſtendens & qvidem pertinax.

Jncipit ſæpe a tumore pedum magis magisqve per femora ad abdomen adſcendente, imo & genitalium.

Talia œdemata ſunt valde pertinacia.

Et qvando diſparent, durior inflatio abdominis inſeqvitur, cum anxia anguſtia, alvi obſtructione, doloribus colicis, febrili motu, appetitus & virium proſtratione, vomituritione, ſiti etc. qvæ omnia œdematibus revertentibus miteſcunt.

Qvo magis vero hic affectus cum abdomi-

nis distenſione invaleſcit, eo periculoſiora pathemata accedunt, & corpus ſuperius contabeſcit.

Alvus hydropicis eſt liqvida, mollis; ſed qvando obſtructa, omnia ſymptomata exacerbantur.

Urina infra proportionem ad potum parcisſime procedit; per initia valde aqvoſa, ſuccesſu temporis ruborem & crasſitiem induit.

Prognoſis: omnis hydrops eſt utplurimum ſatis pertinax.

Qvo vero viſcerum internorum nobiliorum major læſio & obſtructio, eo majoris periculi & dubii, imo certæ mortis, eventus eſt.

Ubi vero viſcera adhuc integra & ſana in anaſarca, leucophlegmatia, cachexia, ibi melior & facilior ſpes reſtitutionis eſt, qvam in ascite vel cum anaſarca complicata.

Sic ex vaſorum lymphaticorum perruptione præcipue in annoſioribus contingens, conſolidatio fere nunqvam ſperanda eſt, niſi in fæminis admodum robuſtis, ſub menſium tempeſtiva perruptione.

Oedemata perrupta temporarium qvidem levamen, ſed funeſtum tandem eventum afferunt.

Hinc eryſipelas cum febre, partes invadens exulceratas, malum.

Tusſis, ſi hydropicis accedat, ſpem ſanationis tollit. Hippocr. ſect. VI. aph. 35.

Hydrops

Hydrops ex menſium & hæmorrhoidum fluxu nimis ſero nullum levamen ſortitur.

Therapia magis improbat valida purgantia ante præparationem, & correctionem materiæ, ſalia volatilia, ſudorifera calida, valde commoventia, acida, martialia ſcopo aperiendi, cantharides, ſalivationem mercurialem, qvanqvam Act. N. C. Dec. 11. 01, 9. obs. 36. & Dec. 2. ao. 3. obs. 173. ſalutarem deprehenderint ultimam.

Externe emplaſtra ungvinoſa pingvia, narcotica, repellentia ſaturnina, veſicatoria, ſcarificatio, paracentheſis nocent.

Vere proſunt humorum correctiones & viscerum reſerationes, per rad. & Herb. incident: amar: reſolv. ſalia alcal. fixa cum ſale digeſtivo.

In junioribus, malo minus inveterato, magis anaſarcode qvam ascitico, proſunt ſpir. lumbr. nitrum cum arcan. dupl. in phlegmaticis amara, aromatica, in ſanguineis temperata ſalina.

In hepatis ſiccitate difficilior adhuc eſt ſtatus; conveniunt humectantia, ſapo philoſoph. vectura, eqvitatio etc.

Dein evacuantia in robuſtioribus hydragoga fortiora, in tenerioribus & hydrope adulta magis laxantia, ubiqve ſemper conjungantur diuretica cum diaphoreticis.

Tandem tonica pharmaceutica & diæteti- ca.

Anima curationis eſt ubiqve bona methodus, & prudens medicamentorum pro diverſitate cauſarum ſubordinatio.

Hydrocephalus.

Manifeſte in ſenſus incurrit, maximeqve infantibus familiaris eſt

Oritur vel adhuc in utero ex funiculo circa collum conuoluto, hinc partus admodum difficilis redditur, niſi prius pertuſa calvaria, humor effluat: vel in & ſub partu, ubi infantis collum, toto corpore aliâs excluſo, ab orificio uteri rigide conſtringitur; vel poſt partum, qvando infantes negligentius in inferioribus corporis locis obteguntur.

Signa ſunt immenſa ſuperioris capitis moles & inflatio, ſed ſublucida, adhibita præſertim candela, apparens.

Aliæ vero partes e. g. naſus, labia, imprimis oculi ſervant ordinariam ſuam magnitudinem.

Eſt triplicis differentiæ: vel tantum extrinſecus calvariam detinet; vel intrinſecus ipſum cerebrum; vel externe & interne ſimul.

Prognoſis: omnis hydrocephalus ſonticus, in ipſo vero cerebro periculoſior eſt.

Therapia; nutrici vel infanti per aliqvot dies dari poſſunt laxantia phlegmagoga, & ex-

externe imponi fotus difcutientes refolventes, uti & emplaftrum Saponat. Barbette. Evacuatio per fectionem, fi fieri poteft, commode confert.

Hydrops Pectoris.

Hic affectus eft oppido rarus.

Oritur aliqvando ex diuturnis & fonticis pectoris affectibus prægresfis, ubi difficilis refpiratio, & interdum fuffocationis metus & propenfio in lipothymias, qvæ metum haud injuftum hydropis pectoris fubfecuturæ inferunt.

Sic qvandoqve ex afcite a difruptis vafis lymphaticis pulmonum, vel ab afthmate convulfivo, vel a fpisfitudine fangvinis, vel travmaticorum, expectorantium ufu incongruo oritur.

Certiora qvidem figna haud proftant. Qvod enim de fluctuatorio motu in thoracis alterutro latere dicitur, hoc non adeo firmum eft, qvanquam Act. Med. Berolin. vol. X. p. 18. pro vero figno pathogomonico habeant talem intra præcordia ebullitionem feu fluctuationem.

Senfus ille, fub mutato decubitu in alterum latus, ægrum magis afficiens premensque, non folum huic proprius eft, fed & alii corruptioni fcirrhofæ nodofæ, apoftematodi lateris pulmonum familiaris.

Therapia reqvirit, ubi fangvinis abundantia

tia præſto eſt. ab initio V. S. & dein alia antihydropica, paracentheſin, quamqvam raro felicem.

Cap. III.

Hiſtoria Cachexiæ.

Subjectis freqventior ſpongioſis, ſangvineo phlegmaticis, ſexus ſeqvioris magis, qvam virilis junioribus.

Cauſæ internæ ſunt, mucida, lenta ſpiſſitudo ſangvinis; menſium & hæmorrhoidum præcipue defectus, rarius exceſſus, horum molimina; ſudorum ſpontaneorum ſuppresſiones; lienis & hepatis obſtructio; icterus; ſcorbutus; qvartana aliiqve morbi prægresſi, adſtringentibus incaute tractati; arthritici & podagrici motus represſi, ſcabiei retropulſio intempeſtiva.

Externæ: aer humidus: habitatio in domiciliis humido-frigidis; Diætæ vitia in potu & cibo; potus nimius; abuſus ſpirituoſorum, ardentium; qvies & ſomnus excedens; Adſtringentia in febribus & hæmorrhagiis; Sal. volat. in febribus; refrigerationes diuturnæ; purgationes fortiores freqventes; veneris abuſus; animi pathemata; Addephagia puerorum.

Cachexia in cognoſcendo nullam involvit difficultatem: Signa ejus in externo habitu oculis patent.

Fit

Fit enim corporis depravatio; florida constitutio: in pallidam, flavescentem imo livescentem, & rigida firma, in flaccidam & turgidam deformationem transit, vestigia digitorum impressa retinentem:

Sie sehen ungesundt, verdünstet aus, es ist ein bläßtiges aufgeschämtes weßen.

Interne junguntur angustiæ; præprimis in hypochondriis & præcordiis, & gravitas respirandi sub ascensu altiorum locorum.

Conspirat sensus duritiei, gravitatis, pressionis sub hypochondrio dextro aut sinistro: aut sub umbilico introrsum.

Abdomen neqve pariter semper neqve constanter inflatum & durum est: aliquando tamen inæqvalitatibus tactu sentiendis intus obsessum.

Appetitus est vagus; post cibos incommoda gravativa flatulentia; concoctio infida.

Alvus modo segnis, modo lubrica.

Totum corpus friget & langvescit cum torpore, inertia, fastidio, somnolentia animi sensuumqve omnium.

Actualis tumor œdematodes non qvidem inseparabilis comes est, interim tamen non valde alienus ab hoc morbo, minime tamen alibi, qvam in artubus.

Pulsus est tardus, non alacris, sed langvidus.

Urina parca, tenuis, inconstans.

Cachexia non semper hydropem antecedit,

cum

cum hic sæpe gravissimus præcipue in sexu masculino sine cachexia fiat, quanquam aliqvando non tamen ita sæpe actualis progressus ab hac in illum contingat.

Differt ab ascite hydrope, qvod hæc inferiores solum partes, cachexia autem totum corpus æqvaliter occupet, & ex fluxibus sangvinis nimiis & diuturnis passim originem ducat simpliciter; cum hydrops, nisi aliæ causæ præcipue adstrictiones concurrant, vix unqvam oriatur; ut difficultatem hydropis præ illa curanda taceamus.

Ab anasarca, ubi durior corporis inflatio est, in hac vero mollior flaccida;

Ab ictero, qvi non ita intime habitum corporis penetrat, sed superficietenus tantum hæret.

Prognosis: Distinguitur inter dispositionem cachecticam & plenariam cachexiam.

Illa magis juniori ætati a mensium retardatione evenit, nec ita facile in ascitem tendit, ut in senioribus; illic est status sanabilis, hic rarius, sed in hecticam vel hydropem transit.

Ante & infra 30. annum non difficulter congruis remediis cedit; qvo vero adultior ætas, eo difficilior.

Sæpe per multos annos contumaciter persistit, & licet œdemata etiam passim se in tibias & pedes extendant, non tamen verus inde hydrops producitur.

Cho-

Chlorosis virginum medium qvasi locum inter dispositionem cachecticam & cachexiam plenariam tenens, est plerumqve malum chronicoteron, qvod sponte raro, nisi vitæ mutatio & matrimonium accedat, cedit.

Interim molesta est hæc chlorosis cum tetro colore, animi & corporis languore, cordis palpitatione freqvente, sed non præsentis periculi;

In therapia evitari debent emetica, purgantia drastica, volatilia, sudorifera calidiora, coactæ sudationes, olea destill. calida, pellentia fortiora ad menses provocandos, hydragoga fortina in viscerum adhuc oppilationibus, absorbentia terrea copiosa, adstringentia, martialia cruda, salivatio mercurialis, acida, refrigerantia, opiata.

Externe balnea sulphurea, aluminosa, repellentia, refrigerantia, pediluvia, relaxantia camphorata nimis exsiccantia.

Potius prosunt, diæta calido-humida aromatica, vini moderatus usus, motus corporis freqvens & moderatus.

Correctiones humorum, incidentia, resolventia, digestiva, corrigentia, postea subjungantur & interponantur evacuantia.

Qvando mensium vel hæmorrhoidum turbæ vel obstructiones subsunt, aperientia, blanda pellentia, V. S. in pede, hirudinum applicatio prosunt.

Tandem Tonica adhibenda sunt.

Cap.

Cap. IV.

Stranguria, dyſuria, Iſchuria.

Stranguria ſubjectis ſpongioſioribus, ſenſibilioribus, ad ſpasmodicas adflictiones proclivibus: dyſuria calculoſis, nephriticis. Iſchuria plehoricis, ætatis maxime juvenilis, virilis, familiaris eſt.

Cauſæ ſtranguriæ ſunt, externæ præcipue, abdominis refrigerationes maxime poſt æſtum, potus inſvetus, non defæcatus, crudus, largior hauſtus, pollutio nocturna freqvens: Dyſuriæ, calculus in collo veſicæ vel urethra, ſanguis congrumatus, ſeu mucus tenax, ſanioſa materia, ex ulceribus renum vel veſicæ provenìens, tumor in his locis, fortiora adſtringentia, cantharidum abuſus, diæta acris aromatica. Iſchuriæ plethora ſecundum Hippocratem Sect. VI. aph. 36. Caruncula Venerea, graviditas, teneſmus, calculus, violentiæ externæ, copioſior potus, neglecta mictione.

Signa ſtranguriæ, freqvens conatus ad mingendum, cum excretione modo guttatim, modo paululum notabilius, & inter mingendum ſenſu frigeſcente, poſt mictum ardore cum horripilatione corporis.

Dysuriæ ſunt, vel omnimoda urinæ ſuppreſſio, ſed cum multo fruſtraneo niſu expri-

primente urinam; dolor ſumme æſtuans adeſt, tam ſub qvam poſt excretionem urinæ, aliqvamdiu continuans.

Iſchuriæ ſigna ſunt, urinæ excretio per aliqvot dies plane cesſans, ſine fere ad eandem excernendam ſtimulo, cum dolore interdum ardente, lancinante, & anxio conatu.

Differt interim ab hoc affectu ſimplex urinæ imminutio, qvæ vel poſt largos ſudores, vel diarrhœas, vel exiguum potum contingit, & ſine doloribus ſe ordinarie manifeſtat.

Prognoſis: Stranguria plus incommodi qvam periculi utplurimum adfert;

Qvando vero ſæpius recurrit, ſuſpicionem calculi renalis infert.

Senibus interim periculoſior eſt, confer. Hippocr. Sect. VI. aph. 44.

In dysuria qvo diutius dolores inſiſtunt, eo facilius febris vel convulſio accedit.

Iſchuria omnium periculoſior eſt propter diuturnitatem; niſi ante ſeptimum diem tollatur, facile febris inflammatoria, ſphacelus, imo mors ſuperveniunt.

Interim Foreſtus lib. 25. obs. 18. de qvodam per 10. dies non mingente, at tamen curato, hiſtoriam adfert, id qvod referunt etiam alii.

Qvandoqve ad hydropem diſponit, & hydropici ſæpius hac anguntur.

In therapia horum adfectuum magis nocent fortiora purgantia, fortes impulſus,

 acria

acria diuretica, positiva stimulantia lithontriptica, vulgaria opiata, valde commoventia spirituosa concentrata, calida carminativa.

Conferunt in stranguria & dysuria corrigentia humores acres, temperantia nitroso-absorbentia cum acido saturata, lenientia oleosa, emulsiva, tonica: Externe cæpæ tostæ, inunctio umbilici, ol. carminat, usui esse observantur

In Ischuria ex plethora V. S. Clysteres emollientes, nitroso-absorbentia, laxantia, balnea, fomenta, oleosa paregorica, fotus carminativi valent.

De reliqvo pro causarum diversitate, diversæ reqviruntur medicationes.

Cap. V.

Diabetes.

Rarissimus est affectus, & saltem a Galeno bis observatus, & a Foresto lib. 24. obs. 4. Rondel. Holler: Subjectis magis biliosis familiarior.

Causæ sunt viscerum colatoriorum læsiones vel aliqvales relaxationes, morbi acuti præpostere tractati, remedia diuretica, venerem excitantia.

Signa sunt, urina tenuis, cruda, satis copiosa, sine ullo sedimento, cum intumescentia

centia &, dolore gravativo premente lumborum, ardore interno, siti immodica, febre tabifica.

Bene interim distinguendum profluvium urinæ criticum a diabete; contingit enim interdum, ut aliqvot libræ urinæ paucarum horarum spatio excernantur in febrium ardentium declinatione, sine ulla noxa, sed cum evidente levamine ægroti.

Prognosis: Qvo magis invaluit, eo minor spes restitutionis.

De reliquo in senioribus periculosior, qvam in junioribus est.

Communiter per aliqvod tempus durans, demum tabem lethalem inducit.

Therapia minus approbat positiva purgantia, volatilia, calefacientia concentrata, diuretica, adstringentia positiva, narcotica, nimis emollientia, relaxantia.

In vera therapia adhibenda sunt ea, qvæ viscerum infarctus referant, resolventia, aperientia, lenia diuretica.

Ardor temperandus est acidis vegetabilibus, pulvere antispasmodico; cum absorbentibus laxantia rhabarbarina, deniqve tonica; roborantia subjungantur.

Calida diæta, aromatica, motus corporis, & animi pathemata nocentissima sunt.

Cap. VI.

Historia Scabiei.

Scabies humida ſubjectis ſangvineis, ſpongioſis, phlegmatico-ſangvineis; ſicca vero melancholicis, cholericis, vel melancholico-cholericis ſiccioris habitus magis familiaris eſt; ſicque juni oribus, interdum & ſenibus floridioribus & plethoricis, obtingere poteſt & ſolet. Eſt & ſcabies haud infreqvens affectus.

Cauſæ ſunt ſtaſes humorum lymphatico-ſeroſorum; aer frigido-humidus; aqva ſalſior impura; climatis mutatio; otioſa ſedentaria vita; diætæ mutatio per aliqvod tempus, & pinguis, ſuilla, ſalſa, cruda, acida, auſtera; excretionum naturalium, artificialium, ſeroſarum, per menſes, hæmorrhoides, tranſpirationem, ſudorem, urinam alvum etc. defectus & neglectus: item Contagium per converſationem, veſtimenta, lectos etc. labes hepatis; criſes in qvartanis diuturnis; fonticulorum, ulcerum manantium repentinæ ſuppresſiones; ſcarificationis adſvetæ omisſio.

Signa in genere ſunt, evidentes puſtulæ hinc inde in ambitu corporis imprimis circa artus, & fere tanto magis, qvanto magis aeris contactui patent, copioſe coorientes, & in corruptelam ulceroſo ſanioſam tranſeuntes. Super-

Superficies ſolito turgidior eſt & puſtulæ pruritum & ardorem maxime per noctem inferunt.

Signa ſpecialia ſunt & qvidem humidæ, puſtulæ plurimo humore turgentes; qvæ ruptæ tandem copioſam ſaniem effundunt.

In ambitu ſunt eædem rubicundæ, velut inflammatæ, tuncqve etiam effundunt majorem qvantitatem ſaniei ſuppuraſcentis.

In ſubjectis floridioris & laxioris habitus, plethoricis, eo inſolentior & gravior cum multo ardore exiſtit hic morbus.

Siccæ ſcabici ſigna ſunt puſtulæ pauco mucido & fere lucido ſero plenæ, pruritum magis qvam ardorem inferentes & non adeo profunde exulceraſcentes.

Signa malignæ ferinæ ſcabiei hæc valde ſicca & ſquamoſa eſt, ſub ipſis ſqvamulis, ſtigmatibus cruentis conſpicua, imo ipſam cutim circumjacentem nunc lucido, nunc roſeo colore a ſangvine altius, qvam decet, ipſi innidulante, conſpicuam exhibet.

Pruritus hic, ubi vel a frigore vel inſigni calore ſcabies tacta, incoercibilis eſt, & licet ſcalpendo eschara & ipſa cuticula abradatur, ut cruda plane cutis ſubcruenta appareat, vix tamen qvicqvam cruentum, ſed lympha ſolum ſeroſa ſubflava inde emicat, qvæ mox iterum in ejusmodi ſqvamoſam escharam ſiccescit.

Hæc vero vix unum aut alterum diem

 durat,

durat, qvin gravisſimo pruritu ægrum ad ejus abraſionem provocet, ſicqve antiqva ſcena diu multumqve in orbem redeundo ludatur; hinc in his ſubjectis contabescentia & naturalis coloris imminutio obſervatur.

Signa venereæ scabie: Hæc ordinarie magis ſicca, qvam valde humida, etiam in humidis corporibus.

Occupat vel univerſum corpus, vel particularia ſaltem loca, e. g. femora, ſcrotum, faciem juxta os &c. cruſtacea eſt, & ſæpe, anteqvam eo perveniat, diu nodoſa, & varodes.

Cruſta hæc non facile vel prompte abſcedit, per multos dies ſæpe adhæreſcit; pallidas vel ſublividas habet oras.

Et qvanqvam ſerpat, facit hoc admodum ſegniter.

Dolor magis rodens, corroſivus eſt, & ſcalptione in valde penetrantem, rodentem ardorem exacerbari ſolet.

In reliqvis partibus ſimul dolores profundi infixi, imprimis nocturni concurrunt.

His facile accedunt bubonodes inguinum tumores, fluor albus malignus in fœminis, gonorrhæa maligna in viris, qvæ talem ſcabiem manifeſtius ſuſpectam produnt.

In infantibus ulceroſæ excoriationes, imo excreſcentiæ circa anum verrucoſæ & veluti criſtatæ magis confirmant hanc.

Prognoſis: Humida omnium mitisſima, &

& methodo legitima tractata, nisi ad insignes ulcerationes procedat, facilius adhuc profligatur.

Humida præcipue per incongrua externa, unguenta 🜍ta, ☿lia &c. retropulsa inducit angustias præcordiorum, cardialgias, asthmata, catarrhos suffocativos, febr. intermittentes imo acutas, inflammationes, cachexiam, œdemata, anasarcam &c.

Postqvam simplex scabies jam diu duravit, & circa superiores partes rarior comparere incepit, ulcera circa inferiores partes pedum & ipsos talos coorientia judicium præbent scabiei mox plane cessaturæ.

Chronica difficilioris curæ, qvam periodica est.

Ubi visceris alicujus labes concurrit, malum omen.

Venerea rarissime ita diffuse totum corpus occupat, uti simplex.

Qvando recedit retro, magis ad bubonodes tumores formandos tendit: qvamvis utiqve mox per ipsum retrocessionis initium magnam lassitudinem & virium debilitatem inferat.

Febres vero acutæ compositæ periculosæ non æqve prompte seqvuntur hanc, ac simplicem, maxime humidam saniosam.

In therapia utplurimum evitari debent purgantia resinosa acria, nimis calida, sudorifera, volatilia, commoventia, sudor diffusus

coactus, absorbentia, incrassantia nimia, sulphurata largiora, ☿lia suspecta, lignosa calidiora, salivatio indiscreta.

Externa Scarificatio, nisi fiat in adsvetis, ubi qvandoqve prodest, refrigerantia, inviscantia, ungventa Mercurialia, Balnea vaporosa, sulphurata, adstringentia etc. caute adhibenda sunt; utpote noxia in plurimis.

Magis conferunt, in benigna, alexipharmaco-diuretica, absorbentia, salina, sulphurata, cum nitro & arcan. dupl. laxantia.

In maligna, priora remedia adhibenda sunt, & nunquam externa applicentur, nisi materia probe correcta & eliminata sit.

In venerea, lignosa, regimen diapnoicum, externe ungventum mercuriale & tandem, his nihil proficientibus, salivatio provida conferunt.

Cap. VII.

Historia Scorbuti.

Ad Subjecta qvod attinet, est familiarior scorbutus ætati adultæ, juvenili, seniori, non juniori, nisi a causis externis, vel magis plethoricis; Præcipue populis septentrionalibus, & meridionalibus, qvi præcipue in maritimis locis habitant, est endemius morbus,

Hic affectus non simplex sed complicatus est,

eſt, qvi & in qvantitatis & qvalitatis vitio conſiſtit.

Ante Seculum per navigationes Batavorum in noſtras regiones translatus fertur.

Cauſæ ſunt grumoſitas ſeu coagulatio ſangvinis, ſpisſitudo, aer humido-frigidus, habitatio frigido-humida, aer nebuloſus, vaporoſus, diæta craſſa, ſalſa, potus parcus & ſpiſſus, abuſus aromatum, ſpirituoſorum, deſidia, vigiliæ, ſomnus excedens, animi pathemata graviora, V. ſectionis & purgationis citra necesſitatem crebrior uſus vel neglectus, contagium.

Menſium & hæmorrhoidum imo alvi obſtructio, nobiliorum viſcerum infarctus & ſcirrhi, in hypochondriacis præcipue, qvando intempeſtivis ſudationibus tractantur, febris qvartana, quam ſubinde inſeqvitur diſpoſitio hæreditaria.

Signa ſunt: dolores modo gravativi, modo acutiores æſtuoſi, vagi volatici, cum langvore, torpore, & tenſione in artubus, ſcapulis, coxis, cruribus.

Adſunt ructus, conatus vomendi, flatulentiæ, borborygmi, cardialgiæ, vitia concoctionis, ſiniſtri hypochondrii inflationes, alvi adſtrictiones, aut vagæ diarrheæ; palpitatio cordis communiter ſe jungit.

In ore gingivas facit cruentas laxas; linguam & fauces anginodes magis æſtus & inflatio æſtuoſior obſidet; dentesque ſolos nigros &

cariofos & vacillantes reddit cum anhelitu graveolente.

Maculæ, ut effentiale pathema, qvæ erumpunt, in cholericis funt rofeæ, in melancholicis lividæ aut fufcæ.

In tibiis erumpunt majores cum duris tumoribus.

Sicuti etiam alibi cum maculis junguntur ftigmata cruenta, tumores duri liventes, diu tamen fine fpontanea eruptione permanentes.

Ulcera porro format fcorbutus magis fangvinea, ichorofa, livefcentia, leniter manantia, cum ftigmatibus fangvinolentis ac ardentibus inflammatoriis.

Pruritus eft fubtilior, æftuofior, frictioni per excutiam ad tempus cedens.

Vires funt proftratæ, ut jacenti qvidem fæpe fat bene fit; erigenti vero lipothymia ingruat.

Urina eft vel tenuior, vel coloratior craffa, fufca aut nigricans, odoris acrioris fubtilioris.

Excrementa alvi funt tenuia, tincta, nigricantia, fætida: interdum autem alvus plane adftricta eft.

Qvi ftomacarce laborant, jejuni fputatores funt.

Confpirant hypochondriaca interdum pathemata, qvi ftatus mixtus curam reddit difficiliorem.

Motus

Motus febriles, qvando adſunt, nullum ſervant typum. Diſpeſcitur tandem in calidum & frigidum: calidus graviora ſymptomata habet, juvenibus & cholericis freqventior.

Prognoſis: Qvo recentior, eo facilior in curatione; qvo magis inveteratus, eo contumacior & diuturnus magis.

Hæmorrhagiæ plerumqve ſunt ſine levamine, niſi tempeſtive erumpant, & ſufficienter fluant, uti ſæpius hæmorrhoides multum levant.

Cum malo hypochondriaco conſpirans, malum eſt, hoc ſublato, tollitur: At ſi cum viſcerum obſtipatione, ſanitas haud facile exſpectanda eſt.

Per contagium qvi communicatur facilius, quam ex ſangvinis corruptela ortus, curatur.

Juvenes, qvibus hinc inde maculæ rubentes erumpunt, pulmonum eroſionibus facile obnoxii obſervantur, & vix ſenium attingunt.

Si lues Venerea cum ſcorbuto conjuncta ſit, omnia moderatius tractanda; illius tamen præcipue ratio habenda, ita tamen, ut hujus exaſperatio evitetur.

In Scorbuti Therapia nocent & qvidem in calido purgantia fortiora, regimen ſudoriferum coactum, calida acriora ſulphurea, narcotica, V. Stio in paroxyſmo, balſamica acria, ☿lia, continua medicatio.

Pro-

Profunt vero acidula remedia pro fervida commotione temperanda.

Dyſcraſia, lentor & grumoſa ſpisſitudo, reſolvitur per antiſcorbutica.

Sic in Cholericis acidulata, acetoſa, nitrata, abſorbentia, ſuccus citr. etc.

In melancholicis ſeu melancholico-ſangvineis & phlegmaticis, amara, trifol. fibr. fumar, rad. ari, beccabunga, chærefol. cochlearia etc.

In Sangvineo-cholericis acidula, acetoſa, acetoſella, ſucc: citri, ribium, berber. etc.

In pure phlegmaticis cochlearia, naſturt: raphan: nig: hortens. ſ. armorac. Sinap. cepæ. allium etc.

Dilutio ſufficiens cum motu corporis vegetiore, diæta item aromatica neceſſaria eſt.

Evacuationes non ſunt turbandæ.

Efflorescentiæ recedentes, aut hæmorrhagiæ, magis acrimoniæ temperatione, quam fluxus cohibitione ſunt curandæ.

Febris ſcorbutica.

Per abuſum hodie ſic vocantur fere omnes febres, typum nullum inſignem ſervantes. Strictiore vero ſenſu merentur illæ febres tales dici, qvæ ſubjectis eveniunt, qvæ non modo aliâs freqventer manifeſtas illas rubicundas vel lividas chronicas maculas in corpore ſentiunt, ſed præcipue proxime

xime imo immediate ante coortam febrem, illas habuere, imo ſub febre adhuc geſtant, ſed communiter ſolito longe pauciores, minores & minus conſueti coloris, & in locis minus ſolitis.

Cum fatigabundo corporis, ſed præcipue illarum partium, in qvibus ſunt, vel eſſe ſolent, languore, dolore, imo torpore, dolore qvidem exqviſitiore, modo obtuſiore, tendente, gravante, rigente, urget malum.

Indoles harum febrium eſt inæqvalis, inconſtans, e lento languore in vehementes impetus temporarios erumpens, multum fatigationis, anguſtiæ, & anxietatis, vertiginoſæ capitis debilitates, motus alvini ataxias involvens.

Præcipuum ſignum eſt vicisſitudo crebra, etiam interdum inſignis & veluti inſperata repentina euphoria, & animi alacritas nullius delirii ſuſpecta; mox iterum ingruunt anxietates & vehementes impetus.

Sunt enim hæ febres communiter magis nudæ ſymptomaticæ; unde nec proprium typum juſtum nec periodum definitam habent.

Non ſunt freqventiores revera, niſi motus febriles manifeſtioribus aliis hypochondriaco arthriticis pasſionibus vel accedentes vel concurrentes, adeoqve pro directe juſta febre nec habendæ nec tractandæ.

Cap.

Cap. VIII.

Historia luis venereæ.

Lues venerea, antea Europæis haud æqve cognita, donec sub expeditione hispanorum in India occidentali, ubi endemius morbus, in hispaniam, abhinc in italiam, galliam, deniqve in germaniam translata sit.

Pænæ loco est, qvam scortatores fædæ suæ libidini debitam post impurum coitum sic semper ex contagio persolvunt. Omni ætati & sexui, præcipue libidinosis juvenibus familiarior.

Interdum & innocentes ex contagio per lectos, pocula, halitus inspirationem, sellas, ephippia, instrumenta scarificatoria, hæreditariam dispositionem, imo pueri & infantes per nutrices adfliguntur.

Duplici gradu consideranda est.

1.) Qvamdiu adhuc in humoribus lentum & contagiosum oberrat colliqvamentum, ubi qvidem eam cognoscere valde dificile est.

Qvamvis enim fatigatio freqvens insignis cum malo colore faciei oculorumqve; pruriginosi ardores fixi, nocte ingravescentes, præcipue in summo capite, scapulis, humeris, medio femore, mediis tibiis &c. adsint; possunt tamen hæc etiam aliis causis adscribi.

Si

Si tamen innotescat, gonorrhæam suspectam, fluorem album acrem, vel bubones circa ingvina, tumores contumaces vel ulcerationes glandularum, colli, uvulæ notabilem læsionem, scabiem siccam urentem crustosam etc. præcessisse vel adhuc concurrere, fortis & justa qvidem nascitur suspicio.

Manifestius autem se prodit.

1.) ubi partes solidas jam insedit.

Hic omnia, qvæ eveniunt, incommoda vehementius, qvam antea affligunt.

Vires qvidem non ita prosternuntur, sed languor magis adest, & majus onus & gravitas in membris.

Ardores & dolores in ante dictis artubus, cranio, occipite, tibiis, femore, perinæo, ingvinibus, sunt veluti salinosi, als wenn Saltz hinein gestreuet wäre, terebrantes, rodentes, fixiores statarii obtusiores, noctu atrocius sævientes, & a decubitu in lectum augescentes.

Viscosa tenacitas humores & cæteras glandulas ingvinales, salivales, spermaticas, obstruit.

Inde ulcerosa salsa erosio nares eorumqve cartilagines, septum, os palati, tonsillas, uvulam, infundibulum, item os externum cum ardore acri & nidoroso corrumpens.

Sicut etiam alibi ulcerationes salso-acres crustosæ nauseosum mucidum nidorem spirant,

rant, ſiccam eſcharam facile formantes.

Hæ prurientes ſcalptione exacerbantur, donec excoriatio eas attingere vetet.

Exſudant qvoqve ſeroſo-mucidam humiditatem in cruſtas abeuntem roſivas.

Naſcuntur etiam tumores diuturni, parvi, nodoſi circa partes exſangues, lento ſucceſſu in ulcerationem abeuntes ardentem, qvæue male olet, nocturnis doloribus inſoleſcit, & denique conſolidata in conſpicuas cicatrices coaleſcit.

Uti tartarea apoſtemata, ſteatomata, atheromata, melicerides; gummata gallica erumpunt, auf den Schienbeinen, Ellenbogen, Händen, Knien

Concurrunt ſæpe bubones.

Accedit vel præcedit ſeminis effluxus ſalſus corroſivus: unde eroſio, fungi.

In orificio ani mares præcipue geſtant excreſcentias verrucoſas penſiles, fiſſiles, manantes, ardentes, ulceraſcentes.

Junior ætas rarius ab his afficitur.

Urina Venereorum eſt craſſa ſubturbida cum ſedimento tenaci ſubmucido qvaſi grandinoſo, odoris fædi, putridi, nauſeoſi.

Tandem tabidam, phthiſicam ſeu hecticam extenuationem hoc malum format, & ægrotos poſt longos cruciatus extinguit.

Prognoſis: eſt morbus lentæ & diuturnæ indolis, & qvando ſaltem humores occupavit, citius adhuc profligatur.

Ple-

Plethorici & floridioris habitus longe gravius laborant.

Qvando intimas radices egit, tam facile extirpari non poteſt: demum hecticos, cancroſos, ſemi-sphaceloſos aut paralyticos & deniqve funeſtos effectus inducit.

Corpora ſucculenta, perſpirabilia, minore periculo & moleſtia curam mercurialem tolerant, qvam ſicca, tenera, denſiora.

Phlegmaticis & melancholicis pejora communiter eveniunt ſymptomata, dum putredo longe lateqve ſerpere ſoleat.

In therapia nocent impetuoſa evacuantia, ſuſpecta mercurialia, nimis commoventia, ſudor profuſus coactus, balſama calidiora exotica, incraſſantia adſtringentia, ſcorbutica acriora, cuprea, ſcarificatio etc.

Proſunt qvamdiu 1. in humoribus adhuc latet, reſolventia, diuretica, diaphoretica lignoſa, radices, herbæ, tincturæ alcalinæ.

Sudatio in lecto libero mit Spriegeln ſpiritu vini accenſo.

Diæta lauta ad 2. 4. ſeptimanas.

Salivatio hic neqve ſecura, neqve necesſaria eſt.

V. S. fere nunqvam necesſaria, niſi in plethoricis, & qvi olim actualibus hæmorrhagiis obnoxii fuerunt.

Temperamentorum qvoqve ratio habenda eſt; namqve ſubjectis frigidis conveniunt decocta ex calidioribus exoticis, cum Eſſ.

lignorum; Siccioribus vero & cholericis, magis temperata v g. rad. Sarſaparill. chinæ, cum noſtratibus temperatis radicibus.

2) partes jam occupans ſalivantia mercurialia reqvirit, præmisſa laxatione & diaphoreſi lignoſa.

Omnia ſubjecta ad ſalivationem interea inidonea ſunt, qvæ vitio qvodam viscerum imprimis pectoris laborant, decrepita, eminenter cholerica, melancholica ſicciora, teneriora, infantes, gravidæ; item ſub menſibus inſtantibus à Salivatione abſtinendum.

Regimen & medicationem poſtulat continuam hæc medicatio.

Fauces præmuniuntur gargarismate adſtringente; in ardore nitrum, in viſciditate ſal ammoniacum confert.

Gonorrhæa.

Benigna ſubjectis libidinoſis qvoqve; maligna, non niſi ex inqvinamento infectis familiaris.

Cauſæ ad benignam contribuentes ſunt cibi aromatici, πολύτροφοι, potus generoſus, decubitus ſupra dorſum, veneris intermisſio vel crebrior abuſus, balnea, alvi difficultas, purgantia acriora, amor, cogitationes venereæ.

Maligna ſapit contagium, inqvinamentum.

Signa benignæ ſe manifeſtant, qvando ipisſa mucida materia ſpermatica ſive cum urinæ vel fæcum alvi rejectione, & qvidem

in-

interdum ſub initio exitus urinæ, interdum ſub ultimo compresſionis actu ejicitur.

Concurrit ſæpe extra mingendi tempus veluti perpetuus exiguus mador, vel ſubmucida ſubſtantia intra & juxta præputium reperiunda, presſione aliqva ex urethra magis erumpens. Expers eſt alieni coloris & odoris.

Venerei vero miasmatis ſuſpecta eſt gonorrhæa, qvando plus aut perpetuo promanat talis materia ſubmucida, colorem ab albido alienum præ ſe fert, ardorem in præputio excitat, vel prorſus inflammationem; præcipue ſi ſub emisſione urinæ, in regione radicis penis, ardor ſeſe exerit.

Virulentæ ſigna ſunt, tetrus color flavo viridescens, & putridi fætoris erumpens materia.

Tanto pejor, ſi præputium ita vehementer afficiat, ut crasſum tumorem, gravem ardorem, intenſum ruborem, excoriationes fisſuras virulenti qvid effundentes, poſt ſe trahit.

Interdum in glande efflorescunt fungoſæ verrucæ numeroſiores;

Vel ſcrotum inficit, ut ardente pruriginoſa arroſione correptum tumescat, inardescat, contrahatur in rugas, asperitatem qvaſi corticis cruſtoſam induat, fisſuras agat cum emanente acri urente tenui ſero magis qvam ſanie.

Hæc omnia poſt ſe trahunt ulcuscula apoſtematodea, rubræ maculæ formâ, qvæ excoriantur, mollescunt, ſuppurascunt. &c.

Cujus generis ulcerationes vulgus chirurgorum, præcipue gallorum, vocat Chancres.

Lasſitudo ingens artuum & virium proſtratio, aſpectus pallidus, ambitus oculorum livido colore conſpicuus concurrunt.

Differt benigna ab altera ſpermatis rariore excretione nam in illa ſperma qvidem erumpit, ſed non niſi ſub membri erectione vividiore, ubi ſpecialis conformatio in culpa eſt.

Prognoſis: Gonorrhæa benigna longe ſecurior, & melioris curationis eſt qvam maligna.

Qvanquam virulenta qvoqve ſub initium levioris periculi exiſtat; qvando vero diutius duravit, & ætatem ſenilem occupavit, contumacisſimum eſt malum.

Per adſtringentia illa præpoſtere tractata, multa graviora & ſontica pathemata inducit.

Acerbius inficit & graſſatur in plethoricis & floridioris ſangvinis individuis.

Durat ſæpe per annum cum exacerbationibus & exulcerationibus moleſtisſimis, cum contabeſcentia & extenuatione totius corporis.

Bubones ſupervenientes malum admodum exaſperant, & periculoſius faciunt.

In therapia minime proſunt antivenerea calidiora cum regimine ſudorifero, adſtringentia præmatura, Saturnina, valde commo-

moventia, volatilia, mercurialia ſuſpecta etc.

Externe artificialia & naturalia balnea, camphora etc. conducunt.

Proſunt in virulenta corrigentia balſamica, alexipharmaca, alcalina, laxantia mercurialia.

Cohibetur fluxus oſſe Sepiæ; ſpecifice

Expellitur Eſſentia cantharidum dilutiore, præmiſſo, in inveterata, purgante.

Ex præmatura adſtrictione gummata gallica erumpunt, Emplaſtro mercuriali ſeu lamina ſaturni mercurio illita reſolvenda. Imo rugoſas excreſcentias tollit Mercurius præcipitatus; interne valet Mercurius dulcis.

Bubones Venerei.

Tumores hi, niſi admodum præcipiti incremento exturgeſcant, ſunt ſine ſenſibili dolore; durant ſæpe ad ſatis longum tempus, antequam ſponte inſignia graviora damna inducant.

Qvod tunc moleſtiæ inferunt, id ſub motu corporis & in æſtu præſertim ſeſe exerit. Imo nec obediunt qvidem prompte medicamentis emollientibus aut maturantibus.

Ulceraſcentes tandem, niſi externis antivenereis & Mercurialibus, ſub prudenti horum etiam externo uſu, provide tractentur, inſignes corruptiones ſinuoſas, fiſtuloſas colliqvationes & eroſiones formant.

Si non mature neque ſtatim in principio,

 ſed

ſed jam aliqvamdiu toleratos, deinde poſt liminio diſcutere ſive introrſum depellere audeat qvisquam, ſumme noxium erit; & totius corporis infectionis intimioris certisſimum afferet periculum, niſi gonorrhæa interim libere proruperit.

De excreſcentiis in orificio ani penſilibus & ulceraſcentibus ſupra, in capite de lue Venerea diximus

Hiſtoriæ Medicæ Specialis.

Sectio IV.

Hiſtoria morborum inteſtinalium.

Cap. I.

Hiſtoria Atrophiæ.

conſ. Scirrh. gland. meſerarie, It: Atroph. ſub infantum affectibus.

Obcines freqventius in puerili vel adolescente corpore, rarius in adulto. Cauſæ ſunt infarctus glandularum meſeraicarum; prægresſi morbi longi; conformationis vitium circa viſcera, das anwachſen; diapnoe ſubito ſuppreſſa; ſpontaneæ diarrheæ adſtringentibus reſtrictæ; vermes;

diæta

diæta acida, ſpiſſa, refrigerans; deſidia; freqvens alvi obſtructio; potus frigidus noctu, ſudante corpore, exhibitus.

In Adultioribus ſeminis crebrior jactura, hæmorrhagiæ excedentes, exercitia vehementiora, nimius ſudor, purgationes, vigiliæ, curæ excedentes, paralyſis viſcerum abdominis eo faciunt.

Symptomata ſunt extenuatio & contabeſcentia notabilis ſine concurſu ſenſibili hecticorum ſymptomatum, languor ſcilicet plane morbidus, appetitus valde dejectus, ſiccitas oris & ſitis, ſomnus admodum levis, inconſtans, nil reficiens, reſpiratio plane anguſtior, corporis pallor, urina turbida.

Ubi hectica ſubrepit, ſunt hæc ipſa qvoque, ſed cum ſenſibiliore actuali conſumptione

Pueri ordinarie turgidum & durum habent ventrem, ut ſentiantur aliqvando, ſi tenſio ejus nonnihil flacceſcat, tactu inæqvalitates & velut nodi qvidam.

Si a vermibus ſit, vultus eſt pallidior & qvaſi cachecticus; narium perpetua mucoſitas, imo excoriatio; inſignis edacitas; ventris perturbatio; quies poſt cibos præcipue largius nutrientes; incommoda a jejunio; vermium excretio.

Cœterum ſunt atrophici communiter qvaſi perpetuo orthoſtadii, imo, abſente hectica, alacres.

Prognoſis; Atrophia eſt longe mitioris e-

ventus & facilius curanda qvam hectica; qvo magis vero hæc complicatur, tanto est ipsa curatu difficilior, qvod fere fit in adultioribus.

In Senilibus vero corporibus sanatu difficillima est sine manifesta etiam hectica: Marasmus senilis vocatur.

Communiter vel e valde mucosa catarrhali asthmatica constitutione prognascens, vel interdum etiam paralyticis vel ad hunc genium proxime accedentibus virium debilitatoriis affectibus succedens item.

A morbis prægressis v. g. nimiis hæmorrhagiis, orta atrophia longe difficilius persanatur qvam a diatæ vitiis.

A vermibus inducta, & non nimium inveterata, illis sublatis & enecatis, ordinarie feliciter curatur.

Malo vero diutius in teneris persistenti, non raro succedit Racchitis, die Englische Kranckheit, cum, tumoribus & superaccretionibus artuum, mit [illegible] Gliedern, vel incurvatione tibiarum vel spinæ dorsi, gibbositate, coxis excrescentibus, daß die hüfft auswachsen; qvæ atrophiam qvidem solvunt, sed tristi spectaculo sæpe per omnem ætatem corpus deturpant.

In therapia noxia sunt purgantia fortiora, valde calefacientia, concentrata volatitia, adstringentia absorbentia nimia, suspecta Mercurialia, incrassantia, refrigerantia.

Vere prosunt laxantia ex mercurio dulci, rha-

rhabarbaro repetita ; reſolventia ; attenuantia cum tonicis martialibus blandis.

Si qvid febrilis concurrat : nitroſa abſorb. diaphoretica fixa Eſſ. alexiphiuvant.

Externe Empl. Sapon. Barbett., de ammoniaco, linimenta roborantia abdomini impoſita Balnea etc. valent.

Cap. II.

Hiſtoria addephagiae.

Eſt vel nimiæ ciborum qvantitatis aſſumptio, vel nimius ingurgitandi impetus & ingluvies, alzuvieles Eſſen, oder alzugeitziges Einwürgen.

Subjecta præcipue ſunt pueri, puellæ & puſiones, qvibus ſæpe & multum cibi intruditur : fæminæ, adoleſcentes; ſanguinei & ſanguineo - phlegmatici ; cholerici raro in modo cibum aſſumendi excedunt; melancholici præ aliis moderamen ſervant, niſi invidia urgeat, vel aliorum ſumptibus edant.

Cauſæ ſunt guſtus grati ſed perverſi opinio; conſuetudo ; in modo edendi excesſus; inopia vel inedia ad lautam & plenam diætam perveniens; vermes; febres qvartanæ; hypochondriacum malum, epilepſia, in qva præcipue panis ſecalini avidi ſunt.

Signa diagnoſtica ſunt anguſtiæ cardialgicæ & anxietates, tenſiones & compresſio-

nes præcipue in fœminis prægnantibus, nausea, ructus, und liegt wie ein Stein in Magen.

Succedunt vomitus sæpe, ac vertiginosa capitis perturbatio.

Si visciditas stomacho adhærescit, cachexiam, febres stomachales, icterum, colica tormina efficit.

Si languidus & fastidiosus renisus cum viscositate concurrat, flatulentia & inde oriunda chronica mala fiunt; appetitus imminutio, diuturna ventriculi sensibilitas.

Infantes nimis suffarcti facile vomunt, si naturæ sunt vegetæ; si vero debilis, certiora sunt damna.

Inde eveniunt infantibus tormina, diarrheæ, nausea, qvæ adstringentibus adgredi periculosum.

Segniores infantes obstructionibus cachecticis, atrophicis, duritie abdominis & extensione cum reliqva corporis tabe vexantur.

Prognosis: Addephagia periculosior est morbo jam præcedente exhaustis qvam sanis.

Sanis repente insurgit turbatio, hisqve utilissime in vomitum exit; cum dolore sæpe capitis, calore, postea qviete & somno terminatur; si alvus libera sit, omnia sunt mitiora.

Extrema fame exhaustis ad satietatem edere, certissima mors est.

In

In therapia Temperantia eſt præſentisſimum remedium.

Tolerabilius posſunt homines potu expleri, qvam cibo. Hinc potus ſufficiens imprimis cibis denſioribus, frixis, paſtis, eſt addendus.

Alvus liberanda eſt ſed non graviter ſtimulanda ob colicæ metum.

Vomitus & diarrhæa tonicis & aromaticis, vino tepido, aromatiſato, vel leni anodino, non autem adſtringentibus ſiſtantur.

Cap. III.

Hiſtoria Flatulentiæ.

Affligit hæc ſubjecta potisſimum ſenſibiliora, phlegmatica, ſanguinea; cholerica & melancholica non niſi ex accidentalibus cauſis, a morbo quodam debilitata; præprimis fœmininum ſexum, præ virili.

Diſtinguitur inter flatulentiam torpidiorem ſtupidiorem, qvæ fere ſine ſenſu & magis phlegmaticorum eſt; & vagam, impetuoſam, qvæ ſenſibiles dolores infert, & ſanguineos, ſimul de cholerico vel melancholico temperamento participantes, vexat.

Cauſæ ſunt, relaxatio motus periſtaltici inteſtinorum partialis; in fœminis menſium & lochiorum ataxiæ, puerperia mala, in

vicis

viris, malum hypochondriacum, hæmorrhoides, nephritis, podagra, herniæ.

Materiales ſunt aſſumpta tenacia, mucida, oleracea crasſioris ſucci, raphanacea, pisces ſiccati maritimi, legumina, piſa, fabæ; pinguedo imprimis ovilla frigido ſuperbibito, refrigerationes artuum, pedum, vel abdominis, decocta calida in flatulentis, mellita, horæa, fæces cereviſiariæ, jung, trüb bier; hauſtus largiores, pultibus imprimit emilio paratis ſuper ingeſti, farinacea, gebackness,

Interim de his aſſumpris notandum, qvod in diſpoſitis magis effectum edere ſoleat.

Signa ſunt, diſtenſiones inteſtinorum, & contentiones, ſtrepitus, volutationes, borborygmi, dolores qvandoqve rupturam minitantes, cum prœcordiorum anguſtiis, cardialgiis ad lipothymiam ſæpius urgentibus, capitis & ſenſuum ſubinde obnubilationibus & vomendi conatibus præſertimin hypochondr. & ſub cruditatibus.

Qvo manifeſtius commotiones ſanguinis concurrunt, eo magis presſiones in ſiniſtro latere, & ventriculo adſunt.

Obſtructio alvi ubiqve vel præcedit vel comitatur.

Subſidentes vapores vel in ſuperioribus vel inferioribus inteſtinis, tandem ſurſum vel deorſum erumpunt.

Peluciaris flatuum torminoſorum differentia obſervatur. 1.) Si æger plane non bibat

bibat, aut parum bibat. 2. do, qvando calide bibit. 3.) qvando ἄξημα seu nimis fermentescentia bibit, 4.) si præsentius fermentescentia bibat, 5.) insuper frigida.

Prognosis: Flatulentia sonticum est malum & in otiosis præcipue fœminis per majorem vitæ partem molestat.

Promptitudini ad multos flatus generandos occasionem dare solet vel simul & semel inducta insignis talis atonia flatulenta; per leves ergo causas resuscitanda.

Vel flatuum freqventiæ, a causis sæpe repetitis non evitatis, mox inducitur habitus,

Qvo magis vero adsvescit tacita ista flatulentia, tanto torminosior fit, imprimis in alvi siccitate, assumptis spissioribus.

Illi, qvi dysenteria laborarunt gravi, maxime alieni sunt a flatibus.

Puerperis vero vel abortum passis imprimis doloribus nothis (Nachwehen) post partum exercitis, præcipue si colligatio abdominis strictior negligatur, vel si frigida bibant, stabilis fit inflatio abdominis.

Voluntaria flatuum cohibitio præcipue in sangvineis, facile spasmos, tormina, colicam flatulentam imo convulsiones progignit.

Suppressio habitualium flatuum tumores, indurationes abdominis, tympanitem, hecticam inducit.

Labo-

Laborioſa vero propulſio, etiam ſucceſſu ſurſum deorſumve intercurſante, nominatur cholera ſicca.

In therapia evitari debent vomitoria fere ſemper, poſitiva purgantia acria, carminativa calidiora præmature data opiata, valde calefacientia, adſtringentia, refrigerantia.

In therapia vero conſiderandum, an flatus in ipſis inteſtinis ſedem habeant? an potius conſenſuali ratione oboriantur ſciliceta. puerperarum abortu, affectibus hypochondriaco-hyſterico-hæmorrhoo-nephriticis, longinquis moliminibus, ubi ſccilicet magis primarii affectus tollendi.

In flatulentia vero ſimpliciori

1.) Occaſiones flatuum evitandæ.

2.) Abdomen imprimis in paroxysmis calore naturali fovendum, ne tamen in perpetuo tali calore ſenſibilitas inducatur, cavendum.

3.) Alvus debite expedienda, cum regimine calido, præcipue per clyſter s lenientes.

4.) Carminativa provide pro diverſitate temperamenti adhibenda.

5.) Dextra medicamentorum ſubordinatio tam præſervativa qvam curativa imo poſt paroxysmos continuanda.

In conſpirante magis flatulentia ſunt hæmorrhoides, menſes, in ordinem redigendi,

hernia

hernia caute tractanda, puerperis venter ligandus cum calore debito.

Cap. IV.

Historia Tympanitidis.

Fæminis est familiarior qvam viris & flatulentis.

Oritur in fæminis facile post abortum crebriorem, vel puerperia male tractata, vel e menstruis incommodis, affectibus hystericis & diu perpessis colicis; in Viris vero post hæmorrhoidum turbas, seu per mala regimina, sive medicamina; porro in utroqve sexu, ex potu frigido, vermibus, cibis crudis, flatulentis, acidorum abusu, qviete, somno, curis diuturnis, febribus diuturnis male tractatis.

Symptomata sunt murmura, rugitus, tensiones tanquam tympanum pulsaretur, circa umbilicum, ventriculi inflatio, habitus cachecticus, respirandi difficultas, virium & corporis languor & decrementum, urina pallida & cruda, interdum febrilis commotio.

Ructus concurrentes emissi sublevant, suppressi vero tanto magis angunt.

Post sectionem anatomicam intestina flatibus distensa reperiuntur, unde hydrops siccus vocatur.

Prognosin exhaurit Schraderi Epiphonema in Prælect. in Aph. Hippocr. Sect. IV. aph.

XI.

XI. Qvi tumet inflatus tympanitide, funus bajulat ille ſuum, ac tympanum velut gerit & pulſat, ad bellum cum morte ineundum, in quo tamen plerumqve Tympaniſta ſuccumbit.

Febribus vero male tractatis ſuccedens nonnunquam curatur, præcipue in robuſtis & vegeta ætate.

In therapia male adhibentur fortiora purgantia, adſtringentia, valde commoventia, multa terrea, narcotica, valde emollientia, relaxantia, carminativa calidiora, mercurialia, vulgaria martialia.

Magis proſunt reſolventia, carminativa temperata, digeſtiva, amara, balſamica blanda, clyſteres, laxantia, diuretica & tandem tonica.

A febre intermittente ſuppresſa, maturam revocationem expoſcit per digeſtiva & amara cum laxantibus.

Ex prægresſis obſtructionibus menſium & hæmorrhoidum itidem reqvirit harum tempeſtivam reſtitutionem & emendationem.

Cap. V.

Hiſtoria Colicæ.

Subjectis magis evenit ſangvineo-cholericis, floridis, phlegmaticis, pure cholericis, fæminis qvam viris, freqventior.

Diſtin-

Diſtinguitur in colicam flatulentam, biliofam, hæmorrhoidalem, nephriticam, hyſtericam, convulſivam.

Cauſæ ſunt hæmorrhoidum vel menſium turbæ, V. Stionet, ſcarificationes, purgationes adſvetæ omiſſæ, mala puerperia, neglectus abdominis ligaturæ in his, inteſtinorum debilitas, hæreditaria diſpoſitio, podagra, arthritis repreſſa, vermes, obſtructio alvi etc.

Externæ magis ſunt, cibi acres, acidi, tenaces, flatulenti, potus fæculentus aut frigidus, vita ſedentaria, exercitia immoderata, animi pathemata graviora, herniæ, in diſpoſitis & ſenibus refrigeratio abdominis, vel tantum pedum.

Signa ſunt tormina vehementisſima, durabilia, ſubinde recurrentia & ultra unum diem durantia circa & ſupra umbilicum, cum ſenſu modo torſionis, modo gravisſimæ tenſionis rupturam velut minantis, modo tremoris cujusdam & fremitus.

Undiqvaqve cum maxima anxietate, anguſtia, exterioris corporis refrigeratione & anxiis ſudoribus frigeſcentibus:

Sæpe invadit ſat repentino impetu, cum alvi occluſione ab initio, & durante hac, in vomitum, vel aliqvando in diarrhæam ſtrenuam excurrit, cum levamine ſubinde.

Eſt & alia gravisſima convulſivæ colicæ ſpecies, qvæ ex fumis metallicis maxime Saturninis exoritur, vel a vinis, qvibus lythargio

admixtum, & nominatur hütten Katz, hütten Kranckheit.

Prognosis: Sæpius recurrens, ex levi causa exsuscitatur, & in habitum degenerat.

In magis idiopathica, obstructa communiter est simul alvus, tuncqve etiam fere pertinacius & vehementius affligit.

Interdum vero concurrit cum alvi fluxu, qvod præsertim in dysenteria velut essentiale est.

Vehementer coortæ colicæ conjungitur sæpius vomitus, qvi valde suspectus est, & Ileodes: nisi occasionem sumserit a cibis paulo ante & qvidem nimiis ingestis, vel potu frigidiore largo.

In fæminis, cum colica juncti fortes vomendi conatus, metum vomitus cruenti faciunt.

Singultus, ubi colicæ præter consvetudinem supervenit, diri ominis habendus est.

Anodinis, opiatis, perverse tractata, paralysin facile inducit.

Therapia haud secure fert emetica, purgantia fortiora, acida, narcotica, regimen coactum sudoriferum ante alvi apertionem, castoreum interne, carminativa calida, adstringentia, nimis relaxantia.

Conveniunt potius spasmum sedantia, clysteres, laxantia, discutientia, nitroso-temperantia, blanda carminativa.

Externe linimenta, sacculi, calor & fotus abdominis:

Tandem Tonica, nervina conferunt.

Cap.

Cap. VI.

Hiſtoria Pasſionis Iliacae.

Subjectis familiaris omnis ætatis & ſexus, Sed admodum rarus affectus.

Cauſæ ſunt, hernia incarcerata obſtructiones alvi pertinaciores, inflammationes inteſtinorum, valvuloſæ protuberantiæ circa inteſtinum coecum, inverſio inteſtinorum, horumve implicatio, convolutio, aſſumpta flatulenta, acria pharmaca Venena, valvula coli relaxata vel conſtricta, ſtranguria; Hippocrrates Sect. VI. aph. 44. vehementes concusſiones corporis, vermes etc. incuſat.

Signa ſunt, tormina atrocisſima, hypogaſtricam regionem magis occupantia.

Concurſant anguſtiæ, cardialgiæ, propenſio in lipothymias, ſudor frigidus; qvandoqve ſuſpecta tusſis, concurrente febrili motu, cum nauſea, vomendi conatu, ructibus.

Qvibus omnibus concurrit, tanquam ſignum pathognomonicum, vomitus ſtercoreus, cum perpetua prorſus & conſtante alvi occluſione.

Ab initio vix a colica diſcernenda; interim differt ab ea atrocitate dolorum, qva colicam longe ſuperat.

In colica potisſimum inteſtina craſſa; ſed in ileo inteſtinum ileon, & reliqva tenuia infeſtantur.

Sicqve longe periculoſior eſt qvam colica.

Prognoſis : per ſe malum calamitoſum eſt; raro aliter finitur, niſi ſcybala tempeſtive excludantur alvi obſtructio, ce et vel per auxilium artis auferantur.

Qvando dolorum & vomitus fit repentina remisſio, licet cum fæcum rejectione, maxime de vita metuendum eſt.

In therapia omnino evitari debent omnia emetica, violenta purgantia, nauſeoſa, acria commoventia, ſtomachica carminativa calida, Mercurialia ſuſpecta, adſtringentia, opiata, acida, incrasſantia.

In vera therapia proſunt interna temperantia, nitroſa, lubricantia, clyſteres emollientes.

In convolutione inteſtinorum, deglutio globulorum plumbeorum, hauſtus mercur. vivi cum ol. amygd. dulc. & motu injuncto celeriore ſvaderi ſolet.

In hernia incarcerata, hujus ſcita repoſitio & alia convenientia, emollientia, clyſteres &c. auxilio ſunt.

Externe Spir. vini camph. crocat. ſacculi discutientes &c. applicandi.

In ſtatu plethorico qvandoqve V. S. locum habet.

Cap.

Cap. VII.

Historia fluxuum alvi.

α) Diarrhoeæ. β) Cæliacæ. γ) Lienteriæ. δ.) Dysenteriæ. ε.) Verminosi.

I. Fluxus alvi simplex.

Subjectis magis humidis, certam vero periodum servans Sanguineis freqventior est.

Causæ sunt cibi crudi, dyspepti, pingues, potus fœculentus, refrigeratio, sudores matutini cohibiti; in sensibilibus ambulatio nudis pedibus, corpore præcipue calente.

Diarrhœa simplicior repetita liqvida egestione absolvitur, non 3. vel .. sed 30. 40, sedibus per νυκτημερον se exerens

Fit communiter sine evidenti sensu doloris alicujus, seu torminum, nisi ab externis causis provocentur: refrigeratione scilicet insveta, vel assumptis cum nausea & dyspeptis.

Et hic adsunt tormina intestinorum, lassitudo corporis, appetitus vacillans, superveniente siti & horripilatione. etc.

Prognosis: Diarrhœæ periodicae præcipue circa æqvinoctia recurrentes, nisi turbentur, omnino sunt salutares.

Quando vero excedit, Solutio lvi vel minus freqventer recurrit, vel supprimitur, tandem facile affectus hypochondriacos & varia alia periculosa pathemata producit.

Qvando vero inopportuno tempore invadit, mali ominis & exitus eſt, uti in hectica, pthtiſi, ſcirrhis abdominis, malo hypochondriaco, hydrope &c. conſummatis.

Qvo plura acutiorum torminum concurrunt, item major deſidendi conatus & freqventia, eo suspectior talſis fluxus eſt complicationis dyſentericæ, vel inflammatoriæ vel verminoſæ &c.

In therapia nocent adſtringentia præmatura, opiata, dulcia, vomitoria pro diverſione, acria purgantia, nimis incrasſantia, ſtomachica præmature data, impellentia, communia ſpecifica ſtyptica, refrigerantia in- & externa.

Vere proſunt ad materiam mucoſam incidendam & abſtergendam digeſtiva, reſolventia, colliqvantia, præcipitantia, amara, pro diverſitate temperamentorum.

Dentur laxantia, clyſteres, & tonica cum ſecuris ſedativis ac carminativis conjungantur.

Diarrhæa periodica potius promovenda, per vina medicata qvam alienis refringenda.

Minus interim conſultum eſt, urgentes dejectiones alvinas nimis diu retinere; nam hæ retentiones ad ſuspectas flatulentias & tormina contribuunt.

2. Lienteria & fluxus cæliacus.

Infantibus magis qvam adultioribus freqvens eſt. Pasſio

. Mitior gradus dicitur pasſio cœliaca; major vero lienteria vocatur.

Disponit ad hoc malum vitium in diæta commisſum.

Signa fluxus cæliaci ſunt cibi in pulticulam ſolum reſoluti & rejecti;

Lienteriæ vero liqvida dejectio, non tam crebra, ſed poſt aſſumptos cibos promptius revertens, hosqve nihil alteratos vel concoctos, ſed uti ingeſti ſunt, rejiciens.

Concurrunt appetitus dejectio nauſea, ſpasmodicæ ſtricturæ in inteſtinis, cardialgiæ.

Prognoſis: Hunc affectum diu durantem facile inſeqvitur tabes.

In conporibus cacochymicis ſæpe in dyſenteriam tranſit; in mulieribus prægnantibus pernicioſus eſt hic affectus.

In therapia evitari debent purgantia, vomitoria, præmatura adſtringentia, opiata, ſtomachica calidiora, ſalina copioſa, terrea largiora abſorbentia uſta.

Conveniunt abſterſiva amara, reſolventia, roborantia, temperantia, mitiora laxantia, pillulæ balſam: rhabarbarum.

Abſtinentia à cibis admodum prodeſt, usqve dum natura redeat in aliqvem ordinem.

3. Fluxus hepaticus.

Subjectis Sanguineo - phlegmaticis, virilis

ſexus magis, haec juvenibus & viris freqventior eſt.

In frigidioribus nationibus rarior occurrit uti per ſe infreqventior eſt.

Cauſæ ſunt hæmorrhoidum anomaliæ, ſcirrhoſa hepatis conſtitutio, retardatus humorum progresſus per venam portæ.

Signa ſunt itidem liqvida dejectio cum humore interfluente dilute ſanguinolento, loturæ carnium inſtar, utplurimum ſine ſenſibili aliqvo dolore, niſi ſenſu forte presſionis torminoſæ mediocris in abdomirae.

Cum dextri qvandoqve hypochondrii inflatione, duritie & anguſtia, appetitus & virium dejectione, coloris naturalis mutatione, arido æſtu, faucium ſiccitate &c. eſt conjunctus pluribus vicibus recurret vel per aliqvot dies durat hic fluxus.

Prognoſis: Hic fluxus haud adeo periculoſus, niſi per tempus durans vires admodum proſternat.

Si ſenes aut imbecilles corripiat, cachexiam vel hydropem & tandem mortem inducit, vid. Hippocr. VI. coac. t. 21.

In therapia evitari poſſunt purgantia draſtica, præmatura carminativa, acria, martialia cruda, adſtringentia, opiata, incraſſantia, aloetica vulgaria.

In cura ita tractandus eſt, uti hæmorrhoidum ſuppresſiones, temperantibus, abſtergentibus, laxantibus, tonicis, amaris

4. Dy-

4. Dysenteria rubra & alba.

Subjecta invadit facile sana plethorica, cholerica, & qvando epidemia est, omnem sexum & ætatem.

Temporis ratio hic maximum momentum habet; scilicet medio Jul. Augusti. præ aliis mensibus gras satur.

Sicuti inauditum est tempore, ab intemperatissimo uvarum usu aliud qvicquam oriri, qvam simplicem diarrhæam, non dysenteriam.

Augusto vero & Septembri frigidioribus & scioribus existentibus, minus de hoc affectu metus est, qvam contra.

Causæ sunt porro austrina aeris constitutio, qvando calor cum humiditate adest, potus largior frigidus, fermentescens, post ingurgitationem horæorum, iracundia, refrigerationes, contagium.

Signa sunt laxitas alvi, qvæ freqventius & vehementius redit cum torsionibus abdominis, sedis morsu & stimulis.

Invalescit cito cum cæteris pathematibus debilitas singularis.

Langvent vires & appetitus, frigidula horripilatio extremorum præcipue cum aspectu morbido, conatus dejiciendi in tormina acria, ut conatus vacuos, sæpius abeunt.

Exit deniqve materia tenuis albuginea instar ovi olidi leviter flavescens & olens, qvam

comitatur ſanguis ſincerus, dilutus inſtar loturæ carnium, vel cum ſtriis & ſtigmatibus ſanguineis, vel multo ſanguine modo nigricante, modo dilutiore.

Adeſt commotio febrilis, & hæc, qvo vehementior eſt, eo ferocius eſt malum, cum ſiti & urina utplurimum pauca, tenesmo, ita, ut procidentia ani inde eveniat.

Signa albæ ſunt deteriora & omnia ſymptomata acerbiora, cum præcipiti progresſu, febre, exqviſitiore ſiti, agrypnia &c.

Hæc exhibet mucum magis ſpisſum ſubcinericei coloris ſtigmatibus ſolum pallidioribus ſanguineis notatam ſubſtantiam, abraſo muco ex interiori inteſtinorum ſuillorum tunica ſub manibus lanionum deciduo ſimilem. Durat per 2. 3. 4. Septimanas utplurimum.

Differt dyſenteria a diarrhæa torminoſa hæmorrhoidali, qvæ mox a primo impetu ſenſim decrescit, & in qva excrementa non ſunt ulceroſa.

a Dyſenteria petechizantium; tales epidemicæ febres qvandoqve in tempora dyſenteriodea incidunt.

a Dyſenteria Pariſienſi omnibus advenis familiari, qvæ benignior eſt, nec contagioſa & ſegnior, ut etiam in publicum prodire posſint ægri, & ſine febre qvovis anni tempore eveniens.

Prognoſis: Appetitus æqvaliter conſtans

præ-

præſtat, qvam nauſea imprimis contraria & augescens.

Peſſimi ominis ſunt inflammatio faucium, & aphthæ, ubi cum ſonitu descendunt aſſumpta, wans kollert bis in magen hinunter.

Singultuoſæ dyſenteriæ itidem mali ominis & plerumqve eventus ſunt.

Feliciter ſuperata relinqvit corpora obfirmata, torminibus & fluxibus alvinis non ita expoſita.

*D*yſenteria ſummum gradum adepta, peſtilens eſt. Et æmulatur variolas petechizantes febresqve malignas;

Et hoc eo magis, qvo magis febris urget, ubi gravioris eſt periculi; ſicuti in hoc feroċiente 1. 2. 3. ſeptenario lethaliter exit;

Contra ſub miti febre ad 3. 4. ſeptenarium ſine lethali exitu durare poteſt.

Alba pejor eſt, qvam ſanguinea, idqve magis, ſi cruentatio cum reliqvorum ſymptomatum augmento deſinat.

*D*yſenteria funeſte exiens, qvo magis enervati fuerunt ægroti, eo minus convulſiones accedunt; per adſtringentia vero cohibita, ibi intereunt ægri ſub convulſionibus gravioribus, & ordinarie diebus criticis.

In mortui veſicula fellea nunc vacua, nunc chyloſa qvaſi materia loco bilis plena, ventriculus & inteſtina tenuia bile perfuſa, abscesſus in cyſtide fellea, Ileon ulceratum, bilis colore gramineo cernitur.

Vomi-

Vomitus immediate post ingurgitationem fructuum succedens, subinde præoccupat malum; qvando vero conatus vomendi magis, & admodum sero, accedunt, læsio potius in ventriculo prævalescens haud bonæ indolis indicatur.

Dysenteria cachecticis, phthisicis, diuturnis animi perturbationibus maceratis, & in qvibus vermes in intestinis hærent, plerumqve fatalis.

Puerperis periculosa, nisi febris & aliæ mali accessiones absint.

Dysenteria gravidis ante partum qvandoqve salutaris observata, & post partum plerumqve liberantur Teste Hippocr. Sect. 2. prædicit Text. 30. & lib. V. Epid. Text. 33. Lib. VII. Epid. Text. 49.

In Therapia caveri debent, indiscretus vomitoriorum usus, præcipue ubi febris est præsto; item purgantia stimulantia drasticaa, V. S. nisi in admodum plethoricis, adstringentia præmatura, styptica, opiata, refrigerantia in- & externa, absorbentia terrea, balnearia, Saturnina, incrassantia copiosa, valde impellentia concentrata, dulcia, aloetica incorrecta, lacticinia, regimen sudoriferum.

Fiat potius materiæ corruptæ per catarctica qvam corrumpentis per diapnoica evacuatio.

In leniori malo illam præstant Rhabarbarina, hanc vero Theriac. Pil. Becch. Cort. Chaccarillæ

rillæ ſub noctem & ſub primum mane adhibenda.

Tonica ſub mitioris mali initio ſufficiunt ex rad. Torment. coralliis Spec. de Hyacinth. Decoct. carvi.

Optimum mitigans eſt gummi arabicum largius datum.

Lenteſcente impetu locum habent ſubadſtringentia, fruct. ſorbi maj. exſiccati, Sangvis draconis etc.

Specifica a qvibusdam landantur priap. cerv. hepar ſerpentis, ſmaragd, fungus ſorbi aucupariæ, Eber äſche.

Radix Ipecacuannæ ſæpius votis non reſpondet

Amuletica prædicantur radices Pſeudoacori, plantag. aquat., colchic.

Alexipharmaca temperata, ſæpe repetita parca deſi, proſunt.

Potus ſemper ſit calidus vel bene tepidus.

Si ſine febre ſit, quam minimum bibiſſe præſtat; & contra, ſi febris conjuncta.

5. Febris Dyſenterica.

Satis ſe prodit tum febrilibus ſymptomatibus præcipuis, tum magis magisqve increbeſcente contagioſa graſſatione.

Invadit ſæpe cum horrore & frigore, & eſt deterior. Qvæ enim dyſenteriæ citra febrile ini-

initium exortæ demum superveniunt & accedunt, minoris fere sunt periculi.

Adest sitis & non injusta bibendi cupido, omnia tamen etiam potulenta cito rursus excernuntur, & urina prodit parca, rara, imo sæpe per plures dies nulla, cum eximiis incommodis.

Prognosis: Febri huic λειπυρικὸν illum statum accidere, ut nempe exterioribus frigescentibus interiora valde urantur, in pessimis est signis.

Vermes in febre dejici nunquam pro bono signo haberi svevit; sollicite tamen perpendendum, an hic fluxus magis veluti sponte, & ab ipsius febrilis materiæ ad intestina tendentis malitia fiat; an vero potius ex medicamentorum præcipue myrrhatorum energia.

In therapia præstat hnjusmodi febrem, tractare simpliciter ut febrem & conjunctum fluxum qvasi negligere.

Revera enim fluxus,qva tatis nihil adeo magni habet momenti, qvippe non raro per aliqvot septim nas sine vitæ periculo continuat.

Omni modo hic largiter bibere præstat, modo non jugibus haustibus, neqve frigidum potum vel fermentescentem, fæculentum, neque potentialiter calidum & spirituosum.

Vinum tamen in Dysenteria sæpissime salubre deprehenditur, præcipue in jam valde progressa, neqve ipsa febre adeo præfervida.

Tur-

Turbata & exacerbata talis febris paucissimis diebus funesta est.

Ab adstringentibus alvi cohibitioni graves succedere cardialgias pessimum est; sicut etiam vomitus, qvi tamen cardialgias solvunt.

6. Vermes.

Adfligitur freqventius ætas infantilis puerilis, raro adultiores, nisi temperamenti corporis cachectici, mucosi, & fæminæ mensium obstructione laborantes.

Causæ sunt cibi crudi, tenaces, dyspepti, præprimis in pueris addephagis, dulcia, saccharata, infectio nutricum & vetularum, cibos infantum masticantium.

Indubia eorum præsentia vix cognoscitur ante actualem aliqvando factam excretionem, postqvam aliqva vaga pathemata abdominis percepta fuerunt torminosa tenesmodea.

Certiora vero signa sunt, si jejuno stomacho vel hoc minus gratis eduliis saturato, hoc incommoda in abdomine augescant, gratioribus vero cibis imprimis lacticiniis conqviescant.

In puerili ætate porro vultus est pallidus, & jejuno stomacho non solum multa sputatio, sed freqvens jejuna nausea vomibunda, qva limpidus salivalis liqvor copiose affluit, vulgo: die Würmer beseichen sie. Concurren

rente communiter perpetuo multa mucositate fluida e naribus cum pruritu insigni.

Genæ modo rubent, modo pallent, sitis adest matutina, oculorum livor, alvus modo obstructa, modo laxa.

Concurrunt non raro gravia & insolita pathemata dolorifica vel plane convulsiva, epileptica, variæ temporariæ inflationes, indurationes, interdum & retractiones abdominis circa umbilicum, flatulentiæ convulsivæ, bombi (knollen im Leib) crepitationes &c. pavores sub somno cum repentinis ejulatibus de dolore in abdomine circa unum magis locum digito designabilem.

Stridores dentium sub somno frendentium, nullo dentitionis tempore.

Imo (imprimis in adultioribus) deliria, febres anomalæ cum abdominis pathematibus, cum maculis cutaneis, decolorationibus ictеroideis.

Differunt vermes inter se; nunc sunt

Lumbrici proprie dicti, nempe longiores teretes vulgatiores, & inferunt incommoda magis in tenuibus intestinis, nec raro in ipso ventriculo.

Ascarides circa coli & recti orificia.

Lumbricus latus late per abdomen, rarior est, præcipue adultis sicut & cucurbitinus.

Prognosis: Verminosa colluvies gravia sæpius symptomata in junioribus & adultioribus inducit.

In

In morbis chronicis, ut malo hypochondriaco, hysterico, hæmorrhoidalibus motibus &c. imo in acutis semper morbum tanto graviorem reddunt & deteriorant.

Lumbrici in ventriculo hospitantes, plus negotii facessunt, qvam si in intestinis hæreant; pessimorum tunc symptomatum auctores observantur.

In acutis, si in statu vel incremento morbi excernantur, semper pro malo omine & signo malignitatis habentur.

Ascarides sunt qvidem gens pusilla, sed expugnatu difficillima, & licet sint expulsi, mox nova proles ex ovulis in intestino recto depositis nascitur. Hinc non statim a remediis abstinendum est.

In therapia Vermium raro qvadrant acria resinosa purgantia, vitriolacea, venerea, valde acria vellicantia, mercurialium præcipue corrosivorum excessus, aloetica minus correcta, opiata, dulcia nimia.

In therapia vera generalis regula bene observanda est: Qvod fere nunqvam vermibus enecantia remedia sola danda, sed semper cum purgantibus combinanda sint.

Sic specifica amara, interpositis abstergentibus laxantibus, mercurio dulci & aliis: externe vero similiter amara bilis tauri, myrrha, aloe, crocus &c. qvandoqve clysteres dulcificati adhibeantur.

7. Herniæ.

Bronchocele, ſeu hernia gutturalis, ſive ſtruma adjacet anteriori parti colli: magis aqvarum climatis certæ diſpoſitioni, qvam internæ cauſalitati debetur, excepto caſu, qvi a niſu partus intenſiore ſuboritur.

Herniæ ventoſæ & aqvoſæ diagnoſis patet

1.) Ex tactu & tractatione ſcroti, qvibus aqvæ contentæ ponderoſitas ab aeris ſumma libertate facile diſcernitur.

2.) Adſpectu in loco tenebroſo, ad lumen candelæ, ubi ab aere major, ab aqva minor eſt diaphaneitas.

3.) Ventoſæ communisſime repentinum, aqvoſæ (niſi aſcites concurrat) tardius incrementum eſt.

4.) Deniqve ventoſæ freqventior & familior veluti alterans aliqvando remisſio ſeu imminutio, aliqvando intenſio, ſemper tamen æqvalior per totam capacitatem expanſio; cum contra aqvoſæ rarior eſt imminutio, & ſi imminuatur, in reliqva parte ſenſibilis inanitio atqve laxitas.

Hernia Inteſtinalis.

Freqventior infantibus & pueris junioribus: Fæminis umbilicalis & inguinalis: Adultis

Adultis ſemper difficilior ſtatus, præprimis qvando increbescit.

Cauſæ ſunt in infantibus utplurimum clamores vehementiores, ejulatus: in aliis alvi obſtructio pertinacior, violentæ contuſiones, ponderum geſtationes, difficilis partus, balneorum immoderatus uſus, exercitia vehementiora, tusſis, vomitus, hæreditaria diſpoſitio.

Dignoscitur partim ex conditione loci, ubi nempe tam umbilicalis poteſt esſe qvam inguinalis;

Partim ratione tactus, ubi inteſtina in herniam prolapſa molliorem tactum præbent.

Partim ratione alternationis modo imminutionis, modo reditus.

Dum videlicet communisſime, niſi valde ſpatioſa ſit hernia, tempore decubitus nocturni, præſertim poſt ſolidum paſtum inteſtina tota vel maximam partem intra abdomen recedunt.

Hernia ingvinalis eſt, qvando circa lineam albam vel procesſus vaginales & ingvina intumescentia oritur.

Rariora ſunt exempla herniæ lateralis vel in medio abdomine, ſupra vel infra umbilicum in longitudinem fisſuræ lineæ albæ.

Hernia omentalis ſeu Epiplocele & varicola ſ. cirſocele tactu maxime dignoscuntur,

dum omentalis duriuscula & æqvalior; varicoſa vero valde mollis & anfractuoſa deprehenditur.

Illa enim communisſime in ſumma ſcroti parte incipit, & magis verſus abdomen velut dilatata ſentitur; hæc vero contra a teſticulo verſus abdomen ſurſum potius gracilior fieri ſentitur.

Hæc igitur omnino continuitatem affert cum teſticulo; illa non item.

FINIS.

Tomus poſterior in futuras nundinas reſervatur.

Index
Capitum ac Rerum
MEDICÆ HISTORIÆ,
in qua agit
Pars I.
de
Habitu ac Natura morborum in genere

HISTORIÆ MEDICÆ

Pars II.

Morborum hiſtoria Specialis.

Sect. I. Hiſtoria febrium, uti Anomaliæ pulſus.

c. IX.


γ. affectus Gravidarum, Puerperarum etc.

Sect. III. Historia morborum lymphalium

c. 1. - - oedematis
2 - - hydropis
3 - - Cachexiæ.
4 - - Stranguriæ, Dysuriæ, Ischuriæ, diabetis.
5 - - Scabiei.
6 - - Scorbuti.
7 - - Luis venereæ.

Sect. IV. Historia morborum Intestinalium.

1) - Atrophiæ.
2) - Addephagiæ.
3) - Flatulentiæ.
4) - Passionis Iliacæ.
5) - Fluxuum alvi α Diarrhææ β coeliacæ. γ Lienteriæ. δ dysenteriæ. ε Vermium, ζ. Herniæ.



IO. SAMVELIS CARL

HISTORIA MEDICA

ET QVIDEM

TOMVS POSTERIOR

CONTINENS

HISTORIAM MORBORVM INDIVIDVALEM

ET

HISTORIAM COGNATIONIS MORBORVM EXEMPLAREM

EX

FORESTO.

HAFNIAE

IMPENSIS IACOBI PREVSSII.

INDEX
Partis III. Hiſtoriæ Medicæ.

SECTIO I.

Caſus Morborum internorum.

53. Ca-

112.

SECTIO II.
Casus Chirurgici.

32. Vul-



INDEX
Partis IV. Historiæ Medicæ.

Specimen I.

Petri Foresti. 1. Ratione temperamenti sanguineo-cholerici est a) major sensibilitas, b) motus anomali, c) contagium

 facile.

facile. 2. Ratione ætatis a) puerilis vermes, b) juvenilis ſtranguria, iſchuria, incubus, cephalalgia, odontalgia, catarrhi, febris anginoſa, cephalæa, malum hypochondriacum, febris tertiana, cardialgia, febris epidemica. c) Virilis & ſeneſcentis, hæmorrhoides, nephritis, regurgitatio ad ſuperiora, febris ephemera, lenta, ſynocha, colica, rheumatiſmus, peſtis, pleuritis, ſpuria, febris continua, ſtranguria, dyſuria. pag. 113-132

Spec. II.

Jordanus Foreſtus, pater. 1. Ratione ætatis junioris quæriti ſolum de multis verrucis. 2. Conſiſtentis de hæmorrhoidum turbis ac tumoribus. 3. Senilis de fluxu hæmorrhoidali, quartana, tabes. 133-135

Spec. III.

Theodorus Foreſtus. Laborabat ex temperamento ſanguineo-melancholico colica, cephalalgia, ſputo cruento, malo hypochondriaco, ventriculi atonia, flatulentia, febre tertiana, catarrho, febre lenta, hectica, maligna tranſiente in tertianam, capitis tremor. 136-139

Spec. IV.

Nannius Foreſtus. Ægrotabat 1. in ætate juniore vertigine, ſyncope, cardialgia, vomitu, quotidiana. 2. In conſiſtente tremore manuum, memoriæ læſione.

3. In

Spec.

Spec.

Spec.

Spec.

Spec.

Spec.

HISTORIÆ MEDICÆ

PARS III.

ſpecialiſſima & individualis

Caſus Clinicos

&

Phænomenorum eſſ- & extra-
eſſentialium recenſitionem ſerie
ordinata in ſpecie exhibens.



Sectio I.

Casus Morborum internorum.

I.

Febris catarrhalis maligna petechiz.

Juvenis 20. annorum, athleticus, ſanguineus, poſt tertianam transactam, cum in urbe ac propriis ædibus febris quædam epidemica graſſaretur, incipit laſſitudine corporis, & animi quaſi faſtidio cum capitis vertiginoſa gravedine affici. Poſt diem laſſitudo augetur, ac horror ad noctem invadit cum inſequente mediocri æſtu, appetitu ſumme proſtrato, vigiliis anxiis, phantaſiis ſub ſomno laborioſo. Altero & tertio die ſymptomata exacerbantur, Paroxyſmus ſemper ad no-

ctem revertitur. Die ſexto & ſeptimo delirium ingruit cum urina purpurea ſine multa turbatione; maculæ pectus obſident roſeæ. Poſtmodum diarrhæa accedit, tremor artuum, ſudor nullus. Eſt dies undecimus, ubi ob debilitatem ingraveſcentem ad ἀκμὴν perveniſſe malum conjicitur, & conſilium petitur.

II.
Variolæ & morbilli.

In domo illuſtri variolæ & morbilli graſſari incipiunt. Subjecta infeſtantur laſſitudine, cephalalgia, appetitu proſtrato, vomitione, alia hæmorrhagia narium, alia diarrhæa, alia convulſionibus epilepticis, motu febrili ſub initium quarti diei, puſtulæ erumpunt, alvus eſt adſtricta: die ſeptimo attolluntur & ſuppurantur, die undecimo exſiccantur, orthoſtadia accedit. In nonnullis fit retroceſſio; diarrhæa, febris lenta, tuſſes ſuccedunt. Oculorum vitia in aliis viſuntur. Puſtulæ aliis ulceroſæ fiunt. Quæritur, quomodo in ductu therapeutico in genere & ſpecie dictorum ſymptomatum & affectuum ſuccedentium filum curationis ariadneum ſervandum ſit?

III.

Febris cholerica.

Vir 40. annorum cholerici temperamenti, ante eſum inſignem habuit mentis alterationem ſc. iracundiam, quam autem generoſi vini ope pellere iterum quæſivit, ſubſequente autem veſpera ingens præcordiorum anxietas, horror cum æſtu; motus vomibundi ſed non ſuccedentes infeſtabant; accedunt lipothymiæ, quamprimum æger erigere ſe cupit. P. C.

IV.

Angina inflammatoria.

Juvenis 24. annorum ſanguineus, plethoricus, antea hæmorrhagiis narium adſuetus, diætæ plenæ vinoſæ, ſub initium æſtatis, cum a motu corporis majore, poſt cachinnos & concitatam vomibundam faucium contorſionem, totus calens fauces frigidâ perluiſſet, inde veluti ſcabritiem quandam circa fauces reſtitantem ſenſiſſet, & domum reverſus togam rejeciſſet, & ita ſeminudus in conclavi umbroſo aliquamdiu reſediſſet, ſentit leviter moleſtam & horridulam corporis refrigerationem, torporem artuum obtuſum, & prementem

quasi opplentem capitis dolorem; sub quibus oboritur magis magisque sensibilis ad pruriginem veluti vergens illa faucium scabrities, imo concurrente sensu moleculæ in faucibus: oritur sub deglutitione compunctio, quæ magis magisque increbescit; hinc invalescit capitis dolor, rubent oculi, tinniunt aures, tumescunt vasa circa tempora & frontem, inflatur cum rubore facies, æger augi magis incipit, & strangulationis metum incurrere.

V.

Peripneumonia vera.

Juvenis 20. annorum sanguineo-cholericus, vitæ generis alias mobilis, & sanguinis per nares effusioni satis frequenti obnoxius; mutato vitæ genere in sedentarium, & diætam enormiter siccam, cum primo vere initio Martii ab insolito corporis motu valde concaluisset, mox vero refrigerationi imprudentiori locum dedisset, vestibus præterea valde tenuiter amictus, ut erat tempus ante meridianum, versus meridiem domum reversus & in conclave æstuans cito progressus, incipit repente inhorrescere, & graviter non modo frigore, sed etiam horrore concuti; accedit angustia respirationis insignis cum levi primum, mox gravi tussi & quidem

vacua.

vacua. Turbatur & dolet admodum caput, incipit laſſitudine inſolita affici, cui æſtus vehemens accedit, ante cujus increbeſcentiam tamen ſemel iterumque vomitu corripitur, ubi quæ haud dudum aſſumſerat, evomit. Succedunt lancinationes circa dextrum latus haud multo infra papillam, quæ jugiter continuant. Tuſſis increbeſcit, licet ſicca. Pergit ita hoc & ſequente die tertio & quarto; rejicit ſputum ſubcruentum, cum tuſſi; urina rubicundior paulo quam aurantiorum color, mox turbatur, & ſedimentum roſeum copioſum adhuc tamen leviuſculum deponit. P. C.

VI.

Pleuritis cum febre continua.

Juvenis 20. annorum melancholico-cholericus vini abuſui repente indulgens, cum aliâs modice eo uteretur, præcipue cum ab anno decimo quinto frequenter hæmorrhagias narium pateretur, & jam ab aſſuefacto hujus abuſu male habere inciperet, imprimis datis adſtringentibus, unde illæ ad 6. menſes ceſſarunt, præſcripto uſu quotidiano ſuccoladæ, & partim injuncta, partim per languorem electa quiete ſub finem Maji ſepoſito medicaminum uſu meliuſcule ſe habere viſus, in publicum ali-

quoties progreſſus, invitante animi exhilaratione & converſatione ſodalitii non modo vini noxiam quantitatem adſumendo, ſed inſuper ſaltatione incaleſcendo ſeſe fatigavit, & ſero domum reverſus cereviſia frigida largius hauſta ventriculum oneravit, poſt primam vero noctem frigidam illam cereviſiam denuo evomuit. Interim continuatis gravibus anguſtiis circa diaphragma per transverſum regionis præcordialis, & urgente veluti perpetuo horridulo ſenſu noctem inquiete tranſigens mane verſus ſextam ad alvum deponendam ſurgens afficitur majore horrore, qui etiam, cum in lectum reverſus eſſet, ſatis diu continuavit. Succeſſit æſtus gravis cum lancinatione dextri lateris circa ſextam & ſeptimam coſtam. Parum æger tusſit, nec inde exacerbationem ſpecialem patitur. Pergit æſtus, licet non conſtante intenſione, aut ſtata remiſſione. Quoties vero æſtus impatiens remotis ſtragulis corpus vel æſtus ventilat, prehenditur mox horridulo ſenſu. Ventriculus quando bibit, eructat non raro, & percipit nide majorem fere anxiæ illius anguſtiæ non æque doloris increbeſcentiam. Urina craſſa & rutila eſt; ad quartum diem non alteratur; poſtea vero craſſeſcit & deponit ſedimentum multum leve pallidum, manente reliquo liquore aurantii craſſi coloris.

VII.

VII.

Febris eryſipelacea.

Fœmina 35. annorum melancholico-ſanguinei habitus, quartana ad annum propemodum detenta, cum ab hac quartana menſes ita hactenus non niſi parciſſime procederent, ſubſequente inflatione capitis eryſipelacea cum dolore acutiſſimo, & hoc ſingulis menſibus; hac, inquam, ſub initium Decembris invaleſcente, hac a menſibus paſſione febrilem lentam exæſtuationem per aliquot dies percipit, cui cum per pulverem Bezoardicum vegetabilem ſuccurrere ſperaret, incidit in anguſtias & anxietates præcordiales graviſſimas, cui mox ardor & æſtus in loco hoc, imo & dolor ita auctus accedebat, ut leniſſimum attactum, inunctionem, epithematis impoſitiónem reformidaret; licet ſitiret, quoties quicquam potulenti cochleatim aſſumſit, ſtatim pluribus ructibus cum dolore propemodum ſyncoptico corripiebatur.

VIII.

Purpura alba.

Virgo 18. annorum cholerico-phlegmatica nondum menſtruata corripitur horrore cum inſequente æſtu, aliisque ſympto-

matibus febrem malignam mentientibus aut cum vomituritione præcedente febrem aliquam biliofam. Die feptimo ad extremum perductam effe rem exiftimant. Erumpunt puftulæ albæ inftar capitum acicularum aut margaritarum tenuiorum. Difparent hæ, & fecundo feptenario denuo cum impetu erumpunt. P. C.

IX.

Phrenitis.

Juvenis 24. annorum fanguineo-cholerici temperamenti, diætæ fpirituofæ, aromaticæ deditus, animi rixofi, laboribus etiam arduis adfuetus, uti eft aliâs fanus & robuftus, hæmorrhagiis tamen narium fubjectus; corripitur fub primum ingreffum veris infigni capitis dolore, cui horror & inde æftus fuccedit; excipit mox confufio mentis cum tremore artuum, inquietudine, jectigatione, furore quafi maniaco, nifi quod ob debilitatem mature iterum in lectum & terram concidat, licet primus æftus ipfum cum omni violentia erigere & in ftatum vegetum deducere appareat. Durat affectus usque in diem 9. P. C.

X.

X.

Nephritis ſimplex.

Juvenis 28. annorum ſanguineo-melancholicus, vitæ otioſæ, diætæ lautæ, vini potui ſæpius indulgens, plethoricus, ruber, vere & autumno modo in ſcapulis & brachiis gravationem quandam per plures dies continuantem percipit, modo in lumbari regione eandem & nunc quidem a duobus circiter annis ſenſibilius. Suaſu tonſoris utitur ol. thereb. per 3. dies; 4to exandeſcit repente intus profunde in lumbis dolor lancinans & æſtuans graviſſimus, & quidem mane circa horam tertiam: urget aliquoties & fervida pauca tamen urina: alvus heſterno die non reſpondet.

XI.

Nephritis calculoſa.

Vir 40. annorum ſanguineo-plethoricus, athleticus, vitæ tamen ſedentariæ, craſſæ cereviſiæ, imo potui ſpirit. ardentium asſuetus, nec non frequentes ſang. ventilationes per ſcarificationem & hæmorrhagiam narium expertus, quæ diutius jam emanſere: ſentit dolores lumborum & incommoda urinaria; ſuccurrit ſibi Spir. juniperino; pellitur quidem urina, ſed paroxyſmus

ſimus revertitur nephriticus eo frequentius, imo ſæpius gravia ſymptomata adportat, colicam nephriticam, vomitus anxios &c. Excernuntur tandem actuales calculi ad granorum milii imo lentis magnitudinem; generantur ſubinde novi ſabuloſi concrementi fœtus.

XII.

Febris catarrhalis benigna.

Vir 30. annorum ſanguineo-phlegmaticus, ſub veris humidioris initium incipit vertiginoſa capitis perturbatione affici, & dolore preſſorio, qui in narium gravedinoſam obſtructionem tranſiit, & per aliquot dies ægrum moleſtia affecit. Hæmorrhagiæ narium erat antea adſuetus. Appetitus interea evadit hebes. Animus ad munia difficilius devenit, quaſi nauſea adfectus. Tandem nares fluunt, & capitis turbæ paululum remittunt. Tuſſis intercedit nunc ſicca, nunc plena. Pulſis interdum etiam celerior, & urina concoctior apparet.

XIII.

Ephemera.

Vir 32. annorum ſanguineo-phlegmatici temperamenti, poſtquam ab aliquo tempore

re catarrhalibus fuiſſet adflictus defluxionibus cum appetitus & virium proſtratione, ut & pectoris aliquali oppreſſione ac tuſſi; ſubitaneo frigore ſ. horrore corripitur, ſubſequente inſigni debilitate, æſtu vehementiſſimo, capitis dolore gravativo, ſiti haud levi; adhibitis contemperantibus & leniter diaphoreticis poſtero mane omnia mitiora facta ſunt.

XIV.
Febris ſynochus.

Studioſus quidam plethoricus poſt vehementem ſaltationem ſummo nudius tertius æſtu & ardore corripitur; fit inquietus, inſignibus cap. doloribus & artuum infeſtatur, cum ſicciore corporis habitu, ut nullus in conſpectum veniat ſudor, pulſus celer & fortis urina rutila, oculi ſcintillant, aures tinniunt; adſunt vigiliæ, appetitus proſtratus.

XV.
Lenta ex ſynocho.

Idem Studioſus 14. diebus elapſis lectum deſeruit quidem, ſed continuam adhuc ſentit laſſitudinem cum multo ſudore, ac in dies magis magisque tabeſcit; conqueritur de preſſione ſuper ſtomachum, amaritie

oris.

oris. Urina ſpiſſa, rubra, pinguis. Diarrhæa etiam invadit jam 2. dies durans. Animo piger eſt, pulſus celer ſemper & magnus in quartam usque jam ſeptimanam, appetitus jacet, ſomnus non reficit, ſudorque ſtatim infeſtat, quamprimum oculi clauſi.

XVI.
Phthiſis.

Juvenis 26. annorum ſanguineo-cholericus, qui in juventute minorenni non raro & quidem copioſis narium hæmorrhagiis affectus erat, quæ hactenus per aliquot annos vix ter, quater, per ſesquiannum vero vel amplius plane non redierant, tempore verno poſt motum impetuoſiorem corripitur ſenſu quaſi preſſivo in pectore, reſpirationem remorante & tuſſim provocante, qua cum nil excerneretur, ipſe vero intentione excernendi interdum voluntario niſu tuſſim continuaret, non modo inſigniter hæc aucta ſed & ſecuta levis excretio eſt. Incipit interim extenuari ægrotus, & cum viribus decreſcentibus appetitus imminutionem inſignem, ſiccitatem oris, materiam glutinoſam ſalivæ obſervare. Poſt paſtum incaleſcit magis, quod usque in poris & volis manuum ſeſe exerit. Tabeſcit magis magisque, obtingit interdum mali coloris,

coloris, odoris, ſaporisque ſubcruenta eje-ctio. Increbeſcunt hæc circa æquinoctium autumnale.

XVII.
Vomica pulmonum.

Vir 34. annorum cholerico-ſanguineus, vitæ otioſæ, diætæ ſcrupuloſæ, cum adulta æſtate præter conſuetudinem paulo plus vini bibiſſet, & fortuita concitata tuſſi, ex guttula forte vel quicquid fuerit aſperæ arteriæ illapſa immodeſtius tuſſis commotiones concitare ad ruborem faciei & ſpiritus pene interceptionem, imo ſudoris eruptionem, nihil quidem ſedato hoc impetu immediate ſenſit in pectore, niſi quod tuſſis ſubinde recrudeſceret, nocte tamen ſubſequente & quidem verſus matutinum tempus perſentiſcit aliquam reſpirandi difficultatem, & obtuſum dolorem intus in pectore, laſſitudinem præterea inſolitam, capitis perturbationem, ut vix ſurgere poſſit; accedit febricula, cadit appetitus, interpunctiones intus in pulmonibus ſentit, non valde crebras. Creſcit languor magis magisque; durant hæc ultra ſeptimum diem. Increbeſcit difficultas ſpirandi. Videtur tabeſcere ægrotus. Febris lenta hecticades augetur. Frequentior eſt horripilatio levis, ſudor levis quaſi perpetuus, pallor cor-

corporis, facies tamen rubet. Sub tuſſi tandem concitatiore ingens quantitas puris quaſi ægrum ſuffocatura una ejicitur.

XVIII.

Tertiana ſuppreſſa.

Comitiſſa quædam provectæ ætatis febre tertiana laborabat, contra quam forti purgatione utebatur, cum ſubſequente uſu electuarii chinati, quo febris emanebat quidem, at ingens laſſitudo corporis & animi ſuccedebat cum perpetuo æſtu interno; facies icterico colore perfuſa apparet, preſſio ſuper ſtomachum, & alvus adſtricta.

XIX.

Tertiana.

Juvenis 24. annorum temperamenti cholerico-phlegmatici per aliquot tempus præter conſuetudinem cibis craſſioribus & fumo induratis utitur; & autumno vergente in itinere frigus & pluviam moleſtam experitur, ſicque madefactus ſimul admodum incaleſcit. Poſtero die ſiti vexatur, cum appetitus diminutione, quæ ſymptomata per aliquot dies perdurant, tandem appropinquante veſpera horripilationem cum ſubſequente intenſo calore & ſiti ſentit, qui calor poſtero mane rurſus ceſſat, ut omnia melio-

meliora viderentur. Tertio tamen die post meridiem denuo horrescit, cum insequente calore octo fere horas durante, caput simul dolet, appetitus plane dejectus est, vigiliæ urgent, &c. quæritur, qualis sit morbus?

XX.

Febr. intermitt. quotidiana.

Juvenis 24. annorum inordinatæ voracis diætæ, maxime piscibus induratis proxime abutens, corripitur sub vere nausea quadam ciborum, languore aliquo virium, capitis dolorifica obtusa vertiginosa turbatione. Affectus omni fere diluculo exacerbatur, una cum multa salivæ in os effusione, quæ etiam vomituriendi conatus minabatur.

XXI.

Febris quartana.

Vir 48. annorum sanguineo-melancholicus robustus alias, de die in sinistro hypochondrio dolorem obtusum sensit, quem ab ictu equi pendere arbitratur, ab animi & corporis motu ingravescentem. Hoc autumno post languorem corporis febrili insultu versus noctem corripitur, præcedente rigore, insequente æstu ad 6. 8. horas

durante. Tertio die revertitur paroxyſmus cum nullo tamen vomitu vel ſudore. Appetitus vagus eſt. Vires intercalari die redeunt. Colica nonnunquam accedit. Hæmorrhoides emicant, imo fluunt. Symptomata variant ſub paroxyſmis, ut jam cephalalgia urgeat, alias tenſiones anxiæ hypochondriacæ, alias ſudores, alias colica urget præcipue moleſta, paſſio in ſiniſtro hypochondrio gravativæ preſſivæ intumeſcentiæ, quam nominant den Fieber-Kuchen.

XXII.

Hæmorrhagia narium.

Juvenis 15. annorum ſanguineo-melancholici temperamenti, robuſtus, parentibus natus hæmorrhagiis adſuetis, vitæ ac diætæ acris, mobilis corripitur ſæpe doloribus capitis æſtuoſis, ardore capitis, faciei ac oculorum, tinnitu aurium, quibus ſubſidentibus nares multo ſanguine fluunt; Revertitur ſæpe malum, maxime cum vini uſui indulgeat. Subſiſtente fluxu ſanguinis febriles motus, diarrhææ cholericæ, inſequuntur, aut tuſſis cum puncturis pectoris moleſtiam reddunt ægro.

XXIII.

XXIII.

Hæmorrhagia narium ſuppreſſa in congeſtiones tranſiens.

Puer 12. annorum ſanguinei habitus, ipſe ex hæreditate hæmorrhagiis narium iterato obnoxius, cum eæ impeditius & rarius hoc anno ſuccederent, laborat frequentibus cephalalgiis, doloribus vagis ad dentes, aures, oculosque æſtuoſis excurrentibus, quibus nonnunquam φλογιόσες eryſipelaceæ, nec non febriles commotiones adſociantur. Jam poſt omnes has paſſiones ophthalmiam etiam incurrit, oculi rubent, ardent, tenduntur, lacrymantur. Diætæ eſt lautæ, vini potui nonnunquam indulget; animi ac vitæ generis mobilioris eſt. Petit de recrudeſcentibus tot capitis affectibus, imprimis ophthalmicis conſilium.

XXIV.

Hæmoptyſis.

Juvenis 23. annorum cholerico-plethoricus in adoleſcentia hæmorrhagias narium ſæpe paſſus, vitæ generis tum mobilioris, cui nunc plurimum valedixit, contra claris ſermocinationibus informando, cantando adſtrictus, præcedente autumno & hy-

eme bis tussi ad aliquot septimanas obsessus, ante aliquot etiam annos propter scabiem scarificationi menstruæ adsuetus, quam nunc duobus annis vix ter admisit, primo vere sentit raucedinem siccam, & tussiculam quasi ad excutiendam aliquid, cum tamen nihil adsit incitantem, cum titillatione profunda in collo seu aspera arteria. Heri mane prægressa levi palpitatione cordis & irrationali anxietate cum pauca tussi quantitatem sanguinis ore egerit, succedente egestione ad ¼am horæ quadrantem, sensim tamen imminutam, donec denique striatum sequeretur sputum. Aliquot post horas nunc & tunc ita sincerum sanguinem ejicit.

XXV.
Hæmoptysis suppressa in corruptiones pectorales transiens.

Juvenis 25. annorum sanguineo-cholericus, macræ constitutionis, sed vegetæ, diætæ ac vitæ generis temperationis, satis in pueritia frequentibus narium hæmorrhagiis defatigatus, quæ vero in hæmoptysin transiere, amisit jam per tres annos hæmoptysin, sed ab eo tempore sæpius febriles exæstuationes, puncturus pectoris experitur, aliasque pectoris passiones, quæ iterantur & exacerbantur tempore præprimis æqui-

æquinoctiali; accedit tuſſis, ſicca quidem at ſalſum fœtidum phlegma nonnunquam excernens; aſthma etiam, maxime ſub motu corporis intenſione ſuccedit, alvus vaga eſt; ſudores nonnunquam poſt exacerbationem accedunt nimii; laſſitudo, conſumptio corporis imminere videntur & periculum minari.

XXVI.

Vomitus cruentus.

Virgo 20. annorum nuper ex terrore ad imminutum fluxum menſium & prope ad ſuppreſſionem perducta, tempore menſtrui appropinquante patitur anguſtias præcordiorum, appetitus dejectionem, poſt paſtum graviorem anguſtiam, ſuccedente nauſea, mox vomitu cum multo conatu. Hic ubi per 3. dies ita accidit, denique una ejerit clarum multumque ſanguinem. Fluunt menſes per ſemidiem parce, ceſſat vomitus, redit ad ſe. Hæc ſcena tribus menſtruis periodis revertitur.

XXVII.

Hæmorrhoides.

Vir 40. annorum ſanguineo-melancholici temperamenti, vitæ ſedentariæ, diætæ plenæ, in juventute hæmorrhagias narium,

 cepha-

cephalalgias, rheumatiſmos, febres paſſus, incurrit in ſtatum hypochondriacum, ſpaſmos abdominis, inflationes lienis, anxietates cardialgicas, quæ etiam per paroxyſmos colicæ ſpaſmodicæ anxiæ ſyncopticæ revertuntur. Tandem alvo adſtricta, ſcybalisque duris, cum ſolutio contingeret, perrumpit ſanguis per alvum. Alleviatur inde in omnibus præcedaneis paſſionibus; ſed hæmorrhagia ani revertitur per menſes, & quidem ſatis larga, ut, licet cæterum bene haberet, jacturam tamen ſanguinis, & inde pendentia mala metueret. Nil conqueritur, quam de alvo adſtricta prius, poſtea in fluxum nimium cruoris ſoluta, præcedente dorſi tenſione, ac ſi palus foret infixus, titillatione teneſmode ani.

XXVIII.

Hæmorrhoides ſuppreſſæ.

Vir 40. annor. cum jam a quinto anno bis aut ter per annum hæmorrhoidum fluxum expertus eſſet, uti eſt temperamenti ſanguineo-cholerici, diætæ lautæ vinoſæ, vitæ ſedentariæ, præſente autumno cum dyſenteria graſſaretur, ipſe largiter fluxum ſuum experiebatur. Ex metu vero dyſenteriæ utitur adſtringentibus, maxime nuc. moſchat. in cibo & potu; ſubſiſtunt hæmorrhoides ſolito citius, mox vero incipit aſthmate,

tuſſi,

tuſſi, anguſtia hypochondriaca, inappetentia, capitis turbatione, inquietudine affici; alvus eſt ſiccior; invaleſcunt omnia, ſed hæmorrhoides non revertuntur.

XXIX.

Hæmorrhoides cæcæ tumentes.

Vir 36. annorum phlegmatico-ſanguineus, plethoricus, vini generoſi potui indulgens, frequentius itineribus per vecturam ſuccuſſatoriam vacans, interpoſitis vero temporibus magis otioſe agit; cum aliquando iter faciens culcitra hæmorrhoidali uteretur, corripitur paulo poſt dolorifica preſſione circa os coccygis, putat a ſuccuſſatione proficiſci, ſed ſuccedit mox parva durities in orificio ani, ſuccreſcit dolor ardens, urens, valde exquiſitus, qui tum tumore ad fabæ magnitudinem creſcit, & fit valde lancinatorius, punctorius, ut ſub levi tuſſi & ſternutatione ad convulſionis metum augeatur.

XXX.

Mictus cruentus.

Fœmina 40. annorum ſanguineo-cholerica, animi mobilioris, tenera, alias & hæmorrhagiis narium, nec non menſtruis largioribus adſueta, jam ab anno, cum antea unico ſaltim eoque infelici puerperio

 fœtus

fœtus mortui eſſet defuncta, perſentiſcit motus ſpaſticos abdominis, cardialgiam calidam anxiam, dorſi dolores, lumborum tenſiones, nocte ad mingendum ſurgens & excitata deprehendit clarum ſanguinem in matula loco urinæ adeſſe.

XXXI.

Rheumatiſmus.

Vir 58. annorum ſanguineo-plethoricus, diætæ plenæ, ab anno rheumatiſmo colli tentatur, qui jam in ſcapulas deſcendit & humoras, ita, ut maxime ſiniſtræ parti corporis incumbere nequeat.

XXXII.

Dolor rheumatico-darſalis.

Alius ſpongioſi habitus, ſed junioris ætatis, poſt motus hæmorrhagicos emanentes, febres chinatis ſuppreſſas incurrit in dolores femorum, dorſi gravativos, qui motu corporis leniuntur, in lecto vero exacerbantur; eſt vir plethoricus, ſcarificationi adſuetus.

XXXIII.

XXXIII.

Rheumatiſmus ſ. dolores ſpaſmodici.

Juvenis ſanguineo-plethoricus, ſpongioſus 24. annorum, hæmorrhagiæ narium a juventute adſuetus, quæ rarius erumpit his duobus annis, diætæ lautæ vinoſæ, vitæ otioſæ, corripitur ſæpius ſpaſmis artuum quaſi Rheumaticis doloribus, qui mox etiam ad collum, pectus elabuntur, & nunc paroxyſmum ſyncopticum, nunc aſthmaticum convulſivum inducunt.

XXXIV.

Menſes nimii.

Virgo 20. annorum ſanguineo-cholerica, tenera, in juniore ætate hæmorrhagiis narium, cum cephalalgiis & odontalgiis æſtuoſis frequentibus vexata, parentibus arthriticis genita, jam a duobus annis menſes primo dolorificos, poſt vero nimios experitur, ut ſæpe profuſio ſanguinis vires omnes exhauriat, palpitatio cordis, viſus & auditus hebetudo, imo cachectica corporis diſpoſitio ſuccedere videatur.

XXXV.

Menſium ſuppreſſio.

Virgo 24. annorum ſanguineo-melancholici temperamenti, vegeta & robuſta alias, cum ante 2. & 3. menſes varias aberrationes diæteticas commiſiſſet, incurrit in ſuppreſſionem menſium plenariam, reſpiratio inde redditur anguſta, anxia, oppletiva, maxime a motu corporis leviore; appetitus dejectus eſt, vires languent, caput dolores gravativos experitur; flatulentiæ anxiæ ſplenetico-ut crinæ invadunt. Tandem eadem ſymptomata in actuales convulſiones erumpunt.

XXXVI.

Idem.

Fœmina 34. annorum ſanguineo-melancholica, quartana ultra annum laborans, variisque anti-febrilibus chinatis,martialibus fatigata incidit in impeditum menſium fluxum, olim venæ ſectionibus non ita crebris, ſed tamen non adeo raris uſa: accedunt anguſtiæ præcordiarum, dolores tenſivi in dorſo & in gremio, emicant menſes, ſed vix ultra tres horas durantes; ſuccedit dolor vibrativus per longitudinem dorſi & cervicis ad caput adſcendens, cui

paucis

paucis horis ſuccedit compunctio temporum, & mox invaleſcens capitis dolor cum inflatione capitis rubicunda; comitatur febricula, appetitus dejectus, laſſitudo ſumma, horripilatio & refrigeſcentia extremorum cum alvo adſtricta. Quarto inde die miteſcunt ſymptomata, redit ad ſe, ſed languidius munia ſua obiens. Hæc ita 3. menſibus jam experta eſt.

XXXVII.

Hæmorrhagia uteri ac abortus.

Fœmina 32. annorum ſanguineo-cholerici temperamenti, animi mobilis, habitus tenerioris, ante biennium matrimonium iniit, cum antea variis motibus ſpaſticis, hyſtericis, ſyncopticis ſæpius affligeretur, qui jam pridem emanſere, ſed in hæmorrhagiam uteri tranſiere. Ante annum paroxyſmo valde periculoſo afficiebatur, ut fluxus ſanguinis per 3. ſeptimanas interruptis vicibus ita adeſſet, ac vitæ omnis interitum minaretur, poſtmodum gravida facta, hæmorrhagiam iterum cum abortu patiebatur ſuccedente; redit omni menſe largior quidem, quam ordinariæ menſtruæ evacuationes antea erant, fluxus ſanguinis,

at

at non adeo enormis, uti duo paroxyſmi exundantiæ priores fuerant. Ultimo fluxus ſecedunt fruſtra, molarum inſtar, ad magnitudinem nucis majoris. Debilis ſimul eſt tonus inteſtinorum, ut ſæpe lienteriam patiatur, a levi movente hypercatharſin ſubeat, & non niſi molliora in cibo ac potu perferat. Hæc fœmina ad majorem jam ætatem progreſſa quotannis fere gignit.

XXXVIII.

Lochia nimia.

Fœmina 36. annorum ſanguinei plethorici habitus, hæmorrhagiis narium & menſium paulo frequentioribus & largioribus non tamen ad delaſſationem usque ante obnoxia, puerpera nunc facta iterum, cum & venæ ſectionem hoc ingravidationis tempore neglexiſſet, indeque per ingravidationis periodum pejus habuiſſet, dolore capitis æſtuoſo, artuum laſſitudine, nauſea &c. incurrit in anxietates, quas lochia largius profluentia producere putat, quæ poſt fruſta cruoris in tenuem floridum ſanguinem mutantur; daß ſie meyne, das Herzgeblüt wäre ihr angegangen.

XXXIX.

XXXIX.

Lochiorum ſuppreſſio.

Alia fœmina ob terrorem & refrigerationem lochiorum præmaturam emanſionem aut ſuppreſſionem incurrit cum anxietate oppletiva pectoris, febre, pavoribus in ſomno, alvi adſtrictione, ſomno nullo aut turbulento, anxio, appetitu nullo, ſed ſiti multa &c.

XL.

Lochialis febris.

Fœmina 26. annorum quarto jam puerpera, plethorica, infantem robuſtum enixa, incurrit a præmaturo appetitu exſatiato in febrem tertianariam quaſi ſe ſiſtentem, quam alias, licet quinto demum a puerperio die eſſet, illico china ſuppreſſit. Lochia adhucdum fluentia ſubſtituere; ſed oppreſſio anxia pectus occupabat, cum alteratione febrili, inquietudine, dolore capitis &c. quæ omnia in horas augebantur, & in febrem auctiſſimam cum turbatione mentis ſtipatam tranſiere.

XLI.

Debilitas virium a lochiorum repurgatione.

Fœmina ſanguineo-melancholica 22. annorum poſt puerperium primum ablactatione infantis aut potius repreſſione lactis lauta diæta, præmaturo concubitu in varias rheumaticas, febriles, cephalalgias, paſſiones devolvitur de lochiorum ſufficiente ſucceſſu medicum certum reddere nequeunt. Poſt 10. ſeptimanas mortuo infante, & animo inde perturbato ſuccedit fluxus ſanguinis primo in fruſtis, ut obſtetrix bono omine cruditates uterinas expelli arbitretur. Perdurat tamen fluxus ad unam & alteram ſeptimanam. Ægra debilior, pallidior redditur; animus eſt dejectus; ſomnolentia, capitis dolor obtuſus occupat.

XLII.

Cephalalgia.

Vir 22. annorum ſanguineo-phlegmaticus, in juventute frequenter narium hæmorrhagia evacuatus, nunc ſtudiis memorabilibus ſcriptis concipiendis dicatus, diæta ſatis lauta, non tamen ordinarie, ſed per

per vices vinoſa utens, ſentit crebrius dolorem capitis modo in ſyncipite, oculis veluti incumbentem, modo in infimo capite moleſtiſſime prementem, atque maxime lancinantem, cum frequentiore circa faciem & nares ardore, imo interdum naſi eryſipelacea inflammatione, quæ ſcriptione, viligiis, lectura ad candelam exaſperatur, hebetudinem viſus minatur. Conjuncta eſt, quoties inſigniter exacerbatus dolor urget, laſſitudo gravativa, facilis horripilatio, appetitus dejectio, ſomnus turbulentus, alvus ſiccior, tractiones circa nucham, ſcapulas & humerum. Quibus rebus multum incommodi ſentiens æger, vertiginoſis etiam illis accidentibus. P. C.

XLIII.

Palpitatio cordis.

Juvenis 21. annorum ſanguineo-melancholicus pleno victu utens, ventilationibus ſanguinis olim per hæmorrhagiam, nunc tribus annis per venæ ſectionem adſuetus, cum per totam æſtatem ſolitarie viveret, & vitam ſedentariam ageret, autumno etiam venæ ſectionem neglexiſſet, ſub initium hyemis non modo diu in noctem, ſed etiam ſatis mane in conclavi frigidiore

gidiore

gidiore ſtudiis incubuiſſet, imo ſub noctu orto incendii clamore, metum concepiſſet, corripitur durabiliore, quam præ vano conceptu, pectoris anguſtia & cordis palpitatione, tunc etiam, cum de errore certus eſſet, perſeverante. Sub mediam noctem expergefactus pridiani terroris memoria recrudeſcit hæc anguſtia, imo anxietas & cordis pulſatio ad quadrantis horæ ſpatium durat, in languorem & ſatis largum ſudorem deſinens; repullulat poſt aliquot dies idem malum.

XLIV.

Cephalæa.

Uxor 40. annorum mariti in ſuſpicione venerea hærentis, melancholici temperamenti, corripitur dolore capitis contumaci, rodente, tenſivo, gravativo, qui maxime verſus noctem exacerbatur, licet continuo infeſtet. Oculi fiunt ſenſim hebetiores, ad lucem ſenſibiliores; pariter & aures, ut a ſono intenſiore facile lædantur. Menſes parciores ſunt, & antea jam impeditius fluxere.

XLV.

XLV.
Tinnitus aurium.

Juvenis melancholicus, vitæ ſedentariæ & ſpeculativæ, alvi etiam ſegnioris, uſui moderato ſpirituum ardentium poſt cibos deditus, ſentit verſus tempus autumnale gravitatem capitis, cui primo intercurrit, mox vero ſuccedit tinnitus aurium.

XLVI.
Suſurrus aurium.

Alius phlegmatico-melancholicus ad gravedinem proclivis, uſui etiam tabaci antehac deditus, ab aliquo vero tempore eidem penitus valedicere cæpit, cum gravitate capitis ſuſurros & fremitum aurium patitur.

XLVII.
Surditas.

Alius ſimilis habitus cum ab aliquot annis nunc & tunc hujusmodi ſuſurro laboraſſet, & ex impatientia modo digito, modo ſcalpris auricularibus aures profundius vellicaſſet, paſſus eſt copioſum madorem, imo levem profluxum e meatu auditorio; cum vero hic ſupprimeretur, magis magisque

gisque auditus imminui & obſurdeſcere incipit.

XLVIII.

Eadem.

Vir annorum 30. ante annum graviter circa caput & faciem verberatus, ut multum ſanguinis profunderet, incipit ante 3. ſeptimanas notabilem defectum auditus perſentiſcere, qui in dies ingraveſcens plenariæ ſurditatis metum injicit.

XLIX.

Odontalgia.

Fœmina 24. annorum ſanguinea, florida poſt puerperium febre aucta compoſita, & lochiis nimiis a lactis repreſſione transactum, incurrit ſub autumno odontalgiam hemicranicam, quæ brevi etiam tonſillas & maxillam ſiniſtram in ſummam inflationem eryſipelaceam dolorificam perduxit, ut præ dolore ac tumore deglutitio deficeret, vires languerent. Saliva multa viſcida prodit. Horror & æſtus intercurſant.

L.

L.

Aſthma ſpaſmodicum.

Vir 40. annorum ſanguineus per motus in juvenili ætate validiores, aliàs lacertoſi habitus cum venis capacioribus, æſtuoſum ſanguinis ſtatum nactus, venæ ſectione rarius, frequentius vero ſcarificatione uſus, nunc vero vehementi motui aſſuetus, cum per hyemem minus ſe moviſſet, neque per ver calidius ſolito id feciſſet, a motu jam levi calens citius laxatis veſtibus refrigeratur laſſitudine inſigni & oſcitabundo languore afficitur, & ſtatim poſt cœnam modicam ſuperbibito aquæ vitæ hauſtu cubitum concedit, dormit in quiete, poſt 3. matutinam anxia anguſtia excitatur, reſpirare vix poteſt, & non modo torporem quaſi inſuperabilem & extremam laſſitudinem percipit, ut morti ſe vicinum putet, ſed ſummam thoracis compreſſionem cum aſpectu faciei rubicundo inæquali tamen. Concurrit palpitatio cordis, vertiginoſa turbatio, alvus adſtricta.

LI.

Aſthma ſiccum.

Vir ſanguineo- phlegmaticus colli brevis & latarum ſcapularum, annorum 50.

per longum tempus magis ſedentariæ vitæ adſuetus, juniore ætate V. S. interdum uſus, quas hactenus aliquot annis omiſit, potui vero ſpiritus vini ardentis ſeſe aſſuefaciens ab aliquo tempore minus ſe expedite movere poteſt, quin ſtatim magna reſpirandi difficultas ſubſequatur. Tempore autumnali creſcit hæc difficultas magis magisque, donec etiam extra motum corporis anhela & ſibilans fieret reſpiratio citra tuſſim effatu dignam cum materiæ tamen viſcoſæ ſub aliquali tuſſi aut laborioſi ſcreatus conatu excutienda.

LII.

Aſthma periodicum cum tumore ſcroti & pedum.

Vir 58. annorum ſanguineo-ſpongioſus, plethoricus, nephriticus, venæ ſectiones raras ob metum admiſit, & contra acidularum & thermarum uſu ſeſe præmunivit, contra varias diætæ aulicæ paſſiones, poſt rheumatiſmos colli & ſcapularum, ſcarificatione ſuperatos corripitur pectoris tuſſiculoſa aſthmatica conſtitutione, quæ per paroxyſmos maxime nocturnos ſummopere exacerbatur, ad anxiam ſuffocationem usque. Erat tempus poſt ſolſtitium hybernum verſus æquinoctium tendens.

Repe-

Repetitionem scarificationis abhorret. Utitur variis discutientibus pectoralibus. Nares nonnunquam adhuc stillant, uti antea sæpe largius cruorem fundebant. Bibit imminente solum æstate Swalbacenses, sed non adeo utiliter. Affectus quidem versus solstitium æstivum transiit. Revertente vero hyeme asthma tale rediit cum summa exacerbatione, ut multas noctes vigiles transegerit. Diu tamen appetitus vegetus mansit, eumque diæta summe euchyma sopivit. In extremo vitæ periculo lenivit malum potiuncula Brunneri ex gumm. ammon. asthma tamen rediit. Utitur Emsanis, quæ somno magis quam pectori consulebant. Unde destitit, & ad astrum solis priore anno sub finem asthmatici paroxysmi proficui refugiebat. Affectus nec V. S. æquinoctiali diu mitescebat. Interea pedes intumescunt, maxime vero scrotum, ut hoc tantopere expansum ruptionis metum incuteret, & anxie auxilium sollicitaret.

LIII.

Catarrhus suffocativus.

Vir 58. annorum sanguineo-phlegmaticus, crassus & obesus, indeque non modo ex obesitate, sed etiam ex infarctu ali-

 quali

quali ſeu copioſa mucoſitate, breviore anhelitu affectus, cum ſub finem Auguſti mane aura frigidiore in proximam ſylvulam egreſſus eſſet, ibique aliquamdiu, præcipue, cum acclivior eſſet ſitus, ambulaſſet, concidit repente. Erat ſine ſenſu, ſine motu, ore dehiſcente, frigidus in facie, & tamen ſubroſei coloris. Reſpiratio vix ſenſibilis, ſed ſibilus veluti ſpumidus in pectore auditui occurrens.

LIV.

Cardialgia ſyncoptica.

Fœmina 30. annorum plethorica, ſed adeo largiter non menſtruata, uti eſt ſanguineo-melancholici temperamenti, ita ad motus ſpaſticos non inclinat, cum ſub tempore motus menſtrui in diæta vitium admiſiſſet, incurrit in impeditionem menſium, & colicam inſequentem, quæ anticolicis calidis exacerbatur ad cardialgiam ſyncopticam usque cum adſtrictione alvi, compreſſione abdominis, volutatione in abdomine, &c.

LV.

Cardiogmus.

Juvenis 24. annorum ſanguineo-melancholicus, vitæ alias mobilioris, & animi

extrin-

extrinsecus occupati, cum repente ad sedentariam speculationem transiisset, cibos solito molliores affatim ingereret, ventriculum negligenter obtegeret, corripitur post pastum largum pressione ventriculi cum fastidio, nausea, pallore, squalido adspectu, salivæ in os effusione, refrigeratione extremorum, sudore anxio & frigido erumpente.

LVI.

Colica Hæmorrhoidalis.

Vir annorum 30. sanguineo-cholericus ante aliquot annos a nisu ob alvum sicciorem aliquoties hæmorrhoidales expressiones expertus, cum principio autumni frigori sese exposuisset, indeque præsertim vento obluctante in anterioribus perfrixisset, idque 2. horis post cibum assumtum percipit paulo post leves morsus in abdomine & borborygmos vagos, afficitur levi lassitudine, oscitat, caput, turbatur leviter, invalescunt sensibilitate morsus illi in intestinis, & mutantur in tormina magis magisque gravia & continua. Alvum non deposuit per 24. horas; invalescunt omnia & simul lassitudo, caput dolet, intercurrunt horrores, æstus.

LVII.

Malum hypochondriacum.

Juvenis 20. annorum bene edens & concoquens & hactenus bene valens, vitæ genus ſedentarium, & ſpeculabundum incipit cum parciore etiam potu & per deſidiam dilata ſubinde alvi excretione. Incipit tenſione circa hypochondria & anguſtia circa ſcrobiculum cordis, imo anxietate irrationali, ſomno laborioſiore, inſomniis anxiis, & inſolita ſucceſſiva meticuloſitate affici. Conjungitur inſueta laſſitudo, & gravitas artuum, faſtidium ad negotia, cogitationum, partim ſegnities, partim cum meticuloſitate illa interturbatio. Appetitus incipit vacillare, & ſenſim magis moleſtia a paſtu ſuccedere. Urina eſt craſſa, interdum ad fuſcum obſoletum quaſi cereviſiarium colorem tendens.

LVIII.

Idem.

Vir 46. annorum ſanguineo-phlegmaticus, hypochondriacis paſſionibus obnoxius, imo inflationibus lienis nonnunquam vexatus, diætæ plenæ, vitæ magis ſedentariæ, corripitur aliquando inflatione abdominis cum multis anxietatibus, alvi adſtri-

ſtrictione vel ſolum ſuppreſſione, borborygmis murmurantibus intermixtis, qui ructus ἄνω & κάτω ejicere ſuſcipiunt cum levamine ſuccedente, vertiginoſa & cardialgica turbatione remittente; quod accidens cum ſæpe recurrat, petit conſilium.

LIX.

Icterus.

Vir 50. annorum temperamenti melancholico-cholerici, poſtquam ob inopiam variis cibis durioribus & fumo induratis diu uſus eſſet, laſſitudine afficitur, cum appetitu dejecto; paulo poſt color faciei imo totius corporis inflavum mutatur; quæ flavedo in tunica oculorum adnata inprimis conſpicua eſt, unguesque flaveſcunt, os amareſcit, ardor & preſſio in ſcrobiculo cordis imo in hypochondrio dextro affligit, urina eſt paſſea ſ. expruno-rubicunda, excrementa albicant, febrilis alternatio cum horrore intercurrit.

LX.

Commotiones ſpaſticæ hypochondriacæ.

Vir 30. annor. phlegmatico-melanch. craſſi habitus, animi ſimplicis, ſæpe melancholia

lia turbatur; laborat jam per plures menſes vomitu matutino, præcedanea ſpaſtica commotione a ſiniſtro hypochondrio verſus ſcrobiculum cordis. Ortum ipſe cenſet a diæta inordinata vinoſa. Os ſaliva perfluit, caput turbatur & dolet. Pauca ſaliva viſcida ejicitur vomitu. Poſt horam perit malum, & reliquum valet, præterquam motus illius ſpaſtici ſæpe officientis ægrum & anxia taciturnitate eum opprimentis.

LXI.

Arthritis cum paſſione hyſterica.

Virgo annorum 24. ſanguineo-cholerica, parciore, nunc largiore menſium fluxu evacuata, imo & hæmorrhagiis narium interdum levata, qua impeditius ſuccedente in varias paſſiones capitis dolorificas incidit. Cæterum eſt diætæ lautæ, victus pleni, ſanitatis vegetæ. Cum menſes nuper parcius fluerent, & poſt exæſtuationem ſudatoriam refrigeſceret, tentatur laſſitudine quadam artuum, quæ in dies imo in horam augetur, ut & horror & æſtus accederent, ſummus vero vibrativus dolor pedes occuparet, & plenariam impotentiam movendi incuteret. Viſu nil deprehenditur,

tur, quod externam vel inflammatoriam læſionem indicaret. Spongioſus muſculorum ſtatus depreſſus, rigidus primo eſt, venæ inflatæ, a leni externo membri motu dolor intenditur. Cum per 6. 10. horas duraverit, intumeſcit pes, & dolor lancinans vibrans remittit, imo udor quaſi artum tegit. Aſt altero die eodem tenore pedem alterum occupat & tarſum, poſt genu percurrit acri dolore. Remittit pariter paroxyſmus & in tumorem deſinit. Poſtea brachia, manus, humeros, ſcapulas eodem modo dolor perreptat, imo collum & pectus cum anxia compreſſione invadit. Paroxyſmus omni veſpera gliſcit, & ſummo mane erumpit. Appetitus, ſomnus, turbantur. Menſes interea revertuntur, nec non hæmorrhagia narium, ſudores largi erumpunt. Affectus jam ad 11 dies durans poſcit auxilium.

LXII.
Malum iſchiad.

Patiens annorum 36. cholerico-melancholicus, qui alias aliquoties præ niſu propter ſicciorem alvum tubercula circa anum livida, mollia, imo aliquid ſanguinis expreſſerat, mutata diæta in humidiorem, converſo etiam vitæ genere in iracundius, concurrente plethora, cum ſub finem

finem Augusti potu spirituoso esset abusus, corripitur dolore coxendicum, præcipue vero dextro; negligit per 2. 3. dies, sed invalescit. Sudat proprio consilio assumto rob. Sambuci. Remittit nonnihil per aliquot horas, sed cum surgens refrigesceret, prævalescit dolor. Post aliquot dies incassum adhibitis linimentis occupat juncturam ossis femoris, cum suo acetabulo, ibique pertinaciter jam subsistit.

LXIII.
Dolor dorsi.

Vir 50. annorum sanguineo-melancholici temperamenti, operarius faber, missiones sanguinis neglexit assuetas, & post labores æstuosos contra refrigeria sese non munivit satis, conqueritur de dolore dorsi & præcipue scapularum, qui humeros quasi retrahat, & quasi totum corpus in rigidum stuporem deducat. Cæterum sanus est. Tensione vero rigida illa dolorifica dorsi animo & corpore dejectus, imo ad appetitum tardus.

LXIV.
Dolor ischiadicus.

Vir 40. annorum sanguineo-melancholicus, vitæ sedentariæ, diætæ vinosæ, iracundiæ

cundiæ etiam expositus, fluxum hæmorrhoidum experitur. Cessante causa, quam non æque attendit sub initium Septembris cum levem horrorem & gravem iracundiam iniisset, ut membra tremerent & abhinc languerent, subsequente summo diliculo, cum leni horrore in lecto & in sequente aliquo æstu, oris siccitate, sat gravi languore, sentit dolorem circa lumbos & coxendicem, tensivum, contusorium, qui vero motu corporis in & extra lectum ita increscit, ut magis magisque tensione lancinatoria, vibratili, tremula, lancinationibus intercurrrentibus & modo ardoris, modo frigoris, intimioris urentis quasi sensu ægrum excruciet.

LXV.
Pleuritis spuria.

Juvenis 23. annorum sanguineo-melancholicus, parentibus natus ad hæmorrhagias valde dispositis, ipse vero jam sæpius gravi hæmorrhagia narium & pectoris evacuatus, & maxime præterita æstate, diætam vinosam lautam nondum denegare valet. Proximo æquinoctio pro hæmoptysi occupanda, & orgasmo frequentiore V. S. in pede admittere gestit, sed a Chirurgo in brachio celebratur, & quidem ipso die æquinoctii; aliquot dies postea corripitur aliquo

aliquo horrore cum insequente æstu, puncturis in pectore vagis, acriter tamen dolentibus cum respiratione anxia opprimente.

LXVI.

Podagra.

Vir 50. annorum sanguineo-cholericus in juventute & pueritia hæmorrhagiis & cephalalgiis æstuosis vexatus, uti est animo & corpore mobilis naturæ, diætæ lautæ, vinosæ postea vero variis affectibus pectoralibus afflictus, & inde jam nephriticas, colicas, podagricas passiones sæpius experitur. Ante biennium a podagra retrograda colicam convulsivam sibi accersivit, quæ hæmorrhoidibus mucosis tandem solvebatur. Hæmorrhoides ante 3. annos bene fluxerunt post usum Emsanarum, ejusque podagra mitior successit. Unde eo anno satis tolerabiliter vixit. Hoc anno, uti superiore, podagra nondum rediit, sed abdomen inflatum, facies livida cachecticum statum imminentem ominabatur. Pedes tumore duro rigido sunt distenti. Nescit an ab Emplastrorum contra insultus podagricos, ante adhibitorum frequenti usu. Repetit Emsanas; sed in itinere usu temperantium & alexipharmacorum discutientium podagra revertitur,

tur, utrumque pedem percurrens, noctu magis adfligens, diluculo remittens, & in diapnoen desinens. Post 10. 14. dies podagra penitus discessit & Emsanas in lecto bibit. Reliquum vero a cæteris abdominis passionibus liber mansit. Petit consilium, 1) de podagræ lenitione, 2) & secura tractatione in paroxysmo, 3) occupatione retrogradi mali, & 4) reliqua individui appropriata diætetica & therapeutica tractatione.

LXVII.

Epilepsia.

Adolescens 17. annorum sanguineo-melancholicus leviter phlegmaticus, capite paulo grandiore catarrhis frequentius obnoxius cum Novembris initio male insuper vestitus in vinea vitibus sepaliendis operam daret, & forte haustu spiritus ardentis se prius onerasset, labore etiam incaluisset, hoc intermisso refrigesceret, vertigine repentina, imo mox epilepsia obruitur, quæ primum quidem post aliquot septimanas recruduit, successive autem adeo exacerbata est, ut jam non modo quotidie, sed 2. 3. in die comprehendat, prosternat, jactationes artuum, stertorem & ronchos, respirationis, sensus & memoriæ

moriæ obnubilationem, ſalivæ & ſpumæ ante os effuſionem inducat.

LXVIII.

Hydrops.

Vir 54. annorum ſanguineo-phlegmaticus, obeſus, lautæ & ſedentariæ vitæ, motibus etiam eryſipelaceis ſæpe tentatus, incipit in autumno, cum vitam in locis & negotiis venaticis tranſigiſſet, lentore animi & corporis affici, catarrhalis pectoris & aſthmatico-tuſſiculoſa oppletio accedit, inferiora intumeſcunt, pedes, abdomen, genitalia, accedit eryſipelacea inflammatio, paucis diebus invaleſcunt omnia & pedes etiam per totum ductum in ſuppuratorio-ulceroſam ſaniem defluunt. Appetitus, vires deſtruuntur. Motus febriles, φλόγοσες accedunt. Animo adhuc viget & ſomno.

LXIX.

Cachexia a menſium ſuppreſſione.

Fœmina 43. annorum phlegmatico-ſanguinea, plethorica, lautæ diætæ, vitæ ſedentariæ, incipit menſium fluxum rarius expe-

experiri, ut ſolum poſt 6. 10. ſeptimanas denuo reverteretur, & his quidem longioribus intervallis cum tanto majore & ſanguinis profuſione, unde 2. vicibus poſtremis adhibito medico & uſurpatis fortibus adſtringentibus fluxus quidem ceſſavit, & nunc autumno An. 45. ſine ad 8 ſeptimanas non rediit; abdomen vero in dies tumidius evadit, crura etiam notabiliter inflantur, concurrente laſſitudine, a ſomno, refrigerantia ſolito majore, aſpectu faciei maxime poſt ſomnum turgido. Urina paucior eſt ſolito, ſed ſubfuſca quaſi cereviſiarii coloris cum ſedimento ruſeſcente.

LXX.
Idem.

Puella 18. annorum ſanguineo-cholerica, vermibus alias obnoxia, ſuppreſſis hactenus menſibus, incidit in protuberantiam abdominis æqualem, & tenſam cum anguſtia reſpirationis, appetitus proſtratione, laſſitudine, macie, pallore. Pedes nonniſi in malleolis pauliſper tument.

LXXI.
Oedema pedum.

Vir 50. annorum ſanguineo-melancholicus

cus post affectus hypochondriacos martialibus tractatos, & quartanam china suppressam incipit una cum cæteris abdominis turbis, flatulentia, anxietate hypochondriaca, vomituriendi conatibus &c. œdemate pedum affici, ad genua magis insurgente, valdeque distendente, ut impressi digiti foveam relinquant. Simul appetitus & vires sensim magis magisque vacillant, facies livet, urina paucior, crassior evadit, hæmorrhoides antea fluere consueti non revertuntur, tussis etiam sicca afficit.

LXXII.

Leucophlegmatia.

Juvenis 18. annorum a vini acidi immaturi abusu devolvitur in scabiem humidam, quam dum variis medicationibus, maxime vero sudationibus per pulveres mixtos aut confusos depellere vult, incurrit in tumidam totius corporis constitutionem, ita ut primo livor pallorque totius corporis turgescens, mox plenariam intumescentiam post se trahat. Appetitus parcus est; somnolentia adest, vires omnes depressæ. Urina pauca saturatior. Scabies prior exsiccata disparuit.

LXXIII.

Clorosis.

Virgo 17. annorum sanguinea, cum sub motu mensium, ventriculum cruda diæta onerasset, incurrit inde in appetitus vitia, languores artuum, capitis dolores. Habitus corporis ita pallescere incipit, ut labia & genæ omnem ruborem amiserint. Sanguinis etiam læsione vulneris emissus serosus saltim est, uti & pallescunt menses cum insufficienti & inordinato eorum motu. Cor palpitat saute. Respiratio a levi motu maxime ascensorio laboriosa ac difficilis evadit.

LXXIV.

Dysuria.

Vir 40. annorum sanguineo-phlegmaticus, ex cerevisiæ crudioris abusu delabitur in difficiles urinæ excretiones, ut semper sub exitu pressionem in pube, distensionem penis turgidiorem, dolorem rodentem, urentem urinæ transeuntis adferrent. Est cæterum sanus & vegetus, nec lumbaribus doloribus adeo obnoxius.

LXXV.

Incontinentia urinæ.

Fœmina 30. annorum poſt puerperium primum laborioſius & negligentius transactum tumorem abdominis, & etiam genitalium adhuc quarto menſe geſtat, maxime vero conqueritur de ſtillicidio & incontinentia urinæ, ut ea propter vires langueant, aſpectus faciei pallidior, lividior evadat.

LXXVI.

Raucedo & tuſſis.

Juvenis 24. annorum ſanguineo-phlegmaticus vere ineunte, diei ſatis calidi veſpera frigidiore, poſt motum, a quo incaluit, abjecto capitis tegumento & aperta circa thoracem veſte, cito etiam his partibus refrigeſcens, aliqualem intus compreſſionem, faucium etiam aſperitatem percipit, incipit tuſſire, idque crebrioribus vicibus continuat.

LXXVII.

Raucedo.

Vir 50. annorum ſanguineo-phlegmaticus, concionator, tuſſi quaſi perpetua asſuefa-

ſuefacta, vel adſcititia pro ſermonis interrupti excuſatione laborans, corripitur ſummo vere raucedine vocem ita ſupprimente, ut medio ſermone deſiſtere debeat. Tusſi nihil ſecedit. Durat affectus ultra ver in altam æſtatem usque. Appetitus paululum magis imminutus apparet. Tandem tuſſis humidior eſt reddita. Raucedo tamen perſiſtit.

LXXVIII.

Scabies humida.

Puer 2. annorum poſt achores, & aſthma humidum anxium convulſivum ab achoribus repreſſis enatum, ſuperatum, corripitur una cum ſororibus 4. & 6. annorum ſcabie humida totum corpus obſidente. Diætæ ſunt largæ, lautæ, pinguis, aulicæ. Macriores inde evadunt. Appetitus tamen ſalvus manet.

LXXIX.

Scabies ferina ſcorbutica.

Vir 80. annorum melancholico-cholericus, tener juventutem morbis gravibus, maxime vero quartana chronica transegit, poſtea vero ſaniſſimus manſit. Ante bien-

nium post fonticuli assueti exsiccationem hepatis inflammationem incurrit, a qua liberatus, fonticuloque restituto bene iterum vixit. Fonticulus iterum exsiccatur, & scabies humescens & furfures albos in facie relinquens, facile quidem deciduos occupat. Reliquum sanus est appetitu & viribus.

LXXX.

Scabies in dextri hypochondrii regione fluens.

Vir 50. annorum melancholico-sanguineus, nephriticus, hepatis vitio semi-ictерico quasi affectus, ut oculi perpetuo quasi liveant, ab anno scabie sicca laborat, passiones vero nephriticæ una cum excretionibus scabiosis desistunt, at in dextri hypochondrii regione nocte scabies ita fluit, ut indusia pingui & fœtida putrilagine scateant. Vertigo sæpe afficit. Somnus parcus & inquietus est.

LXXXI.

Lues Venerea.

Vir juvenis 30. annorum ex impuro coitu ardorem & inflammatoriam intumescentiam membri per aliquot dies increbescen-

beſcentem paſſus, accedente interim gonorrhœa, accedit Chirurgum & ei largum ſoſtrum pollicetur, ſi breviſſime ac ſine multis ambagibus eum reſtituat; averſatur etiam purgationem. Chirurgus pro gonorrhœa exhibet pulverem ter vel quater in die aſſumendum. Membrum ſaccharo Saturni & lacte Virginis aluminoſo repellit. Tertio die ſentit compunctionem circa inguinales glandulas, quæ mox magis magisque intumeſcunt. Chirurgus his quoque cataplaſmata adſtringentia admovet, cumque his ſolis uti metueret, decoctum lignorum cum regimine ſudorifero offert. Minuuntur inde quidem bubones, ſed duriores fiunt. Ægrotus incipit langueſcere in artubus, capitis aſſiduo & æquali dolore affici, qui præcipue ſub noctem ingraveſcebat. Turgeſcit palatum & uvula. Accedit ardor harum partium & interioris naſi cum ſiccitate ejusdem, a qua tandem fruſta lenta & ſicca exſiccati mucoris quaſi fragmina corticum ex naſo ſuccedunt. Supervenit a levibus frigoris alterationibus dolor tenſivus, lancinans, imo veluti ſcindens, in ſcapulis, in medio humerorum, circa ſuras, imo in anteriore parte tibiæ; jubet denuo ſudare, quod dum æger diverſis diebus non ſucceſſivis repetit, effloreſcunt puſtulæ ſcabioſæ, quæ lentum mucorem continent, valde tamen

pruriginosæ sunt. Ubi scalptione portiuncula aliqua excoriata est, succedit crusta glutinosa sicca magis magisque serpens. In tibia negligentius contra refrigescentiam munita enascuntur tubercula ad mediocris avellanæ magnitudinem accedentia, parum dolorifica, sub cute, non magnopere mutato hujus colore hærentia. Patiens colorem amittit, & fœdum aspectum nanciscitur. Nascuntur etiam tubercula rubra livida in facie, e quibus cum unum non longe ab ore scalpsisset, subnascitur crustosa serpens fœtida macula squalidum odorem de se spargit. Raucedo ab initio suborta invalescit; concurrit anhelositas asthmatica, languores in artubus & dolores nocturni invalescunt.

LXXXII.

Gonorrhæa virulenta.

Juvenis sanguineo-cholericus ex impuro coitu & reliquo abusu Veneris in fluxum seminis delabitur, materia vero viridis olens exit, genitalia maxime penis intumescunt, vires languent, imo appetitus vacillat, facies pallet, glandulæ inguinales intumescunt, nares stillant. Urina sub exitu ardet, saliva glutinosior evadit.

LXXXIII.

Stomacace.

Juvenis annorum 22. melancholicus, hypochondriacus, vitæ ſedentariæ, dentibus flaveſcentibus, gingivarum ſeceſſione & laxitate, ſanguinem transſudante afficitur, concurrente vacillatione dentium, imo ulcuſculis in interiore parte oris ſub ter labium inferius, qua dentes adjacet.

LXXXIV.

Vertigo.

Vir 40. annorum conſtitutionis phlegmatico-melancholicæ poſt varios diætæ commiſſos errores, appetitum labentem aliquamdiu ſentit, cum ructibus frequentibus, & corporis aliqua debilitate, corripitur capitis obnubilatione, & omnia in gyrum verti videntur, & quidem ita, ut niſi fulcro ſe ſuſtentet, humi procumberet, adeſt ad ſomnum proclivitas, os ſapor pravus & bilioſus occupat, cum ſalivæ copioſo profluvio.

LXXXV.

Dyſenteria.

Adoleſcens 16. annorum ſanguineo-cholericus, cum ſub initio Auguſti tempeſta-

te calida ſerena fere, levibus tamen pluviis humidula, ceraſorum uſui largiter indulſiſſet, & non ita diu poſt cereviſiam minus defæcatam bibiſſet, ſentit 2. poſtea horis cardialgiam morſicantem, quæ mox increbeſcit cum intercurrente nauſea, horripilatione, ſubſequente æſtu vago, non tamen continuo. Succedunt torminum & borborygmorum proventus, & mox deſidendi conatus. Dejicit liquida intermixtis torminibus. Poſt 2. horas & deinceps modo ampliore, modo breviore, ſpatio recurrit dejectio præcedentibus torminibus. Pergunt hæc per noctem. Mane frequenter urget dejectio cum doloribus. Quæ excernit, ſanguine tincta apparent, languet corpus, inappetentia, adeſt ſenſus horroris, turbatur caput & ſomnus.

LXXXVI.

Eadem.

Puer 13. annorum ſanguineo-phlegmaticus, torpidus in vulneratione levi difficulter conſolidabilis quaſi, ut diutius ſerum exſtillans cicatricis occluſionem impediat, corripitur Auguſto, graſſante dyſenteria, fluxu alvino, qui primum parum cruentus, fecibus fuſcis intermixtus apparet, poſtea vero albidus mucoſus evadit.

Verſus

Verſus veſperam animo magis turbidus redditur, & calore revertente majore cum debilitate exacerbationem revertere indicatur. Noctu magis ad ſedes movetur, quam interdiu. Appetitus eſt dejectus. Tormina adeo graviter non urgent, quam teneſmus, ein leeres Drücken. Redit vera & quaſi concocta excretio alvi, ſed tamen mucus albus denuo ſuccedit.

LXXXVII.

Diarrhœa.

Vir 48. annorum phlegmaticus, cum braſſicam capitatam teneriorem cum portione carnis vervecinæ pinguioris avidius ediſſet, mox poſt prandium, percipit preſſionem quandam & tenſionem cum intercurrentibus borborygmis. Succedunt morſus & tormina inteſtinorum. Non ita multo poſt quieſcit revertentibus borborygmis, tenſione, preſſione, morſibus, torminibus, quoad iterum 3. hora alvus urgeret & liquida dejiceret. Continuat hæc ſeries per noctem & inſequentes 2. dies, utut quaternis horis alvus ſemper fluida urgeat. Appetitus jacet, viresque, caput debile eſt: Invaleſcunt non modo flatus, ſed accedunt etiam ructus, præcipue poſt aſſumtionem cibi aut potus.

LXXXVIII.

Eadem.

Vir 48. annorum ſanguineo-phlegmatici temperamenti poſt eſum piſcium & ingurgitationem cereviſiæ non adeo defæcatæ, imo refrigerationem abdominis incidit in fluxum alvinum, cui ſeſe colica conjungit, ſat gravis cum anxietate præcordiali, ructibus, inflatione abdominis, appetitu proſtrato, vomituritione.

LXXXIX.

Teneſmus cum procidentia ani.

Puer 2. annorum ex incondita diæta nutricis e braſſica muriatica, carne ſuilla pingui, potu frigido & fæculento, incurrit diarrhæam mucidam viſcidam. Conjungitur tertio die ſub repetito ingente conatu exprimendi extruſio inteſtini recti ad digiti longi magnitudinem.

XC.

Soda.

Juvenis poſt cardialgiam elixir. ſtomach. aromat. condit. pro ſtomachi debilitate

litate utens, incidit in molestum sensum ardoris, vel alio sensu frigoris in ventriculo per œsophagum ascendentis, cum dolore faucium, strictura, tenui saliva in os effluente.

XCI.
Delirium.

Vir 40. annorum cholerico-melancholici temperamenti, crassi & robusti habitus, natus ex familia deliriis multum obnoxia, in matrimonio infelici uxore orbatus, quam intensius primum amaverat, & tamen ab ea adultera desertus fuerat, incidit in animi turbationem, capitis summam prægravationem, quæ mature in perfectam maniam devenit, ut rubore nitenso, insensibilitate frigoris aucta ob metum damni in carcerem conjiceretur. Reversus ad se, per plures menses immunis vixit. Quamprimum vero ordinatum tempus rediret, & potui spirituoso locum daret, liberius tum garrire, jocari, ridere, incipit, & paxoysmum mane instantem indicat. Cum malum sit irradicatum & hæreditarium petitur consilium prophylacticum pro mitescentia paroxysmi.

XCII.

XCII.

Apoplexia ſanguinea.

Vir 37. annorum ſanguineo-cholericus, plethoricus, ſpeculabundis ſollicitis arithmeticis laboribus exercitatus iracundus, vino interdum abutens, venæ ſectione vago tempore uſus, raro tamen ſcarificationibus, ineunte Autumno paulo poſt caniculares, calida adhuc tempeſtate, cum iracundia tacita incanduiſſet, præcedente quoque die vinum largius bibiſſet, poſt prandium repentinum nimium motum ſuſcipiens, indeque valide exagitato motu ſanguinis domum reverſus, dumque in ſedile conſidet, laquela balbutiente mox, plane deficiente; obruitur ſiniſtri lateris immobilitate, dextra manu aliquoties ad caput ſublata, quaſi oſtenſurus, quod ibi malum aliquod hæreat. Deſtituitur ſenſim & hujus brachii motu; collocatur in lecto, nullum amplius ſignum ſenſuum edit; reſpirat tamen aliquatenus ſaltim ſingultuoſe; incipit dentibus ſtridorem edere, os torquere, oculi ſunt aperti, prominuli, nil videntes, facies ſatis rubicunda inflata eſt.

XCIII.

Apoplexia incompleta.

Vir 50. annorum ſanguineo-melancholici temperamenti, cum ventilationes aſſuetas ſanguinis rarius ob metum ætatis admiſiſſet, & vitæ ſedentariæ magis, diæta plena conjuncta, ſeſe dediſſet magis, corripitur motu ſemi-apoplectico; ſyncope, vertigo, lentor artuum invadit poſt paroxyſmum talem tremor manuum & capitis relictus, quæ ad negotia impotem reddunt.

XCIV.

Vir 40. annorum phlegmaticus animo & corpore, lautæ diætæ, craſſus, obeſus, incipit torpore animi majore affici, faſtidio ad labores, ſomnus ipſum diurnus nocturnusque obruit, ut vel expergiſcens vix veſtimenta præ ſopore inducere valeat. Poſt cœnam ſemper eo corripitur cum multo ſtertore, facies turgida inflatione diſtenditur; catarrhis etiam ſæpius afficitur.

XCV.

Paralyſis.

Vir 56. annorum phlegmaticus duriore victu aliquamdiu utens, defluxionibus & capitis

capitis gravitate cum ſenſuum internorum ſæpe vexatur. Deinde cum aeri pluvioſo paulo diutius ſe exponeret, in dextro corporis latere magnam debilitatem ſentit, ut nec brachium nec pes officio ſuo fungi valeret, accedente ſimul impedimento quodam laquelæ, ſenſus interea & intellectus integri ſunt. Latus affectum frigidum, ſanum vero calidiſſimum deprehenditur cum pulſu magno & vegeto.

XCVI.
Paralyſis linguæ poſt hemiplegiam.

Fœmina 48. annorum ſanguinea, laute vivens ad excondeſcentias aſſuefacta, potibus ſpirituoſis interdum indulgens, parum motibus vacans, doloribus capitis hemicranicis ſæpe vexata, cum jam à 2. annis ceſſaverint menſes, V. S. & ſcarificationes aſſuetas neglexerit, menſe Aprili, tempeſtate pluvioſa, calida tamen, afficitur majore dolorum horum moleſtia. Huic conſultura 3. dies ante plenilunium ſcarificationem celebrat in fervido conclavi. Augeſcit malum cum vertigine uſitata, evadit laſſa, ſemiſtupida, perit motus linguæ, ut nec ſonoram nec articulatam vocem edere poſſet.

XCVII.
Syncope.

Fœmina 23. annorum plegmatico-melancholica, penſitabunda, meticuloſa, cum menſes etiam non recte ſuccederent, & palpitatione cordis interdum tentata eſſet, repentino nuncio ſibi cognatæ & charæ perturbata dimidia poſt prandium hora, paulo poſt, ubi relationem intellexit, palleſcit, elangueſcit, labaſcit, concidit clauſis oculis, leviter hiſcente ore, flaccidis artubus, aſpectu tamen membrorum ſubſidente; reſpiratio nulla fere ſenſibilis, pulſus vix perceptibilis, tremori magis quam pulſui ſimilis ſuperſuerat.

XCVIII.
Alvi obſtructio ad miſerere mei inclinans.

Puer 13. annorum ſanguineo-melancholicus, alvi ſiccioris, æſtate ingentem copiam, pyrorum exſiccatorum ingerens & ad 3. horas nil bibens, ſed potius curſu ad ſudorem largum excalefactus, corripitur ejectionis alvinæ emanſione. Non attendit hoc primis diebus; edit interim multum panis ſine proportione potus, ſub 3. diei finem incipit tenſivo gravativo ſenſu

ſu circa abdomen affici, cui intercurſant rari quidem, ſed ſenſibiles & quaſi longe lancinantes dolores. Langueſcit, nil appetit, oſcitat frequenter. Invaleſcit 5. die dolor & increbeſcit lancinatio. Augetur languor, dolet caput & turbatur volatica vertigine, ſicceſcit os, ſitit.

XCIX.

Paſſio iliaca.

Vir 50. annorum ſanguineo-melancholicus, plethoricus a gravi lapſu os femoris fregit, indeque paſſiones febriles dolorificas varias paſſus, maxime vero maturam adſtrictionem alvi ſubiit cum torminibus, pungentibus, lancinantibus, qui ad pectus aſcendebant, & pleuritidem mentiebantur. Ructus vero fœtidi cum anxietate ſyncoptica aſcendentes ægrum de involutione inteſtinorum iliaca ſollicitum reddidere.

C.

Sterilitas.

Fœmina 24. annorum ſanguinea florida poſt 3. puerperia jam per 3. annos ſterilis manet, quod animum ejus valde ſollicitum reddit. In ultimo puerperio uti & in

in prioribus ex lactis repressione in febrem tertianam valde auctam delapsa, & hæmorrhagia uteri accedente paulo magis debilitata, quam in prioribus; postea vero erysipelate capitis æstuoso affecta; inde menses ordinate, sed tamen cum multo muco instar fluoris albi evacuati: appetitus & vires reliquæ vigent.

CI.

Hernia incarcerata.

Vir 50. annorum sanguineo-melancholicus, cum in priore ætate a nisi oneris in herniam esset delapsus, & abhinc passiones varias perpessus, hoc autumno post refrigerium in colicum dolorem lenem devolvitur, qui vero in horas ita surrexit, ut cum adstrictione summa tormina & spasmi ad syncopen usque urgerent. Hernia est incarcerata dura, ac si scybala essent impacta. Phlogoses intercurrunt. Hernia intumescit, ructus accedunt, flatus cum fœtore assurgunt, ac si fæces vomitum urgerent. Anxietates augentur; vigiliæ turbidæ mentem delassant, & inclinatio ad somnum accedere videtur.

CII.

Vomitus gravidarum.

Fœmina 35. annorum ſanguineo-ſcorbutica, aulica animo & corpore, diætæ vagæ luxurioſæ, gravida facta iterum corripitur matutino vomitu, cum languore, dolore capitis, appetitu vago, faſtidio carnis.

CIII.

Diarrhœa gravidæ.

Fœmina 26. annorum gravida altera vice, in priore graviditate vitam ſcabie degit, & fœtum tali contagio inquinavit, ut eo etiam perierit, experitur tamen in inflatione abdominis turgida menſium conſuetum ſucceſſum. Fœmina plethora non turget, uti quaſi ſeroſa debilitate naturæ. Temperantia nitroſa ideo non conveniunt. V. ſectionem admiſit, ſed fluor perſiſtit. Medio geſtationis tempore ſanguinis fluxus ſupprimitur, ſed diarrhœa ſuccedit, & diu jam infeſtat.

CIV.

Alvi adſtrictio gravidæ.

Alia melancholici magis habitus, ætatis 33. laborat ſub tempore graviditatis, alvi ſegnitie, quæ motus flatulentos, cardialgicos, anxios, vertiginoſos inducit.

CV.

Varices gravidæ.

Fœmina 36. annorum, plurium liberorum mater, corripiebatur jam ſub binis ultimis geſtationibus inflatione crurum ſumme varicoſa, ad ovi magnitudinem propendente. Motus membri eſt laborioſior. Dolor nimia turgeſcentia venarum augetur. Tandem excluſo fœtu cum lochiis demum varices pereunt. Jam cum tertium & quartum menſem agat graviditatis, petit conſilium prophylacticum, ſi dari poſſit, aut contra doloris intenſioris increbeſcentiam mitigationem.

CVI.

Partus difficilis.

Fœmina robuſta, ſanguineo-melancholica, plethorica jam binis vicibus partu

difficili mortuoque ita delaſſabatur, ut jam in proximum partum conſilium quærat, quomodo præſervative res non naturales regere debeat, quidve partu inſtante ad facilitandum opus poſſit obſervare.

CVII.

Abortus.

Alia athletica, hæmorrhagiis alias obnoxior, iracundiæ dedita, jam bis ſub medium fere geſtationis tempus abortum paſſa, petit prophylaxin.

CVIII.

Hæmorrhagia uteri poſt abortum nimia.

Fœmina 36. annorum ſanguineo-plethorica aliquot jam liberos peperit, hoc ultimo vero geſtationis tempore venæ ſectionem adſuetam, & ex gallica indole neceſſariam neglexit; parit celeriter, ſed ſanguis non multo poſt ita largiter fluxit, ut ob ſyncopem ingruentem mors ante fores eſſe exiſtimetur.

CIX.

Febris inflammat. lochialis.

Alia ex abuſu vini & ſpirituoſorum, maxime juſculis aromaticis vinoſis abutens incidit in febrem acutam cum turbatione capitis ſumme delira; vires proſtratæ, pulſus frequens, anxietas cardialgica, lochia pauca.

CX.

Febris miliaris.

Alia ſimili ex cauſa febrem nacta, efflorescentia cutis inſtar acicularum capitulorum diſperſas offert; alvus ſicca, motus vomibundi adſunt, anxietates urgent.

CXI.

Dolores abdominis puerp. a potu frigido.

Puerpera die 2, 3, quartum poſt partum a potu frigidiore dolores intenſiores abdominis experitur, qui anxium æſtum exprimunt, vires proſternunt, appetitum ſupprimunt.

CXII.

Secundinæ retentæ.

Fœminæ 28. annorum poſt partum laborioſiorem remanent ſecundinæ; incurrit inde in lipothymicam debilitatem, oppletionem quaſi ſuffocativam, vertiginoſam turbationem cum ſpaſticis colli tenſionibus. Eſt dies demum alter a partu.

CXIII.

Dolores poſt partum.

Fœmina ſtatim poſt partum admiſit aerem frigidiorem ad partes genitales, & neglexit debitam abdominis ligationem, hinc corripitur immanibus doloribus, cum urinæ vitiis, unde lochia parcius fluere incipiunt.

CXIV.

Maturus robuſtorum infantum poſt partum obitus.

Mulier illuſtris proſapiæ, ſanguineo-melancholici habitus, plethorici ſtatus ad intenſiones motuum ſanguinis ita inclinans, ut vini uſus moderatiſſimus turgeſcentiam dolorificam inferat, tres jam filios

lios matura poſt partum morte amiſit. Erant robuſti, ut corpus rubore intenſo fulgeret. Petit conſilium felicioris partus & ſanioris ſobolis.

CXV.

Convulſiones infantum recens natorum.

Mater 2. 3. filios enixa, qui ſtatim a partu clamores, inquietudines cum fecibus viridibus incumebant, & tandem poſt plures ſeptimanas in convulſiones lethales devolvebantur. Mater eſt plethorica, iracunda, diætæ plenæ. Infantes ſucculenti ſunt ſatis. Petit conſilium, quid ſibi agendum incumbat, tum quid recenter expectando fœtui auxilio ſit ſperandum, ut gravis ejusmodi affectus avertatur.

CXVI.

Infans neo-natus mortuus apparens ſ. ἀναισθησία ejus.

Infans recens natus ſub laborioſo exitu apparet mortuus ſine ſenſu, ſine motu, ſine conſueta aliâs ejulatione. Quid conſilii?

CXVII.

Icterus infantum.

Alius non longe a partu tempore inflatur per totam peripheriam habitus externi & ictero ſuffunditur: Reliquum ſic ſatis valet. Inquietior paulo eſt.

CXVIII.

Deglutiendi difficultas.

Infans paucarum dierum deglutiendi & ſugendi difficultate laborat. Cæterum eſt vegetus. Petitur indagatio cauſæ, & ſuppeditatio curæ.

CXIX.

Retentio meconii.

Infans recens natus à meconii retentione tormina, cardiogmum, clamores, pavores, imo convulſiones ſuſtinet, quæ ſymptomata demum excipiunt dejectiones decolores, æruginoſæ, wie gehackte Eyer.

CXX.

Diarrhœa.

Puer 6. menſium diarrhœa corripitur, intercurrentibus inquietudinibus, fœces mox virides, mox flavæ, mox aqueæ apparent. Æſtus intercurſat; mammas mox reſpuit, mox avidius abripit.

CXXI.

Oppletio pectoris aſthmatica.

Puer 2. annorum ſatis phlegmaticus obeſus corripitur oppletione pectoris, und röchelt ſtark auf der Bruſt, cum inquietudine, interno calore; reſpiratio eſt anhela & laborioſa, quæ ſymptomata oriebantur ab aeris liberioris afflatu corpore antea in lecto calefacto.

CXXII.

Ejectiones calculoſæ.

Puer 2. annorum parentibus nephriticis genitus, ſæpe inquitudine, clamoribus, febrilibus motibus delaſſatus, maxime vero urinæ vitiis, ut nunc iſchuria, nunc ſtranguria ipſum comprehendat, ubi urina eſt ſaturata, acris; corripitur etiam inflatione genitalium eryſipelacea, & ea diſcus-

ſa

ſa arenulæ cum multo muco urinam comitantur. Solliciti ergo ſunt parentes de calculoſa immatura hæreditate, aut materia calculoſa corrigenda.

CXXIII.

Achores.

Infans 6. menſium, ſucculentus, corripitur efflorescentia faciei, materiam purulentam fundente, & cruſtam denſam relinquente.

CXXIV.

Alvi ſiccitas.

Alius 1. anni vegetus laborat ſegnitie, tarditate & ſiccitate alvi, ut ſub excretione laborioſa anxios motus corporis opletivos & reſpirationis contrahat.

CXXV.

Aſthma.

Alius ejusdem ætatis a refrigeratione in ſtertorem conjicitur cum ſumma virium dejectione; tuſſis non valet pectus evacuare, nec mucum movere. Accedunt convulſiones.

CXXVI.

Febris cum vomitu.

Alius ejusdem ætatis corripitur æſtu, debilitate, appetitu proſtrato; ſuccedit repente convulſio. Vomitus ſubvenit, & vermis inſignior rejicitur.

CXXVII.

Atrophia.

Puer 3. annorum a potu nocturno frigido fæculento incidit in intumeſcentiam faciei quadantenus turgidulam, majorem vero abdominis, cum nodis intus quaſi ſenſui obviis, reliqui corporis macie. Alvus vaga eſt. Appetitus mediocris, ſitis intenſior.

CXXVIII.

Paralyſis ab achoribus exſiccatis.

Infans 2. annorum ab achoribus citius exſiccatis incidit in febrem quotidianam cum ſudore algente, loquelæ impeditione, perpetuo ſtertore, lateris dextri immobilitate, tandem epilepſia ſuccedente.

CXXIX.

CXXIX.

Dentitio difficilis.

Infans 24. hebdomatum adoritur febrilibus insultibus, vigiliis, inquietudine, clamoribus, emanatione copiosæ salivæ ex ore, alvi restrictione, & laborat dentitione. P. C.

SECTIO II.

Casus Chirurgici.

I.

Arteriæ vulneratio in radice manus.

Puer 12. annorum scribendi exercitio addictus, improvida scalpelli tractatione mucronem ejus in rascetta manus sinistræ per transversum adegit, ut cuspide bene acuta arteriam ipsam vulneraret.

II.

Vulnus ſupra flexuram cubiti.

Juvenis 22. annorum ſanguineo-cholericus, ſtatura procera & robuſta, ſemiebrius e chorea ducta excalefactus in rixam, cum aliis devolutus vulneratur cæſim in brachii ſiniſtri parte carnoſa ſupra flexuram cubiti ſeu ventre muſculi bicipitis, oblique transverſim, ut interior ejus terminus deorſum, exterior vero ſurſum vergeret, longitudo vero ultra 2. pollices, profunditas vero ad unum eſſet, fluit vulnus admodum ſanguine.

III.

Tumor ſanguineus ex alliſione.

Puer floridi ſanguinei habitus, diæta lauta aromatica utens, curſitationibus & exæſtuationibus corporis indulgens, ſæpius per annum narium hæmorrhagias pati adſueverat. Cum vero ante $\frac{1}{3}$ annum hæmorrhagia talis alumine in nares impreſſa, cohibita hactenus, plane ceſſaverit, puer vero ipſe a frequentioribus illis motibus cor-

corporis ſæpe hactenus capitis æſtuoſos dolores expertus fuerit: accidit, ut perpetulantem parium colluctatione humum projectus circa medium femoris dextri, externum quidem ejus latus lapidi auctiori fortiter alliſus penetrantiſſimum dolorem, & inde mox indurationem & tumorem perciperet, domum vero deductus, diſſimulato illa veſpera damno, tumoris majori collectioni & impactioni locum præberet. Unde licet per noctem ſatis quiete dormiviſſet, mane tamen tendere, aut movere femur non poſſet ſine exquiſito dolore, multo minus tactum paulo fortiorem in loco affecto perferre; In quo interim tumor ad ovi gallinacei latitudinem, durus, rubicundus æſtuans conſpicitur.

IV.

Tumor genæ perſiſtens.

Adoleſcens ſanguineus phlegmaticus 20. annorum tempore brumali e conclavi valde calefacto, & in quo ex aliquali laborioſo motu ſudore perfuſus erat, in frigidum aerem transgreſſus, capite minus ſollicite operto, in catarrhales ſtaſes circa caput dolores capitis dentiumque incidit valde æſtuoſum, qui vero mox coorto tumore genæ inſigni ſenſim ſenſimque imminutus, & in hujus ſaltim ardorem & ru-

borem

borem transmutatus fuit; jubetur calide ſaltim obtegere genam tumentem & asſumtis internis diſcutientibus & abſorbentibus ſucceſſivam ſpontaneam reſolutionem ac ſubſidentiam expectare. Hæc cum ita quoque ſequeretur, & usque ad thaleri circiter latitudinem reſediſſet durities & tumor, ſenſus vero moleſtus omnis abiiſſet, incurius ille reliquum illud negligit, & auræ frigidæ imo ventoſæ temere nudam genam permittit. Unde hic tumor & durities jam ad 12. dies ita perſiſtit ſine decremento.

V.

Ex colliſione ſuræ ſugillatio, ſtaſis, tumor.

Juvenis 22. annorum ſanguineo-melancholicus, e gravi alliſione ſuræ circa internum latus oſſis tibiæ antrorſum in ſugillationem, ſtaſin, tumores ejusdem partis incidit, cum vero nil adhiberet, & iter in aere frigido perſequeretur, decreſcere quidem ſucceſſive dolorem ſenſit, acutum nempe illum; tumor vero non magnopere reſedit, ſed in duritiem compactus conſpectum e flavo ruffeſcentem jam ad 14. dies ſervat, tenſivam moleſtiam in vola pedis inducit, & tactu quoque fortiore dolorem quaſi contuſorium infert.

VI.

Tumores in ſcapulis ex ictibus fuſtium.

Juvenis ſanguineo- cholericus fuſtium ictibus graviter oneratus exhibet præcipue 2. inſignes tumores, ultra digiti magnitudinem & pollicis mechanici latitudinem, ſummæ ſcapulæ incumbentes, qui nigro rubentes, tactum valde molles deprehenduntur.

VII.

Tumor hernialis in inguine.

Juvenis 18. annorum ſanguineo- phlegmaticus, cum non modo immodeſtiore capitis motu excaluiſſet, ſed etiam niſi quodam pedis fortiſſime facto fruſtratus eſſet, indeque in ipſo dextro inguine in ſpatio inter ſcrotum & glandulas inquinales non modo dolorem, ſed & tumorem inſignem paucis horis fere ad dimidii ovi anſerini magnitudinem auctum paſſus eſſet, eumque primo quidem diſſimulaſſet, donec ſecundo die crus nullo modo extendere poſſet.

VIII.

Femur ex contuſione exulceratur.

Juvenis 26. annorum ex contuſione graviore in externa parte femoris multo æſtu & dolore afficitur, unde abſceſſus natus, tarde ruptus, unguinoſis tractatus deſiit quidem pus fundere, ſed ambitus durus non decreſcit, dolor urget ardens, rodens, aſpectus ulceris pallidus interioris, humiditas flaveſcens diſcolor pauca: nullus ad expletionem cavitatis aut ſolidæ firmæ carnis generationem apparatus, ſex potius laxæ fungoſæ pallidæ carnis fruſtulum intra 12. horas extuberare cæpit, erupit etiam hactenus nunc & tunc aliquid ſinceri ſanguinis, & jam 10. a prima apertione vertitur dies, dolor tenſivus renitens in parte continuat & augeſcit.

IX.

Tibiæ exulceratæ.

Juvenis 26. annorum ſanguineo-melancholicus, cum circa ſolſtitium æſtivum equeſtri itinere ſub ſereno cœlo incaluiſſet, potu vini etiam juſto copioſius aſſumpto domum reverſus, detractis ocreis per lintea tibialia frigidula aura perſtringente tibias,

bias, & inducto inde pruritu ſcalpſit has paulo immodeſtius, ut non modo cuticulæ aliquid abraderet, ſed & ſenſu doloris exquiſito accedente, intra horæ ſpatium congeſtio humoris, & inde tumor eryſipelaceus partem occuparet cum dolore ardente. Diſcutitur eryſipelas per camph. & diſcutientia, ſed remanet œdematoſa inflatio, & per excoriatas partes tranſudat humiditas. Apponitur emplaſtr. & altero die viſuntur ulcuſcula profundius inſinuata. Hument hæc, ambitus tumet duritie, nitida, roſea, pruriente ſub allapſu aeris.

X.

Abſceſſus in cubitu ex metaſtaſi ſcabiei.

Juvenis 19. annorum ſanguineo-melancholicus, cum ſcabie per contagium contracta aliquamdiu laboraſſet, ſed jam a tertio circiter menſe ab illa liberatus appareret, cum alioquin poſt motum corporis refrixiſſet, ſenſit uno vel altero die languorem, ſuccedente horrore, & æſtu cum duritie tumida circa cubitum. Augeſcit hæc per noctem ad ovi columbini magnitudinem cum inſigni duritie, ardore ſenſibiliſſimo, & leniſſimo palpitatorio ſenſu.

Poſt

Poſt 4. dies incipit in cacumine maculam flaveſcentem & mollem exhibere, qua aperta parum puris effluit. Evacuato vero illo per expreſſionem modeſtam, ſuccedunt ſtriæ ſanguinis, iisque abſterſis apparet foramen craſſioris acus capacitate.

XI.

Femur læſum.

Vir ſanguineo-phlegmaticus annorum 36. annuis autem ſemeſtribus purgationibus, & non quidem ſtatis, frequentibus tamen ſcarificationibus uti ſolitus, cum hæc utraque pluribus menſibus neglexisſet, æſtate declinante ſub finem Auguſti, cum frequentius hactenus vini potui indulſiſſet, jam vero iracundia aliqua concuſſus, ſequente nocte inter dormiendum femore ſiniſtro ad ſpondam durius applicito cubuiſſet, evigilans, doloris quendam ſenſum & tenſionem in parte percipit. Ex inunctione balſami ſulphuris augetur dolor & tumor, qui rubet & urit valde.

XII.

Ex calcitratione equi ad malleolum inflammatio, gangræna & ſphacelatio.

Juvenis 22. annorum calcitratione equi

 paulo

paulo ſupra malleolum internum tibiæ ſiniſtræ graviter percuſſus, ut contuſio partium cutanearum, tendinoſarum, laceratoria adeſſet, ipſeque ſtatim præ ſummo dolore pedem nullatenus amplius movere valeret, differt tamen mature Chirurgum advocare, ſed obligatam linteo læſionem usque in alterum diem ſervat. Augeſcit dolor, extenditur per univerſam tibiam ſurſum; tumor conjungitur valde magnus, ardor & æſtus graviſſimus. Æger fit debilis, vocatus. Tonſor imponit emplaſtr. de ſperm. ranar. Imponit etiam unguent. digeſt. de alth. Æger fit debilior, ita, ut jam una & altera vice animo defecerit. Vocatus Chirurgus aperta deligatione, vidit lividam partem, & cæterum circa pallidam: hinc inde & maxime circa læſionem bullas mediocres lividas pallidas. Infligit aliquot vulnuſcula profundiora lanceola. Nil effluit, niſi ſerum ſubcruentum; Patiens nil ſentit, quid in parte agatur: portio ipſa lacera malum odorem emittit.

XIII.

Morſus equi in cubito cum inflammatione & gangræna ſphaceloſa.

Juvenis 25. annorum ſanguineo-cholericus

ricus lacertoſus, operoſiori labori deditus, cum in ſtabulo laborans bene incaluiſſet, improvida appropinquatione ad equum morſorem læditur; ab hoc morſu in media parte brachii cubitalis. Accedit mox cum inſigni dolore tumor & ardor. Chirurgus vulneri ſatis patulo adhibet digeſtiva & defenſiva ordinaria, ſed increbeſcit tamen dolor & ſummus ardor; pars ipſa magis magisque e rubro colore in ſubnigrum tranſit, donec in ſtuporem, inſenſibilitatem, fœtorem tranſiret, ubi inſenſibilitas late circum pergens frigiditatem adducens, ſphacelum imminere indicaret.

XIV.

Ex achoribus repreſſis in maxilla abſceſſus.

Puer 8. annorum cum achoribus capitis, inde ab infantia ſæpius repullulantibus hactenus aliquamdiu laboraſſet, ſed a linimenti ſulphurati uſu deſiccationem ejus jam obtinere videretur, cum aliâs eſſet habitus magis phlegmatici, & jam tempus autumnale: afficitur collectione, ſtaſi & tumore non admodum dolente in dextra maxilla ab aure ejusdem lateris per genam intra os zygomatis deorſum ad collum us-

que excurrente. Durat ita per 3. 4. dies, adhibito emplaſtro de melilot; augeſcit primo & rubeſcit.

XV.

Tubercula rubra in facie.

Juvenis 25. annorum potator, ſanguineo-phlegmaticus, tuberculis rubris duris in facie infeſtari cepit, quæ ab æſtu ſolis & motu prurientia cum fricaret, unum in naſo manare, cruſtam acquirere, nec tamen conſolidari apparet. Ab emplaſtro ulcus augetur, ut & ab unguento Pom. manatio pergit & cartilago naſi etiam arroditur.

XVI.

Ex terrore mammæ durities & inflammatio.

Fœmina 30. annorum ſanguineo-melancholica, cum ante 8. ſeptimanas peperiſſet, & hactenus infantem lactaret, repentino gravi terrore perculſa puncturas veluti quasdam in mammis ſenſit, præcipue vero in ſiniſtra; cum infans non ita diu dextram pene exhauſiſſet, oboritur mox durities ad ovi columbini magnitudinem, quæ ſenſim intra horas 8. augeſcit

ad

ad gallinacei capacitatem, ſuboritur dolor pungens, tendens. Sequente die invaleſcit uti & ardor. Imponit petroſelin. in butyro frixum. Augeſcit dolor & ardor, imo tumor latius circa diffuſus magnam mammæ partem occupat.

XVII.

Nodus mammæ difficilius ſuppuraſcens & mali moris.

Fœmina 36. annorum ſanguineo-melancholica, ante 2. annos demum matrimonium iniit, & inde vertente anno ſeſe gravidam ſenſit. Parit infantem minus robuſtum, aliquoties tamen per 2. menſes incommoda circa mammas ſenſit, præcipue meditullium durius & quaſi in conum coacervatum cum interpunctionibus crebris, cum ita 4. ſeptimanas incommode lactaſſet, oblato terrore nodum in mamma ſiniſtra ſentit, reliqua iſta denſitate longe duriorem, ſed non æque dolentem. Cum vero poſt aliquot dies repentina & gravi ira exæſtuaſſet, incipit tumor hic vehementer ardere & dolere, ſimulque in eximiam molem augeſcere, mamma inflari, rubeſcere, æſtuare. Imponit bolum cum albumine ovi ſuo ſuaſu. Reſidet tumor & ardor. Corripitur anxietatibus & lipothy-

 miis,

miis, ſuccedit vomitus & dejectio cholerica cum euphoria. Medicus adhibet adſtringentia cum opiato. Siſtitur fluxus, ſed tumoris mammarum dicti dolor recrudeſcit in æſtuoſum ardorem, qui emplaſtro de ſperm. ranarum temperatur, ſed dolor profundus lancinans perſiſtit. Poſt 2. ſeptimanas balneator præbet emplaſtr. de meliloto. Unde dolor & ardor in profundo augetur. Poſt aliquot demum dies intenſa lancinatio nil tamen remittens, ſed molleſcens nodus fit: Imponitur emplaſtr. & cataplaſma emoll. cum oleo chamomill. Augetur dolor & videtur emolliri nodus. Pertunditur ſatis profunde, nihil effluit præter parum decoloris puris cum copioſis ſtriis ſ. grumulis ſanguinis atri. Dolores augentur, & ſubſequente deligatione pariter cruentus ichor exit. Extenduntur lancinationes & dolorificæ tenſiones ad brachium vicinum, imo concurrit aliquis humeri illius tumor. Sequentibus aliquot deligationibus omnia eadem, niſi quod nauſeoſus nidor, denique rudimenta actualis fœtoris concurrere incipiant.

XVIII.

Vidua 28. annorum 2. liberorum mater, ſanguineo-melancholica, iracunda, vitæ ſedentariæ, diætæ ſiccæ, a terrore menſibus

bus fluentibus obſtructis, anxietatibus & incommodis circa primas vias, opponit venæ ſectionem in brachio cum pauco effluente ſanguine. Mœſtior inde redditur, corripitur refrigeratione, laſſitudine, ſomni perturbatione, capitis dolore familiari exacerbata, maxime tenſione in brachio & ſcapula lateris venæ ſecti, quarto die horror incurrit cum ſenſu compunctionis in mamma ejusdem lateris, quæ a levi tactu augetur. Colligitur per ſuccedentes ſeptimanas nodus, piſi magnitudinem non excedens. Augetur per aliquot ad avellanæ magnitudinem cum dolore citra attactum ardente pungente, qui ab ira valde exacerbatur, reliqua mamma nil mutata, niſi quod ſub gravi dolore quadantenus æſtuet. Brachium & humerus vicinus tenſorio palpitabundo dolore ſæpe afficitur. A 3. die non modo augetur dolor, ut anxiam reddat ægram, ſed ſomnum etiam irritum faciat.

XIX.

Combuſtio brachii.

Coquus dum parvum ahenum dococto jurulento fervente plenum de tripode ſuper ignem depromere ſuſcipit, ſitu vero ejus inæqualiore cum una manu tetigiſſet, nudare

nudare hoc incipit, cui dum altera manu occurrere festinat, sub trepida & tremula perturbatione inclinato aheno, brachium illud circa carpum bulliente pingui decocto perfundit & gravissime ita compurit.

XX.

Perniones pedum.

Puella mendica 16. annorum cum hyeme per nives e pago in urbem migraret, pedibus pessime calceatis frigore nimio eosdem ita læsit, ut cum denique in hospitio iterum incaluisset, toti pedes inferiores stricte ita dicti magno tumore turgescerent, & lividum subnigrum colorem nanciscerentur, cum dolore summe pruriginoso morsicante, imo ardente & interlancinante ad tactum fere insensibiles essent; succedunt mox fissuræ imo profundæ ulcerationes, concurrunt manationes flavescentes, imo aliquis jam fœdi nidoris halitus exulceribus, adeoque sphaceli metus.

XXI.

Juvenis 20. annorum vehemente contusione ex impetuoso prolapsu & allisione pectoris sub sinistra mamilla, ad acutum lapidem facta tumori nigro livido emplastr. Norimberg. applicuisset, indeque cum gra-

vissimo

vissimo æstu tardam admodum suppurationem & ruptionem apostematis post aliquot demum dies impetrasset, neque laudabile pus in notabili quantitate erumperet, sed mox saniosa acris materia flueret, circumcirca etiam pars rubicunda & dura maneret, neque consolidationem nisi post tertiam septimanam subiret, tunc quoque adhuc flavo rubente ambitu suspecta, post 8 dies cum insigni dolore, rubore, tumore recruduit, & post aliquot dies iterum perrupit. Decruduit hic affectus ad quartam vicem, & tandem similis tumor intra dictam læsionem ad trium digitorum latitudinem. Maturatur & pus educitur. Vulnus enim mox in pallidum ulcusculum mutatur, in ambitu vero versus priorem tumorem rubor & tumor dolens persistit. Manat quotidie non parum tenuis saniei. Respuit omnem ulteriorem maturationem & consolidationem.

XXII.

Fistula in cantho oculi.

Puella 10. annorum sanguineo-phlegmatica, cum sæpius acri catarrho modo circa nares, modo circa oculos conflictaretur, usurpato copioso collyrio ex vitriolo, & prævalescente acri influxu, & turgente partim

partim ab attritu, partim ipſo ardoris ſenſu oculo atque palpebris circumcirca. Senſit inde aliquam ardoris & roſionis mitigationem, ſed preſſionis ſenſum ſuccedentem percepit. Ante omnia circa angulum oculi verſus naſum non aliter ac ſi quiddam ibi incuneatum inhæreret, ſentire ſibi videbatur. Erat ſub his omnibus alvus ſiccior, & variis cupediis pinguibus dulcibus ſuſtentabatur ægra. Ubi poſt aliquot dies reliquus tumor & rubor ſubſidet. Manet tamen aliqua anguli illius in oculo ſiniſtro juxta naſum turgiditas. Quando puella dormit, conglutinantur palbebræ; ubi per diem vigilat, ſemel aut iterum levem pruritum ſeu titillationem ibi percipit. Quoties vero ita levi frictu angulum comprimit, diffluit quaſi guttula interdum craſſioris puris, interdum ſanioſi in oculum. Duravit hoc ultra ſemiannum.

XXIII.
Fiſtula ani.

Vir 36. annorum ſanguineo-phlegmaticus, cum hactenus ſæpius longinquis itineribus modo duriore vectura, modo equitatione, lumbos & ſedem ſuccuſſiſſet, alvi depoſitionem duriorem ſæpe feciſſet, ut cum inſigni niſu deinde exprimere cogeretur, perſenſit ante 3 ſeptimanas adhibitis

tis aliquoties pilulis Francof. & factis compotationibus, molestam quandam pressionem circa anum, quæ mox in ardorem & lancinationem impetuosissimam degenerans, per 3 dies ita pessime afflixit ægrum, ut posteriores dies plane insomnes, & jugiter anxie transigeret. Transactis variis medicationibus, frustro adhibito cataplasmate emoll. exilissimo foramine perrupit paucissimum pus. Inunctus est dolor unguento discut. Dolor cessat, sed sub depositione ardor & sensus quasi fabæ in intestino hærentis perennat. In ipso vero indusio vestigia ichorosæ materiæ succurrunt. Post aliquot septimanas Chirurgus foraminulum ad digiti altitudinem in intestino deprehendit.

XXIV.

Vulnus a cane morsum mali moris.

Juvenis 26. annorum sanguineo-melancholicus robustus, a cane in pede dextra ad 4 digitos infra genu latere exterior circa suræ principium profundo morsu vulneratur, ab improviso casu graviter exterritus nonnisi paucissimum sanguinis inde fundit. Consiliis unguinosis præpostere tractans affectum, incurrit non modo in

gravem

gravem dolorem, ſed & tumorem & ardorem late circum excurrentem. Balneator affectum Epithemat. ex decoctis vulnerariis partem fovet, unguento digeſtivo morſum oblinit. Nil magnopere inde levatur patiens, ſed mox loco laudabilis puris ſaniofus ichor emanare cepit, labia morſus dura, turgida, pallida evadunt. Incipit aliquid luxuriantis carnis emergere, quod balneator unguento ærug. ære uſto abſumere ſtudet. Hiſce nihil proficientibus Mercurio præcipitato adſperſo oblationem tentat. Augeſcit dolor & ardor. Ulcus ampliatur, ut nil puris, ſed tenuem ichorem funderet.

XXV.

Vulnus in pede ex forfice mali moris.

Juvenis 22. annorum cum excalceatus ad menſam ſedens e ſcriptoriis inſtrumentis forficem novam & acutam penes ſe jacentem haberet, ſed inter chartas illapſum cum ſurgens chartas tolleret, delapſus forfex acumine pedem medium ita penetrat, ut fere transfigeret. Oritur mox dolor acutiſſimus. Pes inflammatur, dolet, tumet, indureſcit. Tonſor applicat album ovorum cum bolo, poſtea emplaſtrum de ſper-

ſpermat. ranar. diapalm. vulneri inungit unguent. digeſt. Remittit dolor ardens, ſed non tendens, lancinans. Inungit unguent. alb. camph. & imponit priſtinum emplaſtr. ſine levamine. Pus paucum generatur, multa tamen ichoroſa ſubſtantia promanat. Accedit dolor tenſivus ſpaſticus: æger fit inquietior, ut ne quidem dormire multum valeat.

XXVI.

Meliceris.

Puella 6. annorum ſanguineo-phlegmatica ſatis de cetero ſana in brachio ſiniſtro, medio inter cubitum & manum loco, duritiem & tumorem multis diebus languidiſſime augeſcentem nanciſcitur, qui trimeſtri pene ſpatio ſenſim in magnitudinem ovuli turturis excreſcit, ſine ſenſibili tamen dolore. Sedet tumor in carne fixus. Ante 3. ſeptimanas emicuit ſimilis tumor ſuper media manu, qui maxime ceraſi medietatem facile æquat. Neuter tamen horum tumorum ita tanquam ſuo loco proprio ambitu extuberat, ſed in partibus circumjacentibus una ita diſtentis infixus ſedet. Maturatio pluribus demum diebus aliquem ruborem excitant, & poſt ung. conjuncta aliquam mollitiem excutiunt. Aperit Chirurgus ſcalpello, effluit paucus

 ichor.

ichor. Applicat ung. digeſtiv. Nil ſuccedit puris; mundificato & abſterſo foramine, apparet tumor repletus & ſuffertus, veluti ſebacea pingui materia.

XXVII.

Polypus narium.

Puer 8. annorum ſanguineo-melancholicus, cum alioquin gravi lapſu faciem alliſiſſet, indeque non modo copioſiſſimam hæmorrhagiam, ſed etiam tumorem & inflammationem naſi ingentem paſſus, a neſcio quibus medicamentis oppoſitis ſuppurationem e naribus ſuſtinuiſſet, quæ cum hæmorrhagia per fortia adſtringentia cohibita fuiſſet, non ſine gravi dolore, & diuturna demum mora perrupit: Sentit nil condigne facta mundificatione, corpus alioquin oblongum molliculum e baſi narium pronatum, cavitatem explere ſiniſtræ naris, quæ ſubſtantia, licet enim ſenſibilis, per ſe, preſſione tamen ſenſibilis evadit, & ſi paulo rudius tractetur, hæmorrhagiam ſatis copioſam producit.

XXVIII.

Puella paupercula, cum tibiam vehementi alliſione excoriaſſet, & quidem brumali tempore neque bene veſtita, neque ſatis in calore degere compos, ſed fere

gravi

gravi frigori obnoxia, primo dolorem, tumorem & inflammationem in parte dolente percepit, cum vero neque nunc frigus evitare valeret, variis interim unguinosis nunc & tunc per mulierculas oblatis partem frustra oblevisset, cepit quidem tumor insignior evanescere, ulcus vero ad oboli magnitudinem apertum & manans persistere, circumcirca vero calorem ex nigro ruffescentem, qualis cerasorum acidorum bene maturorum est, inducere.

XXIX.

Panaritium.

Ancilla domesticis laboribus, lotionibus, variisque operis addicta, satis robusta alias & vegeta, cum ab aliquo tempore per refrigerationem sub mensium fluxum suppressionem eorundem passa esset, scarificationes etiam alias consuetas neglexisset, turgidaque & inflata haberet brachiorum vasa, incipit in acino digiti indicis duritiem & tumescentiam aliquam sentire, quæ sensim augescens ardorem, ruborem, lancinationes, imo denique horum omnium tantam exacerbationem suscipiunt, ut ne quidem dormire 2. noctibus valeat.

XXX.

Cruentatio gingivarum.

Juvenis 32. annorum ſanguineo-melancholicus, ſanus alias, gingivarum conſumptionem obſervat, ut non modo dentes, ſed ipſa maxilla denudari incipiat, quin etiam vel panem vel pomum, vel tale quid admoveat, cruentatur illud a gingivis.

XXXI.

Tinea.

Puer 14. annorum ab aliquot annis frequenti & fere neglecta capitis ſcabioſitate affectus, denique ſcabrum ulceroſis ſquamis obſitum, cute tumida affectum, & parvis veluti ſtibulis pilorum hiſpidum offert caput, hinc inde etiam glutinoſa cruſta obſitum. Unde multam pruriginem hinc inde ſentit: ſcalpendo vero aut fricando mere cruenta ſtigmata elicit. Facies quoque pallida, decolor ſtrigoſa eſt, oculi concavi, ambitus eorum lividus.

XXXII.

Vulnus in pudendis.

Mulier paupercula 26. annorum alias ſatis ſana, cum de grandi acerno ſegmentorum

rum & festucarum, quæ a fabrorum lignariorum operis colliguntur devoluta acutissimam festucam illabendo ad ipsa labia sinus pudoris impegisset, vulnusque ad dimidii digiti profunditatem inde passa, mox graves dolores & ardores incurrit, unguentis hinc succurrere satagens parum profecit, sed licet longiore tempore sensim tumor gravior evanesceret, aliqualis tamen remansit, vulnus vero mox in ulcus conversum consolidationem hucusque respuit.

XXXIII.

Oculorum ardor.

Puella 6. annorum sanguineo-melancholica, nunc & tunc hæmorrhagiis narium infestatur. Cessant hæ ab adstringente; succedunt dolores capitis & ex ploratu incurrit in dolorem, ardorem oculorum intensum, ut ex obscuro in lucem prodire nequeat.

XXXIV.

Pterygion cum panno.

Alia post ophthalmias experitur sub cornea extrorsum purulentum tuberculum lentis magnitudine, quod ad nycthymeram persistens denique sponte ruptum & subsi-

ſubſidens folliculo tamen ſuo tenerrimo aliquam albuginem limbo tunicæ corneæ conciliarit. Nunc tertio recrudeſcens hæc ſuppuratio, altius in tunicam hanc proſerpens, pene medium illud interſtitium, quod inter limpum ejus & pupillæ circuitum intercedit, explet; unde albugo quoque hanc portionem tunicæ obſcurare videtur.

XXXV.

Lippitudo oculorum.

Puella 9. annorum phlegmatico-melancholica, jam ab infantia frequentibus catarrhis obnoxia ab aliquot retro annis patitur cum gravedine frequentiore prementes & ardentes dolores circa oculos: unde fere ſemper madore naturali majore afficitur in oculis, rubor interdum conjunctus, nunquam tamen inſignis eſt, niſi ploratu & frictionibus, aut obverſatione in vento, aut admodum ſudo aere illum provocet. Interim eousque jam incommodis pervenit, ut non modo quaſi jugiter nimia hac humiditate oculorum frequenti conglutinatione maxime ſub ſomno afficiatur, ſed etiam lumen ægerrime ferat, in genere vero valde debilior videat.

XXXVI.

XXXVI. XXXVII.

Puella 13. annorum phlegmatico-melancholica, catarrhis frequentius infeſtata, modo coryzam, modo tuſſim moleſtam generantibus incipit in collo anteriore ſub capite aſperæ arteriæ ad clavicularum commiſſuram deorſum ſucceſſivam turgeſcentiam percipere, quæ magis magisque extrorſum protuberans jam notabilem deformitatem affert. Tactu non quidem mollis, ſed neque dura eſt conſiſtentia. In alia magis melancholici habitus ſimilis, durior tamen tumor prorupit, qui deglutitionem ſumme difficilem reddit.

XXXVIII.

Ganglium.

Puella 15. annorum phlegmatico-melancholica, ex & poſt manus contorſionem deprehendit ſupra manum in concurſu tendinum ſenſim aureſcentem nodulum, qui intra 2. 4. menſem lente quidem augetur, ſed in nucis juglandis magnitudinem & duritiem devolvitur. Cum motu tendinum ſimul movetur.

XXXIX.

Uteri prolapſus.

Fœmina phlegmatico-melancholica poſt puerperium male ob paupertatem vel refrigerationem transactum incidit in tumorem genitalium, quo diſcuſſo uteri prolapſum experitur, qui ſæpe ita intenditur, ut repoſitionem recuſet.

XL.

Cancer labiorum.

Vir 48. annorum vitæ agreſtis, phlegmatico-melancholici temperamenti, neſcit an ex ictu araneæ, veſpæ, aut qua externa cauſa tumorem labii inferioris experitur, qui primo parvus ſaltim eſt, ut eum neglectim habeat, ſenſim vero augetur ad fabæ magnitudinem cum dolore aucto. Utitur variis. Totum vero labium tumore duro inflatur. Senſim rumpit & nil niſi ichor ſubcruentus effluit. Durities, tumor, ardor, dolor, permanet. Serpit malum & depaſcit portionem labii.

XLI.

Adoleſcens 16. annorum ſanguineo-phlegmaticus, cum a pueritia frequentibus

bus tabidis scabiositatibus laborasset, quæ subinde repullulando, plurimum incommodi & turpitudinis attulerunt, frustraneis medicamentis, chirurgico derivatorio præsidio instruendus est.

XLII.

Empyema.

Juvenis 26. annorum, cholerico-melancholicus, valde plethoricus, cum æstuante ab exercitiis corpore in nixas implicatus, lapide ad pectus alliso, graviter contusus esset, indeque mox pleuritiam inflammationem incurrisset, die septimo repentinam doloris lancinantis remissionem; febris vero, languoris, tussis, respirandi angustiæ, potius increbescentiam percipit, præcipue vero in oppositum latus si decumbat, suffocativam veluti pectoris angustiam & respirationis interceptionem percipit.

XLIII.

Oedemata pedum.

Fœmina 23. annorum, sanguinea, cum mensibus debito successu destitueretur, varia pellentia frustra experta, imo in pleniorem suppressionem inde devoluta, in-

cepit non modo tumore pedum & femorum, ſed ipſius abdominis aſcitico corripi. Adhibitis variis remediis, ſine ullo effectu augmentum enorme abdominis, jam æger ſperat levamen a Chirurgia.

XLIV.

Dislocatio humeri.

Vir 30. annorum, ſanguineo-cholericus, ex everſo curru graviter prolapſus, axillam vehementiſſime ad ſolum durius allidens excuſſionem ejus ita paſſus eſt, ut caput humeri ſeu axilla ipſa plurimum antrorſum & introrſum verſus pectus promineat. Cum vero veſpera ſera hoc obtigiſſet, & in pago procul ab urbe pernoctandum esſet, coortus eſt ingens tumor circa locum læſum. Altero mane demum in urbem veniens chirurgicam opem expectat.

XLV.

Fractura oſſis humeri.

Puella 12. annorum, ſanguinea, caſu de menſa graviſſime dextro latere alliſa, ſenſum in medio oſſis humeri, quaſi cultri penetrantis, ſub ipſo alliſu percipit, & mox brachium ſinu exquiſito dolore iſtius regionis nullatenus movere valet: denudatum

tum brachium curvitatem aliquam in hac regione præ ſe fert, & apprehenſum in hoc ſui medietate vacillat, imo ſi paulo fortius & importunius agitatur, edit ſonum quendam frendentem cum exquiſitiſſimo dolore.

XLVI.

Depreſſio cranii in fronte.

Puer 9. annorum, cum inter viros conis ludentes temere concurſaret, jactui globi obviam factus, ab eodem in oſſe frontis, & bregmatis ſupra muſculi temporalis ſedem ita graviter percuſſus eſt, ut ampla depreſſio cranii non tamen valde profunda, ſed leviter tantum diſcernenda occurreret. Concidit tamen quaſi attonitus, ut vix dimidio horæ quadrante ad ſe rediret, poſtea vero aliquantiſper ſemiſtupidus permanſit; reverſus tamen ad ſe, præcipue intumeſcentiam circa frontem & oculum exteriorem ejus lateris jam exhibet; accidit vero hoc ante horam.

XLVII.

Globuli exploſio in tendinem deltoidis.

Vir 40. annorum læditur ab alio exploſione

one minimi sclopeti circa tendinem deltoidis, ubi cum satis lacertosus esset, globulus ipse insinuatus delitescebat, ut extractionem operosiorem expectaret. Hac vero deficiente, consolidato potius vulnere per aliquot annos gestatus, sensim deorsum provolutus, nunc ad 3. digitorum latitudinem supra exterius latus cubiti duro, neque ita magno tumore se offert.

XLVIII.

Epiplocele.

Infans 4. mensium habitus corporis turgidi & laxi mala diæta nutricis in tormina gravia & virosas dejectiones acres podicem excoriantes, & inflammantes delapsus gravissimo vagitu & clamoribus incurrit scroti sinistri lateris spongiosam distensionem, ita ut ad ovi anatis capacitatem jam accedat; laborat jam hoc malo per 6. septimanas.

XLIX.

Hernia scrotalis.

Puer 8. annorum, sanguineo-phlegmaticus, cum per petulantia alium crassum & ponderosum tollere & præ se portare vellet, uno vel altero die post in dextri lateris

ris portione ſcroti protuberantiam aliquam nucis juglandis mediocris magnitudine percipit, qui tactu facile cedit, ſed & mox iterum prodit horis aliquot poſt paſtum, quando quietus manet, occultatur, quod idem etiam fere per totam noctem facit, dum in lecto cubat, redit vero quando erecto corpore per diem incedit.

L.

Scirrhus teſticuli.

Juvenis 20. annorum, ſanguineo-cholericus, Veneris abuſu non parum litans, cum alioquin inflammationem teſticuli inſignem incurriſſet, quæ a tonſore refrigerantibus raninis ſaturninis copioſis tractata fuit, unde magis ſcirrhoſa plurimum tamen turgida teſticuli conſtitutio remanſit, cepit inde de anno in annum majus ejus incrementum perſentiſcere, donec jam 25. annorum ætatis non parum ab ovi anſerini magnitudine abſit. Non dolet, niſi fortius rita, laxa eſt.

LI.

Tumor ſcroti.

Vir 45. annorum, phlegmatico-cholericus, cum doloribus lumbaribus emplaſtr. Dyg-

Dygbeanum apponeret, & ex lavamine per plures dies gestaret, inflatur inde non tam scrotum quam vasa, ubi in ipso introitu scroti testiculo insinuantur, & hoc quidem in illo latere, quo dolenti lumbo emplastr. opposuerant, nempe sinistro. Tumor est mollis & ad tactum inæqualis & anfractuosus.

LII.

Hernia inguinalis.

Fœmina 46. annorum, sanguineo-phlegmatica, brevis crassæ staturæ ex lapsu prono, & forti allisione sinistri epigastrii ad limen conclavis, patitur aliquot dies post tumorem durum in sinistro inguine. Neglectus sumit incrementum, licet tardum, donec tandem ad magnitudinem ovi gallinacei perveniat. Est interdum flaccidior mollis, interdum durior, interdum penitius delitescit.

LIII.

LIII.

Scirrheſcentia glandularum inguinalium.

Juvenis 24. annorum, ſanguineo-phlegmaticus, inflammationem virgæ & dextri teſticuli paſſus chirurgum accedit, qui ipſum quidem per repellentia tumorem inflammatorium minuit. Succedit vero glandularum inguinalium dextri lateris dura intumeſcentia usque dum ovi gallinacei magnitudinem æquet. concurrit dolor & ardor languide lancinans.



HISTO-

HISTORIÆ MEDICÆ

PARS IV.

exhibens

Specimina Individualia

utriusque Sexus

Cognationis ſeu Dependentiæ

Morborum

ex

PETRI FORESTI

OPERIBUS MEDICIS

collecta & illuſtrata.



D. S. P.

Specimen I.
PETRI FORESTI,

I. Ratione temperamenti cholerico-ſanguinei eſt

1) major ſenſibilitas,
2) motus anomali,
3) contagium facile.

Vitæ curriculum medice conſideratum, ac in hoc perpeſſos morbos æqua mentis lance perpendens, hoc conjicere licet, eum de temperamento *cholerico-ſanguineo* multum participaſſe, quoniam ſatis macilentus & bilioſus raræque texturæ erat, ex quo prona conſequentia, teſte indubia experientia medica, fluit, quod ab ineunte ætate primario *ſenſibilioris* conſtitutionis, & hæreditaria ex diſpoſitione ad molimina hæmorrhoidalia, exinde vero ad varias ſanguinis & *humorum anomalias*, translationes moliminaque heteroclyta proclivis fuerit; Secundario vero

ro vi temperaturæ præ aliis facilius ad *contagium* & morbos graſſantes recipiendos aptior natus & factus fuerit.

Quando nempe *muneris* demandati ergo ſubinde defatigatus tam corpore, quam mente, *curis* & *vigiliis*, inde vero inducta ſuppreſſione tranſpirationis inſenſibilis, & ex hac genita humorum *dyſcraſia* & accremento.

Huic factum, ut a primis ætatis annis ex levi quandoque cauſa ſive interna ſive externa variis ætatibus congruis & incongruis, morbis fuerit capax, uti fuerunt: ſtranguria, vermes, dyſuria, incubus, mentis perturbatio ab odoribus ſuavibus & graveolentibus, ſyncope, odontalgiæ, catarrhi, rheumatiſmi, febres ephemeræ & catarrhales, malignæ contagioſæ, benignæ, & intermittentes, cephalalgiæ, ventriculi incommoda, nephritis, colica &c.

II. Ratione ætatis:

a) puerilis,

1) vermes.

In pueritia itaque affectu huic ætati maxime congruo ſubjectus, ſubinde *vermes* & quidem per nares rejecit, quæ excretio plane ſingularis & raro occurrit; a qua excretione pulvere contra vermes

 omni-

omnino liberatus fuit. vid. obſ. 28. lib. 21. pag. 351.

b) junioris,

1) ſtranguria.

Deinde in *juniore* adhuc ætate, ob ſenſibiliorem naturam ad ſpaſticas contractiones pronam ſæpius *ſtranguria* ex cereviſiæ potu recentioris ipſi contingere ſolebat. Et hoc præpr. quum ex Italia & Gallia ſtudiorum gratia aliquamdiu commorans, ibidem longo tempore conſuetus eſſet, vino uti in patriam reverſus eſſet. vid. obſ. XI. lib. 25. p. 506.

In eadem hac obſervatione plures *cauſæ* tam internæ quam externæ annotantur: & quidem *externæ*, uti nimia calida & diuretica, lithontriptica, aromata, aquæ frigidæ potus, aut ſeſſio in eadem, & ſimilia frigida. *Internæ*, inflammatio inteſtini recti, uteri, renum vitia, exulceratio, teſtibus Hippocr. aph. 58. ſect. 5. & Galen. comment. in h. aph. Conſtrictio meatus urinarii teſte Rondelet. & ulcus in pene; Veſicæ imbecillitas ſ. atonia. Frigus externum admiſſum, victus, temperamentorum vel ætatis ratio; Veſicæ inflammatio, eryſipelas, aut abſceſſus, ulcus.

Curatio præſertim in hoc ſubjecto erat poſt recens ebibitam cereviſiam & ſtranguriam inferentem vini uſus aliâs conſuetus

tus proficuus. Vel in hujus penuria nux moſchata contrita in cereviſiam conjecta. Aliâs & conferunt ex hac cauſa temperantia. Decocta calida, diluentia, demulcentia.

2) iſchuria.

Iſchuriam diverſimode incurrit, & præprimis, ubi ex Alcmaria Leydam verſus in curru, cum retinuiſſet diu lotium, atque non auderet reddere in curru, tandem deſcendens, non potuit mingere. vid. obſ. 14. l. 25. p. 523.

Hæc ſuppreſſio facile evenire debuit, ex nimia urinæ copia, hinc facta diſtenſione, ſic inducentibus veſicæ tunicis nimiam & p. n. expanſionem, ac a tono naturali dejectionem. His ſic ſtantibus, haud inconvenienter adhibuit compreſſionem veſicæ cum manibus calefactis, quo ſubvenit tono naturali aliquomodo relaxato.

3) incubus.

Sic etiam adhuc in pueritia ſic dicto *incubo*, in ſomno ſæpius territus ſine dubio ex abundantia & ſpiſſitudine ſanguinis, inde difficiliori per minima vaſa & præſertim pectoris viſcera tranſitu & ventriculi forte facta aggravatione nimia, atque ex hac genitis flatulentiis, diaphragmatis motum remorantibus laborabat. obſ. 51. lib. 10. pag. 379.

Namque videbatur illi, quod pectus ejus a cane nigro oppreſſum fuerit, ut anhelitum trahere non potuerit.

Putat ergo, quod hoc malum maxime pueris ſit familiare, utpote voracibus; uti & lactantibus ſæpius contingere, vid. Hippocr. ſect. 3. aph. 24. & apud Avicenn. can. 1. fen. 3. doct. 1. cap. 3. ab ingluvie lactis, ac eos plane ſuffocare.

Guainerius falſo adſtruit, vetulas incantatrices in feles aut equas mutatas, hæc vitia inferre.

Interim non in tantillis tantum, ſed in ætate quoque perfectis terribiles fieri per ſomnos imaginationes aſſerit, quando nempe multi & ſimul vitioſi humores gravant, & ventriculus colluvie pravorum humorum ſcatet.

Frigus externum cum retecto capite dormiunt, cauſa etiam eſſe poteſt, ſc. ex tranſpiratione ſuppreſſa & inde facto inæquali humorum motu.

Curatio in infantibus inſtituitur per ſubtractionem lactis, & ut non ſtatim infarcto cibo obdormiant.

In adultis ſobria vita & cœna frugalis conducit, victus ratio attenuatoria, laxantia, vitando omnia, quæ flatulentias cauſantur.

In

In plethoricis primario V. S. præmittenda eſt, ſubjunctis nitroſis, tonicis, diſcutientibus alexipharmacis blandis.

Tantæ quoque capitis erat ſenſibilitatis ex ſanguinis floridioris ſtatu, & quadam idioſyncraſia quaſi innata, ut neque moſchum aut quævis alia odorifera vel deterrimos odores ſine *capitis* obnubilatione & *dolore* perferre poſſet. obſ. 39. l. 9. p. 295. in ſchol.

4) cephalalgiæ.

Ubi etiam ſubinde *cephalalgia* præſertim poſt cibum ſumptum ex retardato ſanguinis circulo & congeſtione circa ventriculum, adfligebatur. vid. obſ. 46. lib. 9. p. 299. in ſchol.

5) odontalgiæ.

Sic ex ſenſibilitate & heteroclyto ſanguinis motu ad ſuperiora & caput ſæpius *dentium doloribus* atque inde demum factis horum eroſionibus ſtatim in juventute ætatis 16. ex corrupto dente molari moleſtabatur. obſ. 4. l. 14. p. 105.

Quem quidem Chirurgus extrahere annitebatur, ſed irrito opere, interim per 5. vel 6. annos dolor omnino evanuit; donec in Italia commoraretur, ibi dolor iterum rediit, densque corroſus tandem ex-

tractus fuit. Abhinc ad senectutem ætatis 63. immunis a doloribus dentium mansit; jam vero alius dens, uti corruptio communiter ad alios dentes facile procedit, itidem corruptus dolorem non solum inferebat, sed & sui remotionem haud injustam postulabat.

Satis aliâs firmos & compactos habebat dentes.

Raris v. dentibus genitos brevioris esse vitæ indicium tradit Aristoteles; contra longioris, qui dentes bonos, validos & compactos habent.

6) catarrhi.

Sic ex translationibus humorum aliquo modo adsuetis ad superiora, eminus sine dubio narium hæmorrhagias subinde respicientibus, *catarrhis* sæpius ex seri secessione a sanguine obnoxius fuit; quibus existentibus sæpius uvulæ s. columellæ elongatione cum inflammatione simul affligebatur. vid. obs. 4. l. 15. p. 139.

Uti illi quoque post longum morbum *ptyalismus* haud dubie *criticus* accidit, in quo itidem uva valde elongata observabatur. Zwinger. in diss. pag. 465. habet ptyalismum criticum.

Quæ elongatio levissima ex causa illi frequens erat, uti etiam ejus fratri Johanni Foresto, ergo ex hæreditate; sic etiam in

in æstate, si avidius cerasa comederit, ubi simul gutturis inflammatio tum tonsillarum accedebat. Quod Matth. de gradibus confirmat: quod cerasa multa commessa a proprietate anginam inducant: quod forte ob aciditatem & relaxantem vim evenire potest.

Curatio instituitur externis adstringentibus columellæ illinitis s. adspersis, vel ubi multæ serositates adhuc adfluunt, pilulæ laxantes conducunt, vel incidentibus & colliquantibus res expediatur. Quando hæc non sufficiunt, & columella nimis elongata fuerit, excisio interim provida adhibenda est, bene observatis iis, quæ Hippocr. lib. 3. Prog. & Galen. 14. meth. med. præcipiunt.

7) febris acuta anginosa.

Anno 1544. ætatis suæ 22. mens. Octobr. cum Romæ esset, atque ejus præceptor Valerius Cordus febre hemitritæa pestilenti in ulnis ejus moreretur, & ex hac causa vigilando aliquas noctes insumsisset, ex contagio, transpiratione suppressa, tanquam vero nido contagii, vigiliisque, in idem fere malum (quamvis *febrem* minus *malignam*) incidit, cui *angina* supervenit, quæ vero septimo die per crisin, sudore quodammodo diffluente, soluta. obs. 13. l. 2. chir. p. 65.

Omni interim materia morbifica per hunc ſudorem critice obortum haudæque eliminata, natura cum bona intentione excretionem *puſtularem pruriginoſam rubrem* ad formam fabarum per medium ſciſſarum in fronte inſtituit.

Hinc factum, ut ſtatim melius haberi cæperit, tam febre quam capitis doloribus evaneſcentibus, qui antea continuo adfuerant.

Curationem quod attinet, ille cum Gisbert. Horſtio ſimul præſente, optime inter ſe concluſerunt, ut intactas has critice excitatas puſtulas ſinerent, ne retropellerentur, juxta Hippocr. Sect. 1. aph. 20.

Tandem has puſtulas propria ſaliva idque jejune magis per diem ſæpius perfricavit, ſec. Avicennæ conſilium, qui vero ſimul addit camphoram.

Cum vero anno 1554. menſ. Septembr. & Octobr. ætatis 32. tempus ventoſum, nebuloſum & flatuoſum cum frigiditate quadam eſſet; uti hoc tempore ſenſibilis alteratio in macrocoſmo utplurimum accidit, ubi per æſtatem multus calor, jam vero circa æquinoctium autumnale multum alteratur, frigidiore tempore adveniente; ita in microcoſmo per æſtatem tranſpiratio multo liberior eſt, & certo eſſe debet, corpus hinc ab impuris ſuccis & ſuperfluis liberatur, in autumno tanquam

quam tempore frigidiore vero tranſpiratio reprimitur, retardatur. Hinc ergo oboriri debent variæ adflictiones, quæ aliâs ex tranſpiratione retardata repullulare ſolent.

8) Cephalæa.

Exinde hoc tempore multi in *capitis dolores acerbiores* & *aurium tinnitum*; ſicuti & ipſe noſter Foreſtus ſimul *cephalæam* expertus eſt. obſ. 26. l. 9. p. 281.

Ex juvantibus interim indicatio ſumitur, quod tranſpiratio fuerit reſtricta; hinc decocto diaphoretico uſus eſt cum levamine, cui poſtea ſubſtituit ad recrementa primarum viarum expurganda pilulæ laxantes, & externe fomenta calida.

9) Malum hypochondriacum.

Sequente menſe Novembr. hoc eodem anno *flatulentia* & *dolore ventriculi* ac *hypochondriorum*, non aliter ut in melancholia hypochondriaca fieri ſolet, laborabat, quum multa ſcripſiſſet, ſedendo ac ſtomacho incumbendo, ex flatibus & cruditatibus, retentis & genitis, aperientia, diſcutientia carminativa curam abſolvebant. obſ. 18. l. 10. p. 339. in Schol.

10) Febris tertiana.

Aſt anno ſequente 1555. menſ. Jun. ætatis

tis 33. in *febrem tertianam veram* cum rigore acri pungente, pulſu fere æquali, ſiti, calore ingente, ac aliquali delirio incidit; tanto magis ex reliquiis mali hypochondriaci præc. anni, & nunc tanto promtius excitata a tempore valde calido, & quod impenſe circa ægros curandos ipſe laboraſſet, vigiliis, curis & ſollicitudine plus æquo occupatus, in humores majorem lentorem induxit, præſertim cum de temperamento bilioſo participaret.

Talia enim corpora ad hanc febrem præ aliis inclinare, ex hoc fundamento, videntur, quemadmodum & illa, quæ ſiccis regionibus & calidis inhabitant, ſolisque fervoribus, cibis potionibusque calidis ſubjecta ſunt. obſ. 2. l. 3. p. 65.

In *cura* adhibebantur julepi temperantes, potus tenuis tempore intermiſſionis, ptiſana ex hordeo mund. & liquiritia parata tempore paroxyſmi. V. S. ex baſilica dextri brachii, quæ profuit, febrem quidem jam delinivit.

11) Cardialgia.

Anno 1556. menſ. Jun. ætatis 34. *flatulen ia cardialgica* cum torminibus ventriculi laborabat, quæ paſſio eo facilius contingere potuit & debuit, quoniam præc. anno & eodem menſe febre intermittente adflictus

adflictus fuerat, ubi jam consueto aliâs more, vergente annuo tempore natura motus febriles spasmodicos reassumere, & hoc eo magis, quum tunc temporis V. S. in brachio instituta, jam tanto evidentius sanguinis motus & hujus depletionem ex congestione circa ventriculum & vicinas partes intendebat & efflagitabat; ex quibus ergo facile reliquiæ cruditatum, ventriculi debilitas hypochondriorumque inflatio oboriri debuit, quæ ansam quam maximam præbuerunt. obs. 40. l. 18. p. 187.

Hic affectus interim minime contemnendus est: namque inflatio ventriculi, ubi ex febrilis materiæ reliquiis pravis diu perseveraverit, metum hydropis præcipue siccæ infert. Etsi omnino multiplicetur ventriculi inflatio, in convalescentibus, recidivam significat. Namque qui a morbis immodice se satiant, flatuosi ac toto corporis habitu turgidi redduntur, ut 3. de caus. sympt. Galenus docet.

Cura in his consistit, quo materia peccans digestivis præparetur, & resolventibus, deinde aptis remediis evacuetur, ac tandem motus leniantur, tonusque ventriculi labefactatus roboretur.

12) Febris Epid. maligna.

Anno 1557. mens. Octobr. ætatis 35. præcedente

cedente & exiſtente aere corrupto, & nebulis per aliquot dies prægreſſis, maleque olentibus, *febre catarrhali maligna* cum colli dolore & inflammatione noctu potisſimum, uti catarrhales ſolent, afficiebatur, cum præcordiorum anxietate, appetitu dejecto, febre, quandoque tuſſi valida; epidemice enim ſimul graſſabatur, ac multi eæ ſuccumbebant.

Hic morbus enim tanquam flatu quodam, & quidem circa æquinoctium autumnale, uti moris eſt, oboriebatur, & pauci evadebant, ſi febris continua malignior eos deprehendiſſet, vixque nonum diem attingebant, ſi vero 14. diem ſuperabant, utplurimum evadebant. Prægnantes ex ea vel abortum patiebantur, vel ſubito interibant, raro ſuperabant.

Quibus gutturis dolor ſuperveniebant, ſi non bene tractarentur, aut neglectim haberentur, ut plurimum moriebantur.

Hæc febris epidemica apud multos atque ſalutariter ſubinde tranſitat in duplices tertianas & ſimplices intermittentes maxime tamen nothas, & minus exquiſitas.

Hyeme v. appropinquante febres erraticæ in quibusdam ſupervenerunt.

Hoc tamen commune erat, quod illis, qui evadebant ab hoc malo, contumax ventriculi imbecillitas poſt febrem tunc temporis diffuſis refrigerantibus curatam, rema-

remanebat, cum hujusmodi accidentibus, quæ in melancholia hypochondriaca apparere solent. Diu itaque valetudinarii permanebant, antequam vires recuperarent.

Nostri Foresti subsequens morbus erat febris sed intermittens, tertio die magis adfligens. Quibus varia opposuit, donec tandem curatus fuit. obs. 1. l. 6. p. 150.

c) Virilis & senescentis ætatis.

1) Hæmorrhoides.

2) Nephritis.

Anno 1562. mens. Jul. ætatis 40. cum ab ineunte ætate catarrhis, cephalalgiis, ac odontalgiis varie afflictus fuisset, humoresque pro ætatis juvenilis constitutione semper superiora peterent; in ætate jam consistentiore natura suis motibus congestoriis & eluctatoriis, more consueto, transitum faciebat ad partes corporis magis inferiores, quo superfluum humorum ibidem sine dubio per *hæmorrhoides externas*, ex paterna ingenita sibi dispositione, vid. obs. 3. l. 23. p. 425. e corpore eliminaret, huic effectu suo excretorio & congestorio frustrata, *nephritidem* excitabat, vid. obs. 23. l. 5. p. 146. & obs. 10. l. 1. p. 11. in schol. quæ quidem per enema injectum

non

non nihil ſedabatur. Namque conſenſus hæmorrhoidum cum nephritide jam ab Hippocr. proponitur ſect. VI. aph. 11. de judicat. §. 10. Stahl. in diſſert. de mot. ſang. hæmorrhoid. Albert. Tractat. de Hæmorrhoid.

Sed redeunte dolore nephritico perperam V. S. in brachio inſtituitur, per quam motus naturæ non modo ad inferiora tendentes plane perturbantur, & retrogradi fiunt, & ſuperiora, febre nephritica perfecte perturbata, petunt; ſed & hac ratione & perturbatione febrilis motus magis accenditur.

3) Regurgitatio ad ſuperiora, c. lenta febr.

Natura ab inferioribus ſuis moliminibus excretoriis avocata *conſuetas* aliâs *vias* repetit quidem occupando caput, & inducendo dolores & catarrhales ſeceſſiones cum uſitata columellæ laxatione, huic *febris lenta* pleno gradu incedebat.

Cum methodo porro ſatis aliena tractatus hic affectus durabat per menſes quatuor, donec ſanitas plenaria reſtitui potuerit.

4) Ephemera.

Inſequente anno 1563. menſ. Octobr. ætatis 41. tempore frigido, horrido & ventoſo

toſo in itinere ex intempeſtivo frigore poros cutis condenſante, ſicque tranſpirationem intercludente, incidit in *febrem diariam* ſive evidente horrore & rigore, ſed frigore quaſi muſculos & cutim invadente & conſtringente. vid. obſ. 8. lib. 1. pag. 8.

Cumque ſtatim ſe ante fornacem collocaſſet, ac probe calefactus eſſet, madore quodammodo per cutim erumpente poſt aliquot horas remiſit febris, in lecto poſtea ſudor ulterius promanare incepit, ac madore quodam per totam noctem cum inſigni levamine perfuſus fuit.

5) Synocha.

Alio tempore febre *ſynocha* laborabat, ex itinere æſtuoſo & calore ingenti, in urbe Roterodamenſi paucis ante diebus conflagrata: ubi propter nimium jam calorem ſimplex diaria transmutata fuit in febrem plurium dierum. obſ. 10. l. 1. p. 11. in ſchol. Similem caſ. in mul. gracili ex nimio æſtu habet Amat. Luſ. cent. 3. cur. 27.

6) Colica.

Anno 1566. menſ. Mart. ætatis 44. ex frigore pedum in graviſſimum & pene intolerabilem *colicum dolorem* incidit; adeo, ut ex eo fere in animi deliquium incurrerit,

& hoc ex ſpaſmodica partium inferiorum contractione. Ab hoc malo dein immunis manſit ad annum 1594. obſ. 10. lib. 21. pag. 324. in ſchol.

7) Rheumatiſmus.

Eodem anno ex conſtitutione auſtrina, ubi quamplurimi ægrotabant *rheumatiſmis* in humeris, idem noſter Autor ſimul hoc malo adflictus fuit, quod in navicula e Schiedama Brielas ad ægram proficiſcens, contraxerat. obſ. 28. l. 29. p. 832.

Cum hoc malo per totam hyemem colluctabatur, ingruente ſimul aliâs conſueta catarrhali defluxione; interim melius feciſſet, quando in cura propter tranſpirationem ſuppreſſam diapnoica adhibuiſſet, externeque ſacculos ex diſcutientibus, calidos conjunxiſſet, non ſtatim pinguedines varias in uſum vocaſſet.

8) Peſtis.

Anno 1567. menſ. April. ex contagio *febre peſtilentiali* cum ingenti dolore in inguine correptus eſt, ſyr. de limon. c. aqua ſcab. acetoſ. & aceto, bol. armen. c. ſuo pulv. antipeſtilent. ſtatim accepit. Veſtibus in lecto bene coopertus adeo ſudavit, ut madore fere difflueret; ſic dolor in inguine evanuit, & curatus fuit, quanquam poſt

unum

unum & alterum diem *febre lenta* correptus fuerit, ex nimio diffuſo ſudore laticem humorum depauperante, quæ ad 6. deinde ſeptimanas fere adhæſit. vid. obſ. 12. l. 1. chir. p. 34.

9) Pleuritis notha.

Anno 1575. menſ. Decembr. ætatis 53. in itinere oborta magna tempeſtate, ventis agitatus ac aqua madefactus, & ſic per totam noctem in ſcapha manere coactus fuit; unde domum rediens ſtatim incidit quaſi in *pleuritidem notham* cum tanto ſiniſtri lateris dolore ex tranſpiratione ſufflaminata, ut vix in lecto ſe continere potuerit. Epota interim cereviſia, in qua decocti erant flores chamomill., etiam linteis calidis ſub axillis & loco dolenti poſitis, ſudorem provocabat, ſimul latus dolens inungendo oleo aneth. & chamæmel. ſudore emanante, & ſic omnis dolor evanuit, altero die accepit purgans.

10) Febris continua.

11) Stranguria.

Aſt paulo poſt anno 1576. menſ. Januar. ætatis 54. in *febrem* incidit *continuam* per tres dies & noctes perdurantem; jam iterum ſumſit laxans, poſt quod febris quidem aliquomodo quievit, ſed *ſtranguria*

levis ſtatim hoc malum excepit. Et ſine dubio hoc laxante motus naturæ perturbati metaſtaſin fecit materiæ amovendæ ad veſicam, (ſic hi motus ad molimina hæmorrhoidalia magis referri debent) atque inde cauſa hujus mali magis ſpaſmus veſicæ, quam jam cereviſia epota.

12) Dyſuria.

Poſt 7. dies magis increvit, adeo, ut in dies augeretur, cum tanta moleſtia atque dolore, ut ægre niſi guttatim lotium emitteret; huic decoct. demulcens ſibi paravit; ſed malo magis incrementum ſumente die 20 Januar. tempore admodum frigido ad ægrotum evocatus, ita malum exaſperavit, (frigus enim nervis inimicum ſec. Hippocr. ſicque hanc ſpaſmod. contractionem magis adauxit) ut etiam *dyſuria* ſupervenerit.

Die 23 Jan. rurſus ſumſit purgans, poſt quod urina adhuc difficilior exibat cum ardore & teneſmo ani, ubi conamina hæmorrhoidalia vix excludi poſſunt, quoniam a patre hæmorrhoidario, ut ſupra dictum, genitus hæreditatem conſecutus erat.

Quibus haud ſecure ſubjunxit pellentia diuretica, quibus malum deterius factum eſt; tandem externe fomentum, & interne ptiſanam lenientem & demulcentem cum

leva-

levamine adhibuit, quibus deinde decoct. malv. cum ſyrup. violar. ſubjunxit. obſ. 4. lib. 25. pag. 508. 509. & 510.

SPECIMEN II.

JORDANUS FORESTUS, PETRI FORESTI Pater.

I. Ratione ætatis junioris, Verrucæ.

Robuſtioris conſtitutionis & proceræ ſtaturæ, inde ab ineunte ætate utplurimum ſanus, minusque morbis obnoxius fuit; niſi quod in juventutis annis manus *verrucis* repletas haberet. vid. obſ. 10. l. 4. chir. p. 135.

Quæ in ſanguineo-cholericis, moliminibus hæmorrhagicis ſubjectis, ſed quodammodo turbatis, uti Salmuth. cent. 2. obſ. 27. habet verrucas ex menſibus retentis, facilius exſuſcitantur, ubi natura præſ. in facie vel manibus talem verrucoſam excretionem intendit, ad ſanguinis abundantiam moleſtam avertendam.

Curatus fuit ſale & aceto omni die verrucas confricato.

II. Ratione ætatis consistentioris,

1) Molimen hæmorrhoidale.

2) Hæmorrhoid. tumentes.

Sed alio tempore sc. in ista ætate, ubi *molimina hæmorrhoidalia* præsto sunt & congere solent, ex his *dolorem* & *tumorem* circa anum habuit, qui metum *abscessus* inferebat, qui vero jam curatus fuit.

III. Ratione ætatis senilis,

1) Hæmorrhoidum fluxus.

Ætatis interim suæ 50. demum incurrit *hæmorrhoidum fluxum* actualem & salutarem, quem postea subinde cum euphoria expertus est. obs. 3. l. 23. p. 425.

2) Febris quartana.

Postea ætatis 58. in autumno *febre quartana* adfligebatur procul dubio ex aliquali hæmorrhoidum turbis, uti similem casum habent Ephem. N. C. Dec. I. O. 3. obs. 331. sicque cognationem cum his habebat. Cum vehementi rigore corpus concutiente, dentibus stridentibus, ita, ut ossa quasi tundi atque obteri profundo pondere viderentur. Decedente rigore calor succedebat, frigoris quodam sensu circa intima ossa. Pul-

sus

ſus erat in acceſſione languidus & tardus, inæqualis.

Quando Hippocrates dicit in lib. de Hebdom. eundem hominem bis quartana non affici, falſum comperit Sennert. de febr. LXX. interim Sydenham. obſervatio non prætermittenda videtur, quod cujuscunque demum ætatis & temperamenti fuerit, qui quartana corripitur, ſi quolibet alio vitæ tempore, eadem ſemel laboraverit, non diu eum ſecunda vice fatigaturum morbum, ſed poſt paucos aliquot paroxyſmos ſponte ſua ſolutum iri.

Curabatur poſt ſecundum paroxyſmum cum V.S. in brachio (melius in pede) & decocto aperiente, reſolvente laxativo bis in die adhibito, tandem die quietis ſumſit purgationem, & ſic poſt 5. paroxyſmum a febre liberatus fuit. obſ. 31. l. 2. p. 91.

3) Tabes ſ. phthiſis.

4) Mors.

Anno ætatis 65. demum & ultimo in *tabem* ſ. *phthiſin* ex hæmorrhoidum ataxia incidit, vid. Hippocr. ſect. 6. aph. 12. Raym. Fort. Tom. I. cent. II. obſ. 6. & licet toto morbi decurſu nihil cruoris exſpueret, circa finem guttur quaſi inflatum erat, ex congeſtione & regurgitatione ſanguinis, hoc tumore deliteſcente in alvi profluvium

ex motu humorum retrogrado, & ad inferiora facto delabitur, hic Autor deveniebat quidem ad adſtringentia, ſed quoniam in tabe conſumata hic fluxus ſit lethalis, paulo poſt *mortuus* eſt hic ægrotus. obſ. 58. lib. 16. pag. 94. in ſchol. obſ. 16. lib. 15. pag. 151. in ſchol.

Specimen III.

THEODORUS FORESTUS.

Ratione temperamenti ſanguineo-melancholici.

Sanguineo-melancholicus varios ſuſtinuit morbos catarrhales, hypochondriacos, febriles, colicos, hecticos, artuum tremores &c.

Qui affectus tanto magis in hoc ſubjecto vi temperamenti & hæreditariæ diſpoſitionis, quoniam pater ejus hæmorrhoidarius, obſ. 3. l. 23. p. 425. unus ex altero facile exoriri debuerunt, & conſpirare.

1) Colica.
2) Cephalalgia.
3) Sputum cruentum.
4) Malum hypochondriacum.

Ex his pronus admodum erat ad *colicos dolo-*

dolores, namque quotiescunque illi pedes frigebant, ex ſpaſmodica partium inferiorum contractione, quæ hypochondriacis, (inde etiam *cephalalgia* adfligebatur cum *vomitu ſanguineo*, obſ. 46. l. 9. p. 299.) *cui* etiam ſubjectus *malo* longo tempore, obſ. 244. lib. 16. p. 37. in ſchol. admodum frequens eſt obſ. 4. l. 21. p. 314. in ſchol.

Inde ex hypochondriaca diſpoſitione & hæmorrhoidum moliminibus ſubinde in colicum dolorem incidebat. obſ. 10. lib. 21. pag. 323.

5) Ventriculi imbecillitas.

6) Flatulentiæ.

His ex cauſis fiebat, ut ventriculi *imbecillitate* ac *flatulentiis* ſubinde torqueretur. obſ. 2. lib. 18. pag. 134. & 136.

7) Febris tertiana.

Dehinc ſuſtinuit *febrem tertianam*, quæ tanto promptius, ex difficili humorum tranſitu per abdominis viſcera, uti in malo hypochondriaco evenit, & inde factis obſtructionibus, ut & accumulatis ſordibus in primis viis, & flatulentiis, exoriri debuit.

8) Catarrhus.

9) Febris lenta.

 10) He-

10) Hectica.

Cum itaque in hoc humorum ſtatu depravato, & moliminibus hæmorrhagicis ad ſuperiora tendentibus ſeceſſio ſeri inſequeretur, exortus eſt paulo poſt *catarrhus*, quem haud longe poſt *febris lenta* excepit in *hecticam* inclinans cum purulento ſputo, tanquam ſigno manifeſtiore, quod tam catarrhalis defluxio, & exinde nata hecticodes diſpoſitio natales & originem debeant humorum & ſanguinis hæmorrhoidalis regurgitationi ad ſuperiora. In cura adhibebantur, quæ ad catarrhum, tuſſim, & ſputum cruentum conveniunt, & ſanus factus eſt. obſ. 5. l. 4. p. 115.

11) Febris Epid. maligna,
transit in
12) tertianam.

Poſt 3. annos menſ. Octobr. *febre epidemica maligna*, qua & Petri Foreſti frater, decumbebat, laborabat, quia vero ex natura & hypochondriaca diſpoſitione longo tempore ventriculum debiliorem habebat, imo hypochondriaci & hæmorrhoidarii ſemper febribus contagioſis gravius decumbunt; itaque plurima pituitoſa per ſputum cum valida tuſſi expectorabat, cum gravi angina, & aliis gravioribus ſymptomatibus. His varia remedia oppoſitis

positis transibat hac febris in *tertianam*, ubi per clysterem simul vermis prolicieba-tur, quod signum magnæ putredinis erat. Hac febre profligata remanebat *hypochondriorum dolor* & *ventriculi debilitas*, ubi roborantia demum implebant curam. obs. 2. lib. 6. pag. 151.

13) Capitis tremor.

In ætate profectiori tandem *capitis tremori* afflictus fuit. obs. 99. l. 10. p. 439.

SPECIMEN IV.

NANNIUS FORESTUS.

I. Ratione ætatis junioris,

1) Vertigo.

2) Syncope.

Sanguineo-melancholicus in juventute adeo sensibilis erat, ut, quando in curru veheretur, ac itinere fatigatus, statim *vertiginem* incurreret, imo plane *syncopem*; repurgato & roborato ventriculo melius se habuit. obs. 49. lib. 10. pag. 377. in schol. obs. 7. l. 7. p. 212. in schol.

3) Cardialgia.

4) Vomitus.

5) Syn-

5) Syncope.

Ex hac caufa, & quod hypochondriacis adfectibus obnoxius erat, quando aliquo vehementi exercitio præfertim in curru uteretur, fatigatus, vel etiam jejunium paulo diutius toleraret, facile in *cardialgiam* cum *vomitu* quandoque *fyncope* incidebat.

Quæ pathemata ad vomitum proclivia, per vomitum etiam fublevabantur.

Differt interim hæc cardialgia a morbo, qui in febribus quibusdam præfto eft, hic enim multo periculofior exiftit; atque a morbo cardiaco a vermibus, qui itidem non caret periculo.

Hinc facile curabatur cum pane ex vino albo imbuto, & cum acidis. Deinde ne recidivet, a motu nimio, mœrore & jejunio diutino abftinere debuit. obf. 4. lib. 18. pag. 137.

6) Febris quotid. interm.

Anno 1557. ætatis fuæ 30. menf. Auguft. in *febrem quotidianam intermittentem* cum diarrhœa, quæ in hac febre familiaris, & morbum citius folvit, incidebat, cum fiti ingenti & viribus magis magisque labefactis.

Curabatur, cum per dies 16. nihil medicaminis adfumfiffet, oxyfacch. & oxymell. decoct.

decoct. detergente & diluente, laxante rhabarb. ſtomachi roboratione in- & externe cum optima victus ratione. obſ. 26. lib. 3. pag. 86.

II. Ratione conſiſtentis ætatis,

1) Tremor manuum.
2) Auditus gravitas.
3) Memoriæ læſio.

Anno 1566. m. Mart. ætatis 39. *tremore manuum* adfligebatur, quod erat circa æquinoctium vernale, ubi humorum motus & congeſtio facile excitatur; quæ congeſtio ſimul inferebat, quod *gravius audiret*, & *memoria* ſimul aliquomodo *læſa* erat.

III. Ratione ſenilis ætatis,

Palpitatio cordis.

Anno 1589. ætatis 62. jam debilis & melancholicus, *palpitationem cordis* incurrit, quæ præſertim ſenſibilioribus & hypochondriacis, cui malo hic vir, etiam ex diſpoſitione paterna hæmorrhoidali ſubjectus erat, familiaris.

Roborantia, analeptica cum cordialibus non ſine levamine adhibebantur. obſ. 3. l. 17. p. 101. in ſchol.

SPECI-

SPECIMEN V.

JOHANNES HEUTERUS.

Cognatio morborum

I. Ratione ætatis junioris,

1) Febris ſynocha.

Sanguineo-melancholici temperamenti in juventute Bononiæ ex *febre ſynocha* decumbebat, huic Medicus Helidæus ſanguinem ex brachio ad libr. 2. detraxit, ſic omnimode a febre liberatus fuit, quoniam hæc febris ex moliminibus hæmorrhagicis ſine dubio exorta, tanto ſecurius venæ ſectionem tolerabat, uti communiter hæc febris plethoram commotam pro fundamento habet.

2) Lichenis.

Poſtea cum crura *licheni* obnoxia haberet, ſingulo anno & quidem menſe Majo libr. 1ß, aliquando plus, minusve ſanguinis extractum fuit, cum euphoria.

Quæ excretio in cruribus eminus reſpiciebat ad plethoram & motum ſanguinis eluctatorium, ſc. hæmorrhoides, uti infra patebit. obſ. 12. l. 1. p. 12. in ſchol.

3) Ter-

3) Tertiana.

Alio tempore itidem Bononiæ agens ex *tertiana exquisita* decumbebat ob pravos humores in primis viis hærentibus, ubi idem Medicus sumsit indicationem curatoriam, & ei dedit ptisanam gelidam in copia, quo multa biliosa evomuit, & liberatus est. obs. 3. l. 5. p. 127.

II. Ratione ætatis virilis,

1) Quartana.

2) Hæmorrhoides cæcæ.

3) Apertæ.

Anno 1557. in autumno, ætatis 31. ex motibus naturæ congestoriis & stagnatoriis circa viscera abdominis ad hæmorrhoidum fluxum satis mature respicientibus, (ideo dicitur ab Autore à sanguine adusto) *quartana* exorta fuit. Per duos Medicos successive frustra curatur, hinc Autor insequenti anno m. Febr. suscipit curationem, sic paulo post æger in *cæcas hæmorrhoides* cum ingenti dolore, ac tandem in *apertas* cum exulceratione, vid. obs. 7. l. 23. p. 431. ubi multa & varia etiam minus quadrantiæ referuntur medicamenta, interim dereliquit febris ægrotum, & fuit vera medicina, uti antea causa, hujus febris. obs. 41. lib. 3. pag. 102.

4) Exco-

4) Excoriatio cruris.

5) Impetigo.

Sicque post quartanam & hæmorrhoides anno 1558. m. Decembr. *crus* usque ad talum *excoriatum*, obs. 10. lib. 1. chir. p. 61. & in facie *impetiginem* habuit. obs. 12. hujus libr. pag. 63.

Hæ excretiones cutaneæ facile oriri potuerunt, cum varia incongrua & reprimentia in exulceratis hæmorrhoidibus applicata fuerant, quæ fluxum talem adeo salutarem magis turbaverant, & inordinatum humorum motum jam ad exteriorem habitum cum utilitate produxerant. Heic post universalia iterum diversa externa reprimentia & exsiccantia applicabantur.

6) Podagra.

Unde aliter fieri vix potuit, hæmorrhoidibus turbatis, quin tandem successu temporis anno nempe 1569. m. Majo ætatis 43. *podagram* in pollice pedis sentiret, sicque ex genuina cognatione cum hæmorrhoidibus externis plane suppressis originem trahebat, vid. Stahlii diss. de mot. sang. hæmorrhoid. pag. 22. & 23. & dissert. de podagra.

Hic iterum post universalia magis externa reprimentia unguinosa sinistre applicabantur. obs. 15. l. 29. p. 805.

7) In-

7) Inflammatio.

Hinc fiebat, ut eodem hoc menſe inſequente hebdomate ſtatim, reprimentibus & palliativis incaute adhibitis preſſo pede inſequeretur in itinere *inflammatio* in crure ſiniſtro a talo usque ad genu cum quadam duritie renitente, febre & urina utcunque tincta.

8) Abſceſſus.

Iterum perperam ſanguis ex vena brachii, uti præcedente ſeptimana eductus fuit, ſubjunctis contemperantibus ſyrupis & laxantibus; externe maturantia, ubi potius reſolventia, diſcutientia e re fuiſſent, adhibebantur, donec in *abſceſſum* tranſiret. Hoc aperto emollientia, mundificantia, & conſolidantia adhibebantur. obſ. 3. l. 1. chir. p. 10. & porro.

III. Ratione ætatis ſenilis,

1) Hydrops.
2) Mors.

Tandem anno 1582. ætatis 56. non tam ex natura præcedentium morborum, quam potius ex variis præcedentibus malis medicationibus ſatis mature in primis ſenilis annis in autumno circa æquinoctium autumnale in *hydropem* incidit, ex turbatis hæmorrhoidibus inde autem factis viſce-

rum abdominis læsionibus, qua per integrum annum, licet variis remediis uteretur, misere colluctabatur, donec insequente anno ætatis 57. in autumno *interiret*.

SPECIMEN VI.

JACOBUS HEUTERUS, Frater JOH. HEUTERI.

I. Ratione constitutionis, Singularis sensibilitas.

Erat magis carnosus & de temperamento sanguineo, uti frater ejus, participans, adeo sensibilis naturæ fuit, quanquam robustus, plethoricus & in otio vivebat, ut & parcam venæ sectionem haud sine animi deliquio sustinere potuerit, etiamsi febre acuto afficeretur, sic ad laxantia, in parca licet dosi adhibita, itidem sensibilis, ob corpus tenerum, erat. obs. 12. l. 1. p. 12. in schol.

II. Ratione hæreditatis & temperamenti,

1) Hæmorrhoidarius.
2) Malum ischiadicum.

Ad hæmorrhoides natura & vi temperamenti inclinans in *malum ischiadicum* incidit,

dit, cum antea equitando ſe exercuiſſet, & ſine uxore viveret, ubi ſtatim Autor in principio ex gibbero ſanguinem detrahere juſſit, ſed ex metu & ſenſibilitate in lipothymiam lapſus eſt, neque ſanguis effluxit ullus.

Verum poſtea cum adhuc fere per 4. menſes, vid. obſ. 21. l. 29. p. 219. dolor in coxa perſeveraret, quandoque aliquomodo mitigatus, ſæpius tamen recurreret, poſt æquinoctium autumnale anno 1563. rurſus Autor in conſilium vocatur; cum jam vero morbus progreſſus eſſet, ac febris inſtaret, iterum venæ ſectio ex malleolo proponebatur, namque teſte Galeno lib. 10. de compoſ. med. ſec. loc. cap. 2. interdum iſchias una die per hanc ex cruribus curatur. Aſt pede ſaltem ligato ſtatim in animi deliquium delabitur, ſic venæ ſectionem omitti debuit.

3) Febris inflammatoria ſolvit malum iſchiadicum.

Febris vero, quæ adhuc latuerat, jam manifeſte apparebat, & erat acuta continua, quæ per menſem durabat.

Hic vero probe notandum, quod hæc febris ſuperveniens malum iſchiadicum omnino ſolverit. Hæc febris valde acuta & periculoſa erat cum capitis dolore &

ardore vehementi, & in fine cum aphthis & gutturis inflammatione. Quoniam itaque natura adeo abhorreret à venæ sectione, insistebat Autor cum alterantibus, decoct. & julepis; ad aphthas cum gargarismatibus; ad anginam cum lenientibus & discutientibus; ad alvi obstructionem cum enematibus & laxantibus.

Ex levissimo interim medicamento propter naturæ sensibilitatem in lipothymiam incurrebat.

4) Hemicrania.

Febre vero cessante *dolor capitis* seu *hemicrania* ad quartam horam post meridiem periodice quotidie redibat adeo vehemens, ut caput in pulvinare cogebatur ponere, qui dolor suam originem habere videbatur ex ischiadico malo ad caput translatus, quo natura motibus suis pertinacibus, ac anomalicis toni alterationibus materiam eliminare intendebat, qui dolor demum feliciter per pilulas laxat. repetitis vicibus levabatur.

5) Dolor sub femore.

Cum vero foras prodiret, *dolor* quidam subortus fuit *sub femore* usque ad suras descendens, qui ab ischiadico dolore partes antea nimis debilitante & per laxantia ad inferiora materiam invitante exortus, lini-

linimento corroborante antiſpaſmodico auferebatur. obſ. 11. l. 7. p. 214. obſ. 17. l. 2. p. 36. in ſchol.

6) Hernia humoroſa.
7) Cardialgia.

Menſe Februario, cum velociori curſu equitaſſet, incidit in *herniam humoroſam* cum teſtium inflatione & duritie, quam adauxit plenitudo a crapula ex vino orta, & Veneri deditus. Adhibebantur emollientia, reſolventia & dolorem ſedantia febricula vero accedebat, cui oppoſuit, cum alvus ſimul obſtructa erat, laxans, ante operationem *cardialgia* adflictus in animi deliquium incidit, propter antea dictam animi ſenſibilitatem.

8) Molimina hæmorrhoidalia.
9) Hæmorrhoidum fluxus.

Hæc ſubſequebatur dolor in hypochondrio ſiniſtro, ventre & liene, ex *moliminibus hæmorrhoidalibus*, quibus ſubinde oppoſuit laxantia, clyſteres & ſuppoſitoria acria, unde factum eſt, ut tandem *hæmorrhoides apertæ* factæ fuerint cum ægrotantis ſenſibili commodo.

10) Cardialgia hæmorrhoidum fluxu ſolvitur.

Sic cardialgia, dolor hypochondrii &

lienis cum testiculorum omnino evanuit tanquam ex fluxu critico & utili & sanus factus est. obs. 12. l. 7. p. 215. obs. 4. l. 23. p. 427. in schol.

Specimen VII.

THEODORUS TEYLINGIUS.

1) Hemicrania quotannis.

Sanguineo-melancholicus quotannis fere in autumno *hemicrania* ex congestione sanguinis eminus narium hæmorrhagiam intendente præcipue circa æquinoctium laborabat. Adhibito laxante & venæ sect. in brachio cum subjuncto decocto resolvente, simulque laxante & pilulis laxantibus cum externis lenientibus, a dolore quidem liberabatur.

Venæ sect. interim majorem utilitatis fructum habuisset, quando in pede fuisset instituta; namque hac ratione motus sanguinis ad superiora fuissent præoccupati. Ad præservationem deinde singulis annis venæ sect. & decoctum resolv. & laxans cum sensibili levamine adhibuit. obs. 20. l. 9. p. 277.

2) Febris erratica.

Anno 1554. ætatis 39. cum in autumno liberalius vinum bibisset, ac laute vixisset, antea

antea v. ad motus inordinatos congeſtiones ſanguinis proclivis eſſet, hac ratione v. nimis commoto atque adaucto ſanguine in *febrem erraticam* ſ. *non typicam* incurrit, cum capitis dolore & tuſſi levi. Cum itaque Auctor quartanæ timeret, ſtatim ſyrup. lenient. & poſtea purgans cum uſu adhibuit. obſ. 45. l. 3. p. 106.

3) Tertiana epidemica.

4) Icterus.

Sed anno 1556. in autumno ætatis 41. febre *tertiana epidemica* decumbebat, ex prægreſſa longa aeris conſtitutione auſtrina nebuloſa. Varia tunc temporis uſualia antifebrilia & venæ ſect. poſt 3. paroxyſmum in brachio adhibebantur, unde ultro ſudor criticus in declinatione ſeptimi paroxyſmi, coctione præcedente, obortus cum ſuperveniente *ictero* eum a febre omnino liberavit.

Hippocrates dicit: quibus in febribus ante ſeptimum diem icterus inciderit, malum. Sed in lib. de morb. vulgar. ſcribit: multos ſervatos, quibus quarto die icterus accidiſſet; quod intelligit de febribus continuis. Autor vero ſic hæc interpretatur: Icterus ante ſeptimum diem fere exitioſus eſt, niſi ſequatur excretio critica, qualis eſt narium hæmorrhagia, alvi profluvium, urina multa, ſudor, vomitus & ſimilia.

Post septimum vero siquidem criticus est, sed salutaris, multo magis in intermittentibus. Hippocrates interim adducit quoque exempla ictericorum in epidemiis cum excretione, tamen mortuorum. obs. 10. lib. 3. p. 73.

5) Scabies.

Alio tempore ex infectione *scabie* afficiebatur. Adhibitis decoctis purificantibus & laxantibus repetitis, venæ sectione in brachio & linimentis, & ad recidivam repetita venæ sectione curabatur. obs. 10. l. 5. chir. p. 155.

6) Hernia intestinalis.

Anno 1565. ætatis 50. in stagno oreis indutus & terram limosam transiens frequenter, pedibus in luto ita hærentibus, ut vix attrahere posset, in *herniam intestinalem* incidit. obs. 21. l. 27. pag. 610.

SPECIMEN VIII.
ANDREAS WILHELMUS DE OOSTHOREN.

1) Cita alvi dejectio s. lienteria.

Temperamenti cholerico-melancholici, procerus admodum & macilentus, biliosæ

liosæ & raræ constitutionis longo tempore lubricum semper ventrem habebat, adeo, ut sæpe *citius alvum* deponeret, cibo nondum concocto exeunte. Et hoc plane contrarium videtur, in iis, qui participant de hoc strictiori temperamento, nisi specialis ventriculi debilitas & bilis dyscrasia subfuerit. Ideo huic injunctus fuit contrarius victus, uti mala cydonia, vel quidpiam adstringentis primo comederet, deinde humida. Quæ enim adstringunt, si in prima mensa sumantur, alvum cohibent, ne cito cibi humidiores descendant. obs. 25. lib. 21. pag. 347.

2) Fluxus cœliacus.

Inde tandem aliter fix fieri potuit, quin frequentius *fluxu cœliaco* detineretur. obs. 26. lib. 22. pag. 394.

Hoc alvi profluvium, quod per multos retro annos sustinuisset, sicque multa biliosa sponte dejecisset, quod sibi quasi naturale erat s. in habitum deductum, tandem per 15. annos citatius factum est, magis magisque incrementum cæpit. Unde tandem aliquomodo emaciatus, admodum sensibilis & cogitabundus, ad melancholiam inclinans, factus est, sicque ad iram, tristitiam, & metum plus justo proclivior.

3) Melancholia.

Anno ætatis ſuæ 60. propter filiæ mortem in triſtitiam & *melancholiam* incidit. obſ. 7. l. 4. p. 118.

4) Febris lenta.

Quam melancholiam ſenſim excepit & excipere debuit *ſumma macies*, & inde veniens *febris lenta.*

5) Hectica.

Hoc malum deinde eo magis adaugebatur, cum aliud infortunium propter amiſſionem bonorum triſtitiam majorem & melancholiam induxiſſet, hinc plane febre *hectica* initiante aggreſſus fuit. Hoc malum per annum ſine medici auxilio ſuſtinuit.

Tandem hectica magis, uti aliter fieri haud potuit, invaleſcens anno 1555. menſ. Jul. in conſilium admiſit noſtrum Autorem.

Multis itaque & variis præſertim diæteticis in auxilium adhibitis, victu commodo, nempe humectante & refrigerante ac reaſſumente ſ. nutriente. Poſt menſem & alius Medicus ſimul in conſilium adhibitus fuit, qui itidem, uti antea, lac ovillum jam caprillum & emulſiones hordeatas & amygdalatas ordinabat.

6) Diar-

6) Diarrhœa colliquativa.
7) Tuſſis hecticodes.
8) Febris putrida.
9) Mors.

Ingraveſcente interea *diarrhœa colliquativa* & *tuſſi hecticodes*, varia quidem roborantia & lenientia adhibebantur, aſt tuſſis per dies validior evadens cum catarrhali defluxione ad pectus, febris *putrida* ſimul accedebat, cum ſiti vehementiore & gutturis inflammatione; diarrhœa colliquativa ſimul vehementior fiebat, quæ etiam in hectica conſummata omnino lethalis eſſe ſolet, uti hic vir ſuo exemplo comprobavit. Et hoc etiam in aliis exemplis docuit. vid. obſ. 4. lib. 4. p. 114. in ſchol. obſ. 9. l. 4. p. 119. obſ. 40. l. 2. in ſchol.

Specimen IX.

EGBERTUS MONACHUS.

1) Diarrhœa.

Sæpius *diarrhœa* ex humoribus pituitoſis ac catarrhali defluxione obnoxius, hinc per intervalla & periodos excitabatur. Et juxta Hippocr. ſect. 7. aph. 30. quibus ſpumoſæ egeſtiones in alvi profluviis, his de capite pituita fluit. Hinc ſanguineo-phlegmaticis

gmaticis magis familiaris, ac ſenibus præſertim in hyeme, uti huic monacho evenit. Curatio inſtituebatur pill. purgant. potionibus roborantibus, interpoſitis purgantibus: frictiones, ligaturæ, ventoſæ in humeris, ſternutatoria, ſacculi roborant.

Aliâs diarrhœa oriri poteſt ex catarrho ſalſo, acri & rheumatica dicitur. Ex ore & gingivis exulceratis, ex aphthis, a renibus, ab utero, ex febre hectica, quæ colliquativa dicitur. obſ. 19. l. 22. p. 383.

2) Melancholia.

3) Febris tertiana.

Anno 1556. menſ. Septembr. ætatis 60. cum propter infortunium & triſtitia *melancholicis adflictionibus* ſubjiciebatur, ſimul *tertiana*, tunc temporis epidemice graſſante, præcipue in ea ætate adfligi debuit.

Quam Autor ſanavit reiteratis laxantibus, ac mixt. ſubacidula roborante.

4) Quartana.

Quoniam vero victus rationem haud ſervaret, ac ex præcedente melancholia humorum difficilior per viſcera abdominis tranſitus & ſtaſis fieri deberet, non diu poſt in *quartanam* incidit. Cura abſolvebatur decoctis lenientibus, humect. & reſolv. interpoſitis laxantibus. obſ. 18. lib. 3. pag. 79.

5) Cepha-

6) Cephalalgia.

Hoc eodem anno & hyeme per nives iter fecit, domum reverſus, *capitis dolore* ex frigore, & inde facta tranſpiratione impeditiore adfligitur. Inuncto ſyncipite oleo aneth. chamomel. & rut. ac corpore in temperata tranſpiratione ſervata, aliquomodo ſublevatus fuit.

7) Catarrhus.

Cum vero ſeſe intempeſtive aeri frigidiori exponeret non ſolum cephalalgia recurrit, ſed & *catarrhalis defluxio,* illi aliâs ſubinde conſueta, ſimul jungebatur.

His malis itaque oppoſuit iteratas purgationes, & decoct. reſolvent. roborantiaque.

Externe cucupham roborantem & diſcutientem. Sic jam levatus à malo fuit.

SPECIMEN X.

DOMINUS DE ABBENBROCK.

Hoc ſubjectum aperte docet ætatum morbos, quomodo in juniori adhuc ætate circa caput, in juvenili circa pectus, in adultiore circa viſcera abdominis varii affectus huic vel illi ætati magis familiares, exorti ſint.

I. Ra-

I. Ratione ætatis junioris,
1) Catarrhi.
2) Rheumatiſmi.

II. Ratione ætatis juvenilis,
1) Pulmonum vitia.
2) Vomica pulmonum.

III. Ratione ætatis adultioris,
1) Arthritis.
2) Gonagra.
3) Podagra.
4) Calculus Renum.

Sicuti in *juniori* ex hæmorrhagiæ narium moliminibus *rheumatiſmis* & *catarrhis*; in *juvenili*, ex hæmoptyſeos moliminibus *pulmonum vitiis*, ac *vomica* tandem *pulmonum*; in *adultiore arthritide*, *gonagra*, *renum calculo* adflictus fuit.

5) Hæmorrhoides ſuppreſſæ.

Quæ poſteriora varia pathemata ex hæmorrhoidum turbis, quanquam adhuc junioris ætatis eſſet, & ſic ſine dubio ex hæreditaria diſpoſitione, uti experientia medica teſtatur, quod liberi a parentibus hæmorrhoidariis nati longe maturius hoc malo adfici ſoleant, tanquam fonte originem ſuam ducebant. obſ. 51. l. 16. p. 79.

6) He-

6) Hectica.

7) Hæmorrhoides.

Et hoc tanto clarius elucefcit, quod, cum *hectica* tandem *confumata* anno 1555. menfe Januar. vid. obferv. 23. lib. 11. pag. 31. laboraret, per unum & alterum diem *fanguinem per alvum* reddidiffet, f. *hæmorrhoides fluentes* expertus effet. Sicuti itaque hæmorrhoidum fluxus legitimus non folum a variis corporis adflictionibus præfervat, imo in primis adhuc initiis variorum malorum admodum falutaris evadit.

E contra tanto periculofioris energiæ imo mortis caufa obfervantur hæmorrhoides in phthifi, hectica, tabe, hydrope & aliis fonticis morbis confumatis & radicatis, vid. Albert. Tract. de Hæmorrhoid. P. 1. p. 122. §. 5. & p. 146. §. 26. uti in hoc ægroto nihil ad fanitatem potius ad maturiorem mortem contribuere debuit.

8) Mors.

Hinc variis remediis fruftra adhibitis 10. Februarii die *mortuus* eft, agens 38. annum.

Poft fata diffecto, ac balfamo condito corpore, inventi funt pulmones nihil aliud effe quam *vomicam*, erant enim plane fuppurati & putrefacti, membrana integra exiftente, maculis tamen plumbeis & cæru-

leis

leis interſtincta, quam digitis facile perrumpebat, & pus inſtar olei amurcæ erumpebat, valde fœtidum & corruptum: ac renes calculis exiguis repleti, quaſi parvi lapilli non ſolum in ſinu & concavitate, ſed in ipſa ſubſtantia infarcti erant. obſ. 16. l. 24. p. 458. in ſchol. Hepar quidem integrum, ſed flaccidum nullo abſceſſu corruptum erat.

Pulmonem exulcerari novum non eſt, ſed totam ejus ſubſtantiam in pus converti, & nihil aliud quam pus eſſe, & ſola membrana ſuccingente pulmonem contineri, ut in cavitatem minime rupta effluxerit, id rarum eſſe exiſtimat Autor.

SPECIMEN XI.

HADRIANVS ALOWINVS DELPH.

1) Ephemera.

Sanguineo-cholerici temperamenti ex levi peregrinatione & inde facta laſſitudine circa ſolſtitium hyemale febre *ephemera* correptus eſt, alvo interim lubrica in lecto ſeſe continuit, hinc levis ſudor ſ. diapnoe, ſua ſponte oborta, aliquamdiu continuavit, ſpatio 24. horarum a febre liberatus fuit. Autor victu tantum nutri-

nutriente, qui defatigatis fecund. Aet. lib. 5. cap. 64. convenit, & exiguo vino Rhenano aquofo utebatur. obferv. 1. lib. 1. pag. 1.

2) Synocha putrida.

Anno 1562. menfe Octobr. ideo poft æquinoctium autumnale ætatis fuæ 34. in febrem *fynocham* incidit. Non ftatim Medicum vocavit, fed fuo aut potius uxoris & muliercularum confilio Decoct. Fol. S. fumfit. Venæ fectionem vero, quæ fere præcipuum remedium ab autore dicitur, tam in fynocha fimplici & putrida, ut & Galenus ad longum libr. 9. meth. cap. 4. docet.

Quarto die demum Autor advocatur, ubi facies erat tumida, valde inflata & rubea, pulfus vehemens & celer, lotium valde tinctum & rubrum. Eodem die fecabatur vena brachii, quam excepit ftatim fomnus fuavis, & ptifana epota, fudore corpore emanabat.

Die vero quinto morbi nocte fequenti maximum dolorem per fpinam dorfi & laffitudinem totius corporis, punctiones vehementes, pandiculationes crebras, pectoris anguftiam & narium pruritum, tanquam certum fignum fubfuturæ excretionis exanthematicæ, fentiebat.

3) Morbilli.

Cum itaque eo tempore *ſynocha* febris putrida cum variolis & morbillis non tam in pueris, ſed & adultis graſſarentur. Fiebat & hic transmutatio *critica* ad *morbillos*, ſuperveniente interim, morbillis adhuc non eruptis, angina. obſ. 4. lib. 15. pag. 139.

Adhibebantur gargariſmata, & ubi morbilli copioſe in gutture erumperent, ac inflammationem adaugerent, lac caprin. cum aqua plantag. tepide uſurpabatur, cum ſyr. granator. &c. Aliis adhibitis remediis, quæ in variolis propinantur, ſemper utebatur hordeatis & amygdalatis pro cibo. Sec. Hippocr. ſect. 1. aph. 20. recte omiſit Purgantia: adhibebat vero ad expulſionem tantum Decoct. ficuum. Potus erat ptiſana ex hord. glyzyrrh. ac tenuis cereviſia tepida.

SPECIMEN XII.

THEODORUS ALLARDUS.

1) Iſchiadicum malum.
2) Oculorum dolor.

Sanguineus ætat. 37. menſe Januar. poſt ſolſtitium hybernale *iſchiadico malo*, ex hæmorrhoidum turbis, ſimulque *oculorum dolore*

dolore afficiebatur. Ubi ex Hiſtoria Med. notari meretur, quod in eminenter *ſanguineis* hæmorrhagiæ minus commode ſuccedant, inde malum iſchiadicum cominus hæmorrhoidum fluxum reſpiciens, harum vero ventilationes utplurimum in moliminibus ſubſiſtunt; cum vero in juniori adhuc ætate vi temperaturæ ſine dubio ad narium hæmorrhagias quidem diſpoſitus fuiſſet, quæ vero in moliminibus ſaltem ſubſtiterunt; hinc apertus conſenſus ex hac hæmorrhagica congeſtione ad confinia narium, oculorum dolor exoriri debuit. Decocto antarthritico reſolvente laxante, pilulis laxant. venæ ſectione ex vena iſchiatica, & externis antiſpaſmodicis cum ſucceſſu utebantur. obſ. 19. l. 29. p. 813.

3) Coma ſomnolentum.

Ex his circumſtantiis & translatoriis atque oppletoriis motibus ſanguinis ad & in ſuperioribus habilis tanto magis fieri debuit, quoniam potum inſuper ſpirituoſiorem largiorem amaret, ut *comate ſomnolento* alio tempore laboraret, & quidem adeo gravi, ut nullo fere modo excitari potuerit. Sicuti huic ægroto ſæpius accidit, quando largius & hilarius vinum hauſiſſet, ſtatim ſomniculoſus ſtupidusque immotus maneret. obſ. 34. lib. 10. pag. 359. in ſchol.

 4) Apo-

4) Apoplexia lethalis.

Unde etiam factum eſt, ut coma hoc ſæpius recurrens in hoc ſubjecto tanto magis prodromus gravioris mali ſc. *apoplexiæ* ſubſequentis fieri debuerit, qua etiam paulo poſt extinctus fuit; præſertim cum venæ ſectio adeo neceſſaria neglecta fuerat. Apoplexia enim eſt morbus valde familiaris in potatoribus, cereviſiariis, ac craſſis ſanguineis ſubjectis: uti ſimul aliud exemplum in ſchol. adducitur de viro quodam 44. annorum calidioris tamen conſtitutionis. obſ. 71. l. 10. p. 404.

Specimen XIII.

GVILHELMUS BRASSERIUS.

1) Dyſenteria.
2) Scorbutus.

Hic vir itidem inſignis cereviſiæ & vini potator, ſimul in otio vivens maſſam humorum variis heterogeneis recrementis adeo deturpavit, ut non ſolum varios ſucceſſive ſuſtinuerit morbos, ex quibus quodam tempore *dyſenteria* adflictus fuit; ſed & ſubinde *ſcorbuticis pathematibus* obnoxius fuerit.

3) Gan-

3) Gangræna.

Ex hac humorum dyſcraſia, læſio deni in pede eo facilius mali moris fieri debuit, præſertim in ætate jam ſenili, quare cum 70. fere annorum eſſet, & longo tempore poſt *contuſionem, levem inflammationem* pedis ſiniſtri haberet, *gangræna* a medio pedis ultra talum correptus eſt.

Hinc in hoc ſene inſtituebantur ſcarificationes ſatis profundæ, repetitis vicibus, dein imponebatur aqua vitæ cum linteis carptis, ac aliis defendentibus & maturantibus, ſeparantibusque, & interne laxantia, cum ſubjunctis iis, quæ temperabant æſtum febrilem, ſicque demum reſtitutus fuit. Manente exiguo ulcuſculo annuo circa talum, quodque per multos annos permanebat apertum, ac fonticuli loco corpus a variis præmuniebat moleſtiis, hocque Autor apertum ſervare prudenter præcepit. obſ. 68. lib. 10. p. 377. in ſchol.

4) Vertigo.

5) Apoplexia lethalis.

Interim cereviſiæ & vini largiorem potum continuavit, unde in hac ſenili ætate concoctionis vitia & cruditates in primis viis, quæ quotidiana ſcaturigo ſuccorum pravorum exiſtunt neceſſario generari debuerunt, fiebat exinde, ut fere perpetuo

vertigine adfligeretur; quæ tandem quasi in habitum deducta, ac tonum partium capitis magis magisque enervans, adeo ingravescebat, ut demum in terram prolapsus fuerit, ac subito *apoplexia* extingueretur. vid. schol. præced.

Specimen XIV.

S A S B O T V S.

1) Diarrhœa.

Aliquando in *alvi fluxum* incidit, cum Amstelodami in Comitiis esset: ubi apprime Autor annotat, quod rarissime diarrhœæ subito restringi debeant, tanto minus diarrhœæ in febribus criticæ, & tales, quæ febrem comitem habeant; in hoc viro erat quidem diarrhœa sine febre, sed quoniam vires adhuc haud adeo lapsæ erant, subitam & positivam restrictionem damnabat, sed potius leni methodo procedebat. obs. 4. lib. 22. p. 368. in schol.

2) Scorbutus.

Aliâs *scorbuticis* pathematibus valde obnoxius erat, quod morbi genus maritimis endemium utplurimum est.

3) Quartana.

Hinc etiam propter dyscrasiam humorum

rum, & quoniam exinde ſtagnatio humorum vitioſorum lentorum circa viſcera abdominis præc. in hepate contingere ſolet, *quartanam* incurrebat, quæ vero ſine dubio ſiniſtre curata relicta fuerat, unde ſcorbuto majora incrementa neceſſario adferri debuerunt, ſimul aderant lienis durities, cruris ſcirrhoſa diſpoſitio, ex aliquali metaſtaſi materiæ febrilis, dolor ingens in ſcapula, color ad nigredinem cruris tum etiam totius corporis declinans, gingivæ cruentæ, hecticodes ſtatus. Remediis tam ad duritiem lienis, quam ſcorbutum, aperientibus, reſolventibus, antiſcorbuticis, & externis reſolventibus aptis adhibitis, multum ſublevatus, & pene in totum curatus fuit. obſ. 21. l. 20. p. 298.

4) Cynanche lethalis.

Jam in ſenectutis annis incidit in *cynanchem* lethalem, propter humorum translationem ad ſuperiora, nullus enim tumor neque in collo neque intus in gutture apparebat, ſpiritum difficillime trahebat, ita, ut recta cervice deſidere vel ambulare cogeretur, ac nihil edulii, potus aut medicaminis aſſumere poſſet, quarto die ergo ambulando & obſcure loquendo ſtrangulatus eſt.

SPECIMEN XV.

JOHANNES SASBOTUS.

Ratione ætatis ſenilis,

1) Mictus cruentus.

Jam 70. annorum antea & jam ſubinde *mictu cruento* ſine dolore quaſi tacite laborabat, ex hæmorrhoidibus externis ſive in moliminibus ſubſiſtentibus, ſive reſtrictis.

Quem Autor haud appoſite, contra propriam experientiam, ubi dicit obſ. 8. l. 24. pag. 450. in ſchol. Mictus cruentus ſine dolore, & paucus, per intervalla, idque critice, non eſt malus, de quo ſit timendum, adſtringentibus curavit, ubi potius derivantia, venæ ſect. & alia diſcutientia & appoſita remedia proficua fuiſſent. obſ. 11. l. 24. p. 453. ſchol.

2) Vertigo.

Hæc itaque mictus cruenti reſtrictio intempeſtiva fere eodem anno in hyeme induxit *vertiginem*, omnia enim circumagi videbantur, ad motum erat pignities, capitis ponderoſitas, aurium tinnitus & fragor quidam in ipſis, ſomnique prolixitas.

Ex

Ex his ſymptomatibus eo clarius videre poſſumus, quod hæmorrhoides reſtrictæ primaria cauſa vertiginis; cauſa vero ſecundaria mictus cruenti per adſtringentia ſuppreſſio fuerit, unde ſanguis præſertim hoc ſene ſedem mnemoſynes magis occupaverit, forte ex reminiſcentia in juniore ætate hæmorrhagiæ narium, & ſic ominoſam certe induxerit talem vertiginem. Curatio pro nunc inſtituebatur reſolventibus & evacuantibus, roborantibusque, quibus præſidiis adhuc levabatur. obſ. 44. lib. 10. pag. 371.

Specimen XVI.

JVVENIS.

1) Hæmorrhagia narium.
2) Pleuritis.
3) Mania.

Cholerico-ſanguinei temperamenti 28. annorum, in junioribus adhuc annis ſæpius *narium hæmorrhagias* experiebatur, nunc vero per annum ſuppreſſas; natura itaque plethora onerata, primo ex motibus & moliminibus eluctatoriis atque pectus nunc ob ætatem occupantibus ad hæmoptiſin reſpicientibus *pleuritidem* exſuſcitavit cum ſputo cruento, nullis reme-

diis adhibitis febris pleuritica quidem cessare videbatur, sine evidenti excretione critica, hinc metastasis humorum facta est ad caput, quo antea natura consueta erat superfluum sanguinis eliminare, & *maniam* induxit, quinque septimanas durantem cum capitis exæstuatione & vigiliis pertinacibus. Adhibito laxante, vena in brachio secabatur ad unc. VI. Deinde in- & externe adhibebantur temperantia, demum & vena frontis pertundebatur, subjunctis suppositoriis & clysteribus ad revulsionem, lenientibus resolventibus cum antispasmodicis in sero lactis decoctis, quibus demum a mania furiosa liberatus & sanus factus fuit. obs. 23. l. 10. p. 346.

Specimen XVII.

JACOBVS PROGENVS, Sartor.

1) Vertigo.
2) Hæmorrhoides.

Utcunque crassus & obesus mens. Febr. *vertigine* infestabatur, omnia circumagi existimabat, & in terram prolabebatur; cum vero paululum ad se rediisset, sentiebat simul cordis angustiam atque palpitationem cum magna pulsus debilitate. Adhibitis roborantibus, cessabant quidem

hac

hac ſymptomata, ſed vertigo ulterius cum pectoris dolore inſiſtebat, his ceſſantibus, & motibus naturæ deorſum fientibus dolor in ano obortus eſt, cum alvi obſtructione, donec laxativis adſumptis ſucceſſive multa mucoſa excrementa atque purulenta cum ſanguine mixta cum maxima alleviatione reddiderit. Sic vertigo omnino ceſſavit, ac luculentum documentum dedit, quod vertigo aliaque præcedentia ſymptomata ex hæmorrhoidibus turbatis venerint. obſ. 43. l. 10. p. 370.

Specimen XVIII.

PETRUS RATRO.

I. Ratione junioris ætatis,

1) Nephritis frequentior.
2) Calculus renum.

II. Ratione ſenilis ætatis,

1) Mictus cruentus.
2) Febris inflammatoria.
3) Hæmorrhagia narium.
4) Mors.

Sanguineus & robuſtus in junioribus paulo annis *nephritide* ſæpius obnoxius fuit, cum ſine dubio aliâs ad hæmorrhagias

gias & hæmorrhoides externas, quæ nunquam ad exitum pervenerunt, uti in sanguineis hæmorrhagiæ utplurimum in moliminibus saltem subsistere solent, dispositus fuerat, inde & vi dispositionis & consequentiæ aliter fieri haud potuit, quin per tales frequentiores congestorios & translatorios sanguinis motus etiam *calculo* demum *renum* laborare debuerit, quibus pathematibus subinde excruciatus fuit, donec anno 1566. mens. Jun. in æstate pedestri itinere non sine lassitudine ex Haga Comitis Delphos reverteretur, ætatis jam 84. Ex tali nimia commotione in tali ætate senili, & facta p. n. congestione sanguinis ad renes, tanquam partem antea subinde magis debilitatam, *mictum cruentum* copiosum experitur cum ingenti lumborum dolore, quem statim subsequebatur *febris inflammatoria*, testis venæ ruptæ in renibus, adeo vehemens, ut, spreto ab initio auxilio medico, plane delirare, atque *sanguinem per nares*, magis heteroclyte ad superiora tendentem fundere cæperit. His ita se habentibus, demum succumbere debuit. obs. 8. lib. 24. pag. 450. obs. 9. lib. 2. pag. 32. schol.

SPECI-

SPECIMEN XIX.

JOHANNES ALBERTVS.

1) Icterus.
2) Hydrops.

Sanguineus crebris potationibus deditus musica sese delectabat, verum ergo: cantores amant humores; ab uxore quoque separatus in otio vivebat; paulo vero ante *ictero* & ex hoc *hydrope* laborabat, qui morbi facile exoriri potuerunt & debuerunt, cum non solum esset strenuus potator, unde humores corporis pravis succis inquinabantur, sed etiam fere quotidie cum uxore in rixis viveret, ubi per excandescentiam hepatis parenchyma constrictum, bilem in stomachum & inde in humores transferebat; quibus morbis interim liberatus fuit.

3) Febris synocha.
4) Pleuritis.
5) Peripneumonia lethalis.

Cum vero ex post non desineret cerevisia crassiore sese in otio viventem replere, *febrem synocham* incurrit, quæ statim mutabatur in deteriorem statum sc. *pleuritidem*, & paulo post in *peripneumoniam letha-*

lethalem, venæ ſectione illi aliâs conſueta, ex incuria prætermiſſa fuit. obſ. 16. lib. 1. pag. 17.

SPECIMEN XX.
SIMON WIGGERVS.

1) Arthritis.
2) Colica hæmorrhoidalis.
3) Paralyſis.
4) Febris quotid. intermitt.

In junioribus annis ſubinde *arthriticis* atque ſimul *colicis* ſymbolizantibus *adflictionibus* ſubjectus fuit; qui morbi haud dubie ex hæmorrhoidum anomaliis & moliminibus inordinatis proveniebant, quibus etiam factum eſt, ut ſive ex malo regimine ſive perverſa tractatione, in *paralyſin* inciderit, quam longo tempore ſuſtinuit, donec anno 1549. menſe Januar. ætatis ſuæ 50. circa quod tempus utplurimum arthritici affectus recrudeſcunt, in *febrem* typum *quotidianæ intermittentis* æmulantem lapſus ſit, cum tanto frigore membrorum, ut æger ſe congelatum diceret, præſertim in juncturis erant adeo graves ſpaſmodicæ contractiones, ut frangi putaret, ex materia arthritica artus obſidente, propter quam natura motus tonici augmentum ſaluta-

lutariter inſtituebat, invadebat ſemper poſt tertiam noctis horam cum gravitate ſomni & urina glauca, uti in arthritide ſolenne, quæ exacerbationes typicas ſervat, omnique die remittit.

5) tranſit critice in arthritid.

Variis evacuantibus & aliis remediis in- & externe etiam frictionibus partium longis adhibitis natura *critice* propulſabat materiam foras adjuncturas, & excitabat *arthritidem* cum ſatis luculenta remiſſione febrilis commotionis.

Jam iterum adhibita fuerunt interna & externa lenientia & roborantia, ſic omnino ſanus evaſit. obſ. 27. l. 3. p. 87.

SPECIMEN XXI.

JOHANNES NEOBVRGIVS.

1) Arthritis.
2) Podagra.
3) Chiragra.
4) Rheumatiſmus.
5) Flatulentia.

Sanguineo-cholericus certis & ſtatis temporibus *arthritide vaga*, quæ alio tempore in *podagram* & *chiragram fixam* transibat,

ibat, ſubinde laborabat; hinc etiam ex motibus translatoriis hinc inde per corpus vagantibus, & congeſtoriis ſanguinis incompletis ſæpius *rheumatiſmis* atque propter tales congeſtiones circa ventriculum etiam *flatulentiis* variis obnoxius fuit, quibus omnibus hæmorrhoidum anomaliæ anſam præbere potuerunt, ſatisque declarare, quod evidens & arcta cognatio inter hæc pathemata ſubſit.

6) Epilepſia.

Ex hoc fonte in poſterum cum annum 65. ageret, atque in aere frigido, humido & turbulento diutius juſto verſaretur, hacque ratione tranſpiratio inſenſibilis nimis retardata fuiſſet, ac ex hac cauſa arrthritica ſ. podagrica materia per ſtricturam peripheriæ retropulſa formabat *epilepticum inſultum*, adhibitis repetitis purgantibus ad revulſionem materiæ peccantis a capite, atque roborantibus curatus fuit.

7) Apoplexia lethalis.

Et podagrici inſultus certis temporibus dein conſueto more recurrebant, donec demum procul dubio ex retroceſſione itidem podagræ *apoplexia* ſubitanea vitæ finem clauderet. obſ. 54. l. 10. p. 382.

SPECIMEN XXII.

JODOCVS FRANCISCVS ZYTHEPSA.

1) Vertigo.

2) Melancholia.

Melancholico - ſanguineus macilentus ſenſibilioris naturæ, ex natura quaſi vertiginoſus, ſeu ex facili cauſa *vertigine* apprehendebatur, quod tanto facilius evenire debuit, quoniam vi officii coram igne frequenter ſtaret, ac incaleſceret circa caput; quoniam etiam variis & frequentioribus litibus & altercationibus, atque ſic animi gravioribus motibus expoſitus erat, unde non ſolum vertigo adaugebatur, ſed & ita afficiebatur, ut in dies triſtior & demum *melancholicus* evaderet.

3) Pleuritis.
4) Syncope.
5) Vertigo.

Alio tempore ex hoc humorum raptu ad ſuperiora, ac difficiliori ſanguinis lenteſcentis tranſitu per vaſa, *lateris dolore* afficiebatur, in quo morbo venæ ſect. neceſſaria, propter ſenſibilitatem, non ſolum *animi deliquium*, ſed & *vertiginem* induxit.

M Quod

Quod vero pleuritidem incurreret, hæmorrhoidum turbæ, ad quas vi temperamenti inclinaret, in cauſa eſſe debebant, inde ſec. Hippocr. 6. Epid. & Galen. lib. 2. cap. 8. de nat. facult. Qui hæmorrhoides habent fluentes neque pleuritide neque peripneumonia periclitantur.

6) Cephalalgia.

7) Narium hæmorrhagia.

Cum vero annum 48. ageret, per annum integrum ſæpius *capitis dolore* circa anteriorem capitis partem ſupra frontem cum gravitate aurium tinnitu, olfactus & auditus oblæſione excruciatus fuit, qui translationem ſanguinis ad caput, & ejus ventilationem reſpiciebat, inde factum etiam, ut *ſanguis* multus & nigerrimus frequenter per intervalla *e naribus* flueret, ſine dubio ex hæmorrhoidibus ſuppreſſis, cum ergo in ætate juniori haud dubie narium hæmorrhagiis adſuetus fuerit, ſic jam natura tunc temporis conſuetam excretionis viam quærebat; ex hoc vero motu erroneo totus ſiccus & quaſi tabidus evaſit, cum ſumma macie.

Intermiſſis interim diu plane omnibus remediis, demum propter alvi obſtipationem per 7. dies coactus fuit medici auxilium implorare, qui decocto purgante

cum

cum levamine alvum aperuit; probabiliore indicio, quod ex restrictis hæmorrhoidibus partes inferiores constrictæ alvi occlusionem induxerint, quæ vero per laxans aliquomodo demulcebantur, at respuente ulterius auxilio, haud sine ratione Autor timebat, vel epilepsiam, vel maniam, aut apoplexiam.

8) Epilepsia lethalis.

Post quinque dies iterum sanguis e naribus stillabat, cum sontica illa alvi duritie, purgante iterum adhibito, aliquomodo & jam melius haberi videbatur. Sed intermissis laxantibus & magis ingravescente sanguinis nigerrimi per nares fluxu largo cum succrescente magis vertigine, atque melancholia antea radicata, subito in *epilepsiam* diversimode recurrentem, præ habito paulo ante prognostico, incidit *lethalem*. obs. 42. l. 10. p. 393.

Specimen XXIII.

Præpositus Venerandus.

1) Calculus.

Sanguineo - melancholicus a longo tempore *calculo*, sive fuerit ex hæreditate, sive ex hæmorrhoidibus, cum vi comple-

xionis facile hæmorrhoidum moliminibus ſubjectus eſſe potuerit, laboravit.

2) Epilepſia levis.

Itaque cum annum ageret 52. atque victu antea craſſiore ſc. carne ſuilla, ac ſolitis frequentius uteretur, menſe Decembr. cum ſtando per horam integram attente legiſſet horas divinas, ſubito in terram concidit, & *levi epilepſia* ſpecie correptus fuit ſine ſpuma in ore & pollicis intra manus contractione, quæ a natura ſine dubio exſuſcitata propter calculum prægnantem e corpore eliminandum. Interim hoc malum perfecte ſenſit à pede ſiniſtro tanquam auram ſurſum per inguina, ſiniſtrum hypochondrium, ad caput repete.

3) Epilepſia perfecta.

4) Mors.

Aſt anno ſequenti menſe Mart. rurſus vertiginoſus, inſtante æquinoctio, corruebat in terram, atque manifeſtiore *epilepſia* corripiebatur. Paulo poſt iterum in *epilepſiam* longe graviorem incidit. Qui paroxyſmi poſt menſem ſæpius recurrebant. Anno iterum inſequente in vere & autumno idem ſtatus erat. Anno demum iterum inſequente menſe Jan. epilepſia magis magisque increbeſcebat, & manifeſtiora crite-

criteria dabat, quod hæmorrhoidum turbatus ſtatus ſubſit, qui ſolennia tempora, nempe æquinoctia & ſolſtitia, obſervabat, ubi utplurimum tales excretiones aliâs ſalutares, hic vero turbatæ molimina ſua exerunt. Quoniam vero jam epileptici motus in dies inſolentiores evaderent, ac hunc ægrotum in ſenium vergentem viribus exhaurirent, demum jugularunt. Variis incaſſum ſemper adhibitis, venæ ſectione laxantibus & antepilepticis. Videmus exinde, quod in ſene *epilepſia* eo magis *ſymptomatica* omnino mortis periculum adferat. obſ. 68. l. 10. p. 398.

SPECIMEN XXIV.

FRANCISCUS DUYSTIUS.

I. Ratione junioris ætatis,

1) Catarrhi.
2) Aſthma.
3) Gravedo.
4) Cephalalgia.

Temperamenti ſanguineo-pituitoſi, corporis obeſi a junioribus temporibus & annis *catarrhalibus defluxionibus*, uti his temperamentis ſolennioribus, fere perpetuo obnoxius, inde haud aliter evenire

 potuit,

potuit, quam ex his pectoris affectibus, nempe *asthmate*, & simul capitis adflictionibus sc. *gravedine* ac *cephalalgiis* perpetuis laboraret, quæ pathemata ex incompletis hæmorrhagicis moliminibus & secessionibus serosis a sanguine originem demonstrabant.

II. Ratione ætatis senilis,

1) Apoplexia.
2) Paralysis sinistr. lat.
3) Apopl. recurrens.
4) Lethalis.

Hi affectus cum accrescentibus annis vero ferociores fientes demum in hoc subjecto pituitosiori & ad senium accedente viam satis patulam fecerunt ad *apoplexiam*, quæ tandem cum *lateris sinistri paralysi* ingruebat; quæ pathemata jam aliquomodo mitiora, sensibiliter sublevabantur. Paulo tamen post, uti experientia medica abunde docet, rursus in *eandem* incidebat jam in *dextri* simul *lateris paralysin* desinentem, qua etiam mortuus est.

Sicuti & tres alii in hac observ. & schol. adducuntur hoc morbo mortui. obs. 72. lib. 10. pag. 405.

SPECI-

SPECIMEN XXV.

Patritius.

I. Ratione ætatis juvenilis,

1) Rheuma.
2) Catarrhus.
3) Tuſſis.

II. Ratione ætatis virilis,

1) Aſthma.

Sanguineo-phlegmaticus a junioribus ætatis annis ad conſiſtentem ætatem narium hæmorrhagias frequentiores patiebatur; his ergo adſuetis, ſed aliquomodo ſubinde turbatis, ex moliminibus congeſtoriis hæmorrhagicis facili negotio *rheumaticis* & *catarrhalibus* defluxionibus cum *tuſſi*; ſed ſucceſſu temporis propter ætatem conſiſtentiorem, ubi motus naturæ magis magisque ad pectus declinare ſolent, perpetuo *aſthmate* adfligebatur.

III. Ratione ætatis ſenilis,

1) Apoplexia.
2) Paralyſis partialis.

Quæ pathemata nullo negotio ex moliminibus & translationibus ad ſuperiora

 deri-

derivari possunt & debent; præsertim in adultiore ætate, ubi propter ætatem per annos aliquot narium jam hæmorrhagia stiterat, quam vicaria sanguinis emissio quotannis per venæ sectionem supplebat; cum vero & venæ sect. demum in senili ætate per annum intermissa fuerat, quam aliâs admodum bene habuerat, humores in toto corpore adeo sese accumularunt, cum quoque vi hæreditariæ ingenitæ dispositionis præ aliis, ad *apoplexiam* inclinaret, pater enim & tres ejus fratres hoc morbo interierant, ut, cum anno 1586. m. Febr. æquinoctio vernali appropinquante, ætatis suæ 60. annor. inter ambulandum illi annunciatum fuerat, virum quendam 80. annorum sibi notum & familiarem subito extinctum fuisse, ex terrore statim per sinistrum latus tremere cœperit, & domum reversus *apoplexia* correptus fuerit cum subsequente *paralysi* in sinistro pede, sine sensu & motu erat, stertebat, & os contorquebatur & claudebatur spasmodice.

3) Apoplexia gravior.
4) Mors.

Clysteribus adhibitis atque remediis ægre per os, neglecta venæ sectione, quam ex falsa persuasione æger respuebat, utcunque ab apoplexia & paralysi nunc liberatus

ratus fuit, remanente tamen memoria læsa, ac mente ſtupida. Cum itaque juſtus omnino metus eſſet, ne hic vir in *hunc affectum* multo *graviorem* paulo poſt lapſurus eſſet, certe factum eſt, ſequenti anno m. Auguſt. ſicque *interiit.*

Sic videre licet, quod hoc malum in hac familia tam ex diſpoſitione hæreditaria, quam conſtitutione præcedentium morborum vere fuerit hæreditarium. obſ. 75. lib. 10. pag. 409.

SPECIMEN XXVI. VIR.

I. Ratione ætatis junioris, Hæmorrhagia narium.

Quidam in junioribus annis *hæmorrhagias narium* huic ætati competentes ſæpius experiebatur.

II. Ratione ætatis virilis,

1) Hæmorrhoides.
2) Hæmoptyſis.

Cum vero ad ætatis conſiſtentis annos perveniret, in quibus natura conſervatrix ſuæ domus fragilis motibus ſuis eluctatoriis ad inferiora inclinat, ſubinde *hæmor-*

rhoidibus fluentibus expoſitus fuit, quæ vero in ſuo tenore haud conſervatæ, ſed aliquando turbatæ regurgitationes ad pectus fecerunt, hinc factum, ut ætatis 40. per tres annos vere ſemper inſtante *hæmoptyſin periodicam*, vices hæmorrhoidum haud adeo ſalutariter ſupplentes, incurriſſet, absque tamen pectoris dolore cum exigua tuſſi, tanquam certo ſigno, quod tales eructationes ſanguinis magis active quam paſſive procedant.

Ad quam Autor quidem venæ ſectionem in brachio, cum magis proficua fuiſſet in pede; inſtituit.

Poſtea vero magis proprie imperavit, ut ſingulis ſequentibus annis, antequam hæmoptyſis ingrueret, venis hæmorrhoidalibus hirudines admoveret. obſ. 22. lib. 16. pag. 34.

Sicque longe efficacius hunc ægrotum in poſterum ab hæmoptyſi præſervavit, naturæ motibus veris & genuinis inſiſtens.

Similem caſum habet de viro Amat. Luſitan. Cent. 2. cur. 13.

SPECIMEN XXVII.
ANDREAS PETRUS SELLIUS.

1) Malum iſchiadicum.

Aliquando *iſchiadico dolore* magno adfligebatur. obſ. 19. l. 29. p. 813. Quod ma-

malum ex hæmorrhoidum moliminibus cæcis habere debuit, uti in experientia medica exempla quotidiana comprobant.

2) Aſthma humid.

Cui malo vero medicus quidam poſt univerſalia haud appoſite externe applicuit cereviſiam Gedanam cum butyro ad conſiſtentiam linimenti decoctam. Hac enim ratione dolor quidem delinitus fuit; Aſt humores congeſti & abundantes ſaltim repreſſi, alias majores regurgitationes & ſonticas adflictiones inducere apti facti ſunt. Unde facilis metaſtaſis enata fuit, quæ pectus ſimul in conſenſum d.duxit; quave poſtea per longum tempus *anbeloſus* factus eſt, cui ſeſe ætatis 64. menſ. Octob. *tuſſis* admodum moleſta aſſociavit poſt ſc. æquinoct. autumnale.

Curatio inſtituebatur per ea, quæ ſuccos frigidos & craſſos viſcidos attenuarent, & reſolverent juxta aetium, interpoſitis pilulis purgantibus, quibus melius haberi cœpit. obſ. 4. lib. 16. pag. 5.

SPECIMEN XXVIII.

BALDUINUS KERKWERNIUS.

1) Tertiana duplex.

Conſtitutionis melancholicæ, procerus & valde macilentus, ſemperque durioris

oris alvi exiſtens aliquando *febre tertiana duplici* laborat, & ab Autore curatus fuit. obſ. 19. l. 18. p. 161.

2) Colica.
3) - - hæmorrhoïdalis.

Aliâs ſubinde *colico dolore* adficiebatur, ubi clyſteres punctum ſemper curationis abſolvebant. Hinc facta comparatione conſtitutionis melancholicæ cum juvantibus, facile eluceſcit, quod hæc colica passio fuerit *hæmorrhoidalis*. Ad præſervationem feliciter uſus eſt carminativis blandis quandoque cum laxantibus mixtis, quoniam præprimis eo reſpiendum, quo alvus ſemper ſit lubrica. obſ. 10. lib. 21. pag. 324. in ſchol.

SPECIMEN XXIX.

Generoſus de BENTHUSEN.

1) Narium hæmorrhagia exced.

Frequenter & ſine dubio a juventutis ſ. pueritiæ annis *narium hæmorrhagiis* laborabat. Quæ aliquando adeo excedebat, ut per vices circiter 12. ℔. ſanguinis ex utraque nare effluxerint.

Appoſitis ab Autore ventoſis duabus, una ſupra hepatis, altera ſupra lienis regionem,

gionem, parum fluxus ſubſiſtere videbatur. Sed poſt diſceſſum cum ſanguis iterum ex utraque nare cum impetu erumperet, uxor hujus ægroti duas alias, unam ſupra dextrum, alteram ſupra ſiniſtrum pedem affigi juſſit, & dictu mirum, ſanguis ſubito adſtrictus eſt. Cum vero ventoſæ aliquamdiu cuti adhæſiſſent, æger in animi deliquium incidit; iisdem ergo detractis, & aqua in faciem conſperſa, excitatus fuit. Sic videre eſt, quod ventoſæ ad diverſionem adhibitæ magis remote ac ad partes remotiores locandæ ſint, cum ea cautione: ne diutius maneant. obſ. 14. lib. 13. p. 99.

2) Oculorum vitia.

Alio vero tempore, nempe in m. Majo, in tale *oculorum vitium* incidit, ut *propinqua parum videret, remota vero magis*. Cum itaque aliâs frequenter narium hæmorrhagiis, inde humorum motu eo magis ad caput adſueto obnoxius eſſet, his superveniebat, quod longo tempore victu craſſiore & lautiore uſus eſſet, & vino rubro gallico atque in otio viveret, aliter hinc vix fieri potuit, quin in hoc malum inciderit.

In cura itaque removebantur omnia vina ad tempus, victus tenuis haud commovens commendabatur. Venæ ſect. æger

aliâs

aliâs necessariam recusavit. Quare singulis septimanis pil. purgantes sumebat, atque cum fœniculo viridi in vino immerso oculos sæpe detergebat. Quibus præsidiis affectus remisit. obs. 36. l. 11. p. 45.

Specimen XXX.

BOKELLUS JOD. FRANCISC. Juvenis.

1) Hæmorrhagia narium exced.

Annorum 30. per 4. dies continuo mens. Januar. in quo utplurimum natura excretionem hanc sanguinis præprimis, teste experientia, molitur, *hæmorrhagiam narium excedentem* habuit.

Multa præsidia tentata sunt: ut venæ sect. in brachio, cucurbitulæ cum levi scarificatione scapulis appositæ, vincula digitis & brachiis injecta, fotus ex aqua frigida plantag. ros. aceto testibus adhibiti; pulvis adstring. naribus inditi, sed omnia frustra. Stercus porcinus recens (asininus magis laudatur) ad olfaciendum objiciebatur, subsistebat aliquando, non restringebatur fluxus. Succus granator. acid. ad refocillationem sæpe dabatur, tandem ad julep. adstring. & refrigerant. fluxus desiit. Victu restaurante, infrigidante

te & roborante in fine uſus eſt. obſ. 13. lib. 13. pag. 98.

2) Cynanche.

Alio interim tempore *tumorem* intus latitantem *cynanchicum* habuit, (cynanche enim dicitur, quando neque intus, neque extus tumor apparet) qui totam maxillam ita occluſerat, ut os nullo modo aperire poſſet. Hoc malum ex narium hæmorrhagiis præcedentibus, & motibus ac moliminibus ſanguinis incompletis ad depletionem ſang. per nares reſpicientibus facile exoriri debuit.

Chirurgus vero imperitus inſtrumento dilatatorio os violenter aperire annitebatur, diducto ergo ægri ore in convulſionem lapſus eſt, quæ apertio violenta in hoc malo omnium periculoſiſſimo periculum eo magis adauxit, quemadmodum qui hoc malo pereunt, utplurimum magis convulſionibus quam ſuffocatione moriuntur. Cui itaque interdixit Autor ſuum temerarium conamen, verum adhibitis iis, quæ emollirent, & convulſioni reſiſterent, maturentque, tandem tumor cynanchicus feliciter perruptus eſt. Ex ore pure effluente, magna dein induſtria curatus fuit. obſ. 112. l. 10. p. 455. ſchol.

SPECI-

SPECIMEN XXXI.

BARTHOLOM. TEYLINGIVS.

1) Hæmorrhagia narium.
2) Cephalalgia.

In junioribus annis ex hæreditaria translatione, ſæpius *narium hæmorrhagiis* fuit moleſtatus, quas fere ſemper præceſſerunt *cephalalgiæ* ex congeſtione & oppletione ſanguinis in capite narium hæmorrhagiam reſpiciente.

3) Aſthma humidum.

Varia ſiſtentia & reprimentia adhibita ſunt, unde tanto magis ſanguis poſtea regurgitavit ad pectus; cum ergo ex hæreditate & diſpoſitione interna teneriori. Ad *Aſthma humidum habituale* diſpoſitus eſſet, & hæmorrhagia narium aliquomodo turbata & plane ſuppreſſa eſſet, quæ ſola, quando impeditius procedit, ſufficit; eo magis hic huic malo ſubjectus erat.

Propter ſanguinis itaque abundantiam præoccupandam & avertendam ex Paul. Æginett. Celſi, Galen. Cæl. Aurel. & Priſciani ſententia venæ ſectio tempore veris admodum proficua erat. Poſthanc purgatio ex hiera cum agarico, cum herb. pecto-

ctoral. conducebant; Radices althææ & enulæ conditæ ſimul proficuæ erant. obſ.9. lib. 16. pag. 12.

SPECIMEN XXXII.

CORNELIUS ALCMARIUS.

1) Balbus.

2) Stultus.

3) Fatuus.

Phlegmatico-ſanguineæ conſtitutionis ab ineunte ætate *balbus* & male loquens, *ſtultus* ac *fatuus*, veſtium ornatum interim perquam diligens, ac perpetuo fere ebrius & potator erat. Quam quidem fatuitatem ab ipſis cunabulis ortam & ingenitam Chirurgus quidam elatus curare intendebat, ſed fruſtra quoniam haud ſine ratione a Medicis tales tanquam incurabiles merito relinquantur. obſervat. 31. lib. 10. pag. 354.

4) Diarrhœa.

Ex hoc vitio interim naturali ingenito, &, quando loqueretur, ſalivæ multæ affluxu in os, imo ex phlegmatica conſtitutione, fere perpetuo *Diarrhœa* laborabat, quod Hippocr. confirmat, ſect. VI. aph. 32.

quando dicit: Balbos ventris fluxu naturaliter periclitari.

5) Catarrhus.

Quando ergo potatio frequentior accedebat, hinc fieri aliter vix potuit, quin *catarrhalibus adflictionibus* obnoxius ac semper lubricioris alvi esset. obs. 19. lib. 22. pag. 383.

6) Pleuritis.

Alio tempore, cum esset 36. annorum mense April. post æquinoctium vernale, & paulo intensius laboraret, hinc modo incalescens modo frigefactus, insuper potum largiter ingurgitans, in *pleuritidem* lapsus est. Qui morbus utplurimum vernalis est. Et omnia ea symptomata aderant, quæ in gravi comperiuntur pleuritide cum sputo cruento. Quarto demum die in brachio ejusdem lateris, ubi dolor erat, vena secabatur, ad 8. uncias; sedato dolore non nihil, atque sub noctem ex parte rediente cum fotu discutiente, leniente & loco simul inuncto, dolor ita sedatus est, ut, si tussiret, minime, uti antea, dolorem persentiret. Deinde expectorantia lenientia cum subjuncto laxante adhibita sunt. Pro potu ptisana ex hord. mund. passul. glyzyrrh. adhibebatur. observ. 26. lib. 16. p. 39.

Nullus

Nullus morbus apud Veteres adeo decantatus, uti pleuritis. Hinc Hippocrates lib. 1. & 2. de acut. vict. Jacchin. Argenter. & Galenus in lib. de conſtit. art. pro exemplo inter omnes acutos morbos ſumunt, quoniam frequens & inſignis ſit affectus, tum quod multas differentias, cauſas, & ſymptomata obtineat.

Specimen XXXIII.

CORNELIUS ZUZIUS.

1) Arthritis.
2) Hæmorrhoides fluentes.

Aliquando *arthritide* laborans, ſupervenientibus aliâs conſuetis nunc vero turbatis hæmorrhoidibus fluentibus ſtatim ab hoc articulari morbo liberatus fuit. Et ſic aperte & abunde experientia clinica docet, quomodo ſingularis conſenſus & cognatio inter hos affectus occurrat, ubi mox ex ſuppreſſis hæmorrhoidibus arthritis, mox vero in arthritide fluxus hæmorrhoidum apparens, tanquam optima medicina exoriatur. Sic jam ab Hippocrate 6. Epidem. comment. 3. illi qui habent hæmorrhoides apertas neque pleuritide, neque peripneumonia, neque phagedæna, neque furunculis, neque terminthis, neque

que lepra fortaſſe, neque aphthis corripiuntur. Sect. VI. aph. 11. & 21. melancholicis, nephriticis, inſanientibus ſupervenientes hæmorrhoides, bonum. Sic proſunt uteri, veſicæ & pudendi affectibus. obſ. 4. lib. 23. pag. 427.

3) Tertiana.

4) Podagra, Chiragra.

Huic anno 1564. menſ. Auguſt. ætatis 50. ex reſtrictione hæmorrhoidum, quibus aliâs, uti ſupra dictum, obnoxius fuit, incidit in *tertianam* intermittentem ſine dubio ex congeſtione, ſtagnationeque ſanguinis circa v. portæ & ventriculum. Nullis interim remediis uſus poſt 3. paroxyſmum illum febris per ſe dereliquit, venæ ſectionem intermiſit & purgationem. Sed paulo poſt peregre profectus in reditu illum iterum febricula corripuit, hæmorrhoidibus manentibus adhuc obſtructis, in *podagram* & *chiragram* incidit adeo vehementem & impetuoſam, ut per 3. ſeptimanas coactus fuerit in lecto manere. Cauſæ hujus mali inde tanto manifeſtiores, 1) quod hæmorrhoides fuerint ſuppreſſæ, 2) venæ ſectio & purgatio plane neglecta, 3) vini Rhenani & cibariorum copia ingeſta, 4) juvencula in uxorem ducta.

5) Hæ-

5) Hæmorrhoides manantes.

In cura adhibebantur, quoniam venæ ſect. abhorreret, laxantia & decocta ex herb. capillar. & aliis reiterata. Deinde topica haud congrua, interim his adhibitis *hæmorrhoides manare* cum ſatis luculento levamine incæperunt, ac ſtatim podagra & chiragra deſiit; hac ratione curatus, magis per hæmorrhoides, ad annum 1570. liber ab his malis vixit. obſ. 4. lib. 29. pag. 787. obſ. 30. lib. 2. pag. 50. obſ. 9 lib. 3. pag. 71.

SPECIMEN XXXIV.

CHRISTIANUS MUSICUS.

1) Peſtis.

2) Bubo.

In peſte Delphenſi anno 1557. hic quoque complexionis ſanguineæ & conſtitutionis robuſtæ infectus fuit *peſte. Bubonem* ſub ala ſiniſtra exiguum vix effatu dignum accipit. Vena in cubitu ſiniſtro ſtatim ſecatur, & pulvis ille, qui Autori in peſte uſualis, cum ſubſecuto ſudore largo propinatur.

3) Impetigo in vola manus.

Cum interea hic ægrotus, antequam peste corriperetur *scabiem impetiginosam* in vola manus haberet, jam magna heic suborta est inflatio, cui imposuit panem cum butyro & saliva jejuni hominis bene masticatum, partem vero convexam manus theriaca illinire jussit. Hac ratione istis appositis manus in tumorem cum dolore ac cruciatu intolerabili attollebatur, bubone sub ala plane disparente, sic cum euphoria natura materiam pestiferam excernendam eo derivavit, ubi antea consueta fuisset superflua sanguinis & humorum excernere, & curatus fuit.

Hinc videre est, quod exulcerata manus multum profecerit ad sanitatem. Præstantissimi ergo Medici tempore pestis haud injuste prohibent, ne sanguinis naturales excretiones inhibeantur, aut scabies, unguentis sanetur, aut ulcera consolidentur. Qui enim lue gallica infecti sunt, aut sunt ulcerosi, raro peste inficiuntur. Sic Chirurgus quidam, quia ulcera in crure & crura tumida habebat, uti & monachus quidam, eodem tempore non inficiebantur. obs. 24. l. *6*. p. 181.

Quod etiam in aliis morbis contagiosis observatur sicuti in variolis & morbillis &c.

&c. Qui ex infantibus capitis achoribus, ſcabie, purpura rubra laborant, illi utplurimum vel plane immunes ſunt, vel pauciores & benigniores tantum habent.

4) Fiſtula ani.
5) Hectica.
6) Mors.

Deinde *fiſtulam ani* adeo ſinuoſam & intus latentem habuit, ut ſpeculo immiſſo animadverti haud poſſet. Quæ ab hæmorrhoidibus tanto magis vi temperamenti ſanguinei originem ducebat; interim tanta hac fiſtula incrementa ſumſit, ut *hectica* & tandem *mors* ſupervenire debuerit, uti quotidianæ obſervationis eſt, quod ulcera diuturna maligna ſucceſſu temporis propter continuum humorum affluxum & inde factam abſorptionem materiæ purulentæ reliquam humorum maſſam adeo inficiant ac accendant, ut hecticodes ſtatus inde evenire debeat. obſ. 15. lib. 23. pag. 439.

SPECIMEN XXXV.
GODOFREDUS PETRUS BEAUMONT.

1) Febris epidemica maligna.

Temperamenti cholerico sanguinei anno 1580. mens. Jul. & Jun. *febre epidemica maligna* laborabat, sicuti tunc temporis Delphis, in toto Belgio, imo in Germania & Gallia epidemice hæc febris maligna grassaretur, cum vocis raucedine & tussi valida, in quibusdam mentiebatur pleuritidem, in aliis peripneumoniam.

Statim venæ sectio adhibebatur, deinde varia pectoralia, linctus, syrupi & potiones cum laxativis quandoque mixtis.

2) Asthma.
3) Tussis.
4) Febris lenta.
5) Vomica.

Cum vero ad ætatem 59. pervenisset, subinde vero antea *asthmate* laborasset, tandem *tussi valida* cum *febre lenta* correptus est, ideo haud injustus metus erat de phtisi; cui se sputum sanguinis in notabili satis quantitate, ex sanguinis congestione

ne & ſtagnatione ad pectus, cum augmento febris adſociabat, quod ſputum primo ſincerum cum pituita, dein vero nigriuſculum cum pure permixtum prodibat, hincque certum indicium præbebat, ſubfuiſſe *empyema* in pulmonibus, forte exortum & generatum a prægreſſa febre epidemica & peripneumonia haud opportune curata, unde haud mirum, quod longis temporibus fuerit aſthmaticus, ac tandem *vomica* rupta adflictiones has induxerit.

Cura: Quia quotannis, ſed male, in brachio ſanguinem mittere conſuetus esſet, hac ratione eo magis ſanguinis motus ad pectus adducebatur. Hinc & jam in cura in brachio itidem ſectio venæ inſtituebatur: deinde decoct. contemperans & leniens ac pro tuſſi & febre ſubinde diatrag. frig. dabatur. Nocte vero per totum morbi decurſum hordeatum, ex hord. mund. amygd. d. ſem. papav. alb. ſem. 4. frig. ſacchar. adſumebatur. His ſubjungebatur laxans cum ſyr. roſ. cum ſero lactis. Pectoralia & treumatica longo uſu interponebantur, ſic præter opinionem ſanus quodammodo evaſit. obſ. 19. lib. 16. pag. 29.

SPECIMEN XXXVI.

HENRICVS HENRICI.

1) Calculus.

Ex hæreditate *calculosus*, (hi enim omni tempore gravius laborant, quam alii ex aliis causis.)

2) Tertiana notha.

3) Mictus cruentus.

Anno 1558. mens. Mart. circa vernale æquinoctium in *tertianam notham* incidit, remediis appropriatis adhibitis quidem curatus; verum paulo post iterum febris rediit, jam a Monacho Empyrico accepit decoct. card. benedict. quo per vices usus, in somnum delabitur, post somnum mane *sanguinem minxit*, utrum mictus cruentus ex hæmorrhoidum turbis, vel a calculi fragmentis, in dubio relinquitur, quem mictum interim omnimoda urinæ suppressio ex sanguine coagulato vel calculis subsequebatur, presso pede sævissima symptomata aderant; refrigeratio membrorum & narium, ex spasmo exteriorum, cum intolerabili lumborum dolore & circa pectinem, pulsus erat exiguus, vires collapsæ.

His

His oppoſuit reſolventia, diluentia, mox ſuppoſitoria, clyſteres, fotus. Interne oxymel. ſimpl. aq. malv. artemiſ. fl. chamomil. huic medicamento euporyſto multum tribuit, mox magis laxantia & decoct. pellent. cum artemiſia adhibuit, quibus libere non ſolum minxit, ſed & excrevit fragmenta calculorum & jam ſanatus fuit.

4) Rheumatiſmus.

Poſt aliquot dies *Rheumatiſmo* in humeris ex frigore incaute admiſſo adfligebatur, cui oppoſuit feliciter ſaccul. ex diſcutient. Præſervativam interea curam negligens, potius opipare & in otio ac diæta vinoſa vivens.

5) Calculoſus recurſus.

Iterum anno 1560. menſ. Januar. poſt ſolſtitium hyemale Harlemum profectus ad nuptias ibidem prioribus & quidem longe gravioribus pathematibus calculoſis aggreditur, priora fere remedia, paucis hinc & inde mutatis, propinantur, ſimul adhibito incaſſum cathetere, pro teſtimonio, quod calculus renum neque in pene neque collo veſicæ, ſed in uretheribus hæreat. Tandem poſt 6 dies, per quos urina omnino ſtiterat, copioſa valde fœtens cum lapillo molei pruni inſtar & paulo ob-

oblongiore, deinde cum lapillis piſorum modo rejecit, ac demum & jam curatus fuit. obſ. 26. l. 24. p. 476.

6) iterum recurrens.

In hoc eodem anno menſ. Jul. in idem malum relapſus eſt, ex calculo in urethere ſiniſtro rurſus impacto cum omnimoda urinæ ſuppreſſione ac prioribus ſymptomatibus, proprio conſilio ſumſit decoct. Senn. Autor vero adhibuit fomenta & linimenta emollient. & anodyna, decoct. pellent. clyſter. his factum eſt, ut denuo lotium flueret, ac lapillum unum & alterum ad piſi magnitudinem rejiceret. obſ. 27. hujus libri p. 482.

7) iterumque.

Hoc eodem anno menſ. Octobr. cum muſtum bibiſſet, ac caſtaneas comediſſet, eodem malo correptus fuit, jam iterum antea adhibita remedia propinata optatum effectum dederunt. obſ. 28. hujus libri pag. 483.

8) Mors.

Tandem anno 1561. menſe Martii in urinæ ſuppreſſionem adeo gravem iterum incidit, ex calculo rurſus obſtruente uretherem ſiniſtrum, ut *mors* tandem ſubſecuta fuerit.

9) Hæ-

9) Hæmorrhagia nar. ſympt.

Diverſa a variis medicis præſcripta ſunt remedia & plurima, tandem communi conſilio ad cantharides, ad pulverem vitri combuſti & præparati, ac alia diuretica potentiora deventum eſt; aſt inflammatio, febris ſatis aucta (tam per vehementiam morbi, quam nimis irritantium & lædentium remediorum uſum exſuſcitata) obſtructio alvi & urinæ in dies major facta & periculoſior; demum accitur Autor qui per apta remedia quidem die 12. morbi ruſum lapillum ad magnitudinem piſi cum lotii excretione libera, foras detruſit, febris vero malignior ſuſpecta perſtabat, vires dejectæ manebant, tandem die 14. morbi ſuperveniebat *narium hæmorrhagia ſymptomatica* ſatis ſuſpecta, quod naturæ conamen nihil utilitatis, potius majus periculum ac ſubſequentem ex inflammatione ſphacelum præ foribus indicabat; die 17. morbi ergo accedebant deliria ex raptu humorum ad caput, & paulo poſt mors. obſ. 29. h. l. pag. 484.

Cautelæ: ubi calculus in urethere impactus hæret in principio diuretica admodum nocent (de his Guainerius exemplum triſte adfert,) potius conferunt emollientia in- & externa. Montanus in conſult. 93. recte dicit: Manifeſtum eſſe, renes & veſicam, ubi ſemel aut bis afficiuntur, ut-

plu-

plurimum imbecilliores reddi, & præparari ad nocumenta facile graviora ſuſcipienda. Illi itaque, qui ſemel paſſi ſunt calculum, facile in recidivam incidunt.

Vera medendi methodus Autoris in calculoſis.

Secundum Autorem vera medendi methodus ſtrictim in ſcholiis indicatur: primo injicitur clyſter emoll. & pro rei exigentia ſubinde repetitur. Deinde fomenta & linimenta emollient. dolorem ſedantia adhibentur. Poſtea ſuum decoct. ad calculum diligenter & ultimo laxantia propinantur. Quam methodum laudat non ſolum in paroxyſmo acceſſionis, ubi calculus renum uretherem obſtruit, ac lotium retinet; verum etiam in quavis renum obſtructione, ſive ex materia viſcoſa, ſive ex calculo. His præmiſſis tandem ad providum diureticorum ſ. pellentium uſum devenit.

SPECIMEN XXXVII.

MELCHIOR GERHARDI, Cereviſiarius.

1) Catarrhus.
2) Cephalalgia.

Perpetuo *catarrhis* obnoxius, longo hinc tempore *cephalalgia*, quæ per intervala

la ſæpius recurrebat, adflictus, variis adhibitis evacuantibus, demum errhinum adhibitum fuit, quo pituita copioſe e naribus fluxit, & catarrhalis defluxio & cephalalgia utcunque mitigabatur. obſ. 18. lib. 9. pag. 275.

3) Ulcus veſicæ.
4) Calculus.
5) Cachexia.
6) Mors.

In ætate conſiſtente *ulcus diuturnum* in *veſica,* antea enim fuerat *calculoſus,* habebat, cum tanto fœtore, ut vix quisquam apud eum conſiſtere poſſet. Exinde interea factus eſt admodum *cachecticus.* obſ. 36. lib. 24. pag. 497. ſchol. Cum itaque longo tempore valde diureticis uteretur, multo pejus, propter hanc factam nimiam irritationem, habebat, & urina acrior reddebatur, cum ſummo cruciatu & ardore; ſolamen aliquod afferebat decoct. demulcens & leniens. Tandem tabe, uti ſolenne eſt, & ſenio confectus ex hoc malo eundem excarnificante, *mortuus* eſt.

SPECI-

SPECIMEN XXXVIII.

Monachus ex Francifci Ordine.

1) Eryfipelas faciei.

Aliquando *eryfipelate faciei* admodum deturpatus fuit; hic affectus probabiliter narium hæmorrhagiæ molimina pro caufa agnofcebat, unde facile varii capitis affectus exoriri folent, quando motus quidem adfunt, fed non ad exitum perveniunt. obf. 6. l. 1. chir. p 26.

2) Catarrhus.

3) Tuffis.

4) Sputum cruentum.

Exinde etiam poftea in ætate adultiori, propter congeftoria circa caput molimina, enatæ funt ftagnationes fanguinis, & fecesfiones feri, quæ *catarrhales defluxiones, tuffim*, imo *fputum cruentum* ætatis fuæ 30. introduxerunt.

Curabatur venæ fectione, quæ tamen fuiffet præftantior in pede, laxantibus, decoctis & electuariis leniter adftringentibus. obf. 11. lib. 16. pag. 15.

5) Her-

5) Hernia.
6) Dysuria.
7) Tenesmus.

Ætatis 70. herniæ suæ, quam diu antea habuerat, superveniebat jam *dysuria* & *tenesmus* ex frigore; hinc lenientia, demulcentia & antispasmodica adhibebat cum levamine. obs. 41. lib. 22. pag. 418.

Specimen XXXIX.

NICOLAVS GVILHELMVS, Consul.

1) Febris epidemica.
2) Pleuritis.

Sanguineo-phlegmaticus anno 1580. ætatis 47. *Febre* simul, tunc temporis grassante, *epidemica* laborabat ex catarrhali defluxione orta, hinc in hoc viro transibat in *pleuritidem* (uti in aliis in peripneumoniam &c.) contumaciorem cum aphthis, die 21. critico solutam, & sanatam; interim cum hac singulari circumstantia, quod urina semper fuerit tenuis, clara, translucida, instar aquæ usque ad finem morbi, cruda manens; hoc Autor aliâs in pleuritide nunquam observavit. observ. 3. lib. 6. pag. 153.

3) Ulcus in crure.

Ulcus interea habebat *in crure* annuum, ſine dubio ex metaſtaſi febris pleuriticæ, quoniam tunc temporis urina cruda maneret, hinc neque per urinam, neque per ſudorem facta fuiſſet criſis, ad crus translata.

4) Tertiana.

5) Mors.

Anno 1583. menſe Septembr. ætatis 50. per æſtatem laboribus intentus, ac horariis fructibus nimium delectatus, in *febrem tertianam* pejoris indolis, cum itaque, ſuo ex conſilio. Purgans, materia adhuc exiſtente cruda, vehementius, nempe elect. de ſucco roſar. paulo ampliore doſi, imprudenter adſumſiſſet, quo licet quinquies alvum depoſuerit, febrem tamen per ſe ſatis malignam valde auxit. Altero die venæ ſectionem in brachio ſatis copioſam inſtituit, rurſusque aſſumto eodem purgante, mutatur eo magis in malignam, cum virium dejectione, ingenti ſiti, capitisque dolore vehementiore, ac ſubinde delirabat, cum omnimoda exſiccatione ulceris annui in crure, tanquam peſſimo ſigno. Sic ſua culpa adeo febrem adauxit, quanquam varia remedia adhibita, ſed

incas-

incassum, essent, ut septimo die morbi *moreretur*. obs. 25. l. 2. p. 44.

SPECIMEN XL.
NICOLAVS HALSIVS.

1) Variolæ.
2) Opthalmia.
3) Pterygium.

Puer 8. annorum post *variolas* nondum recte exsiccatas aeri nebuloso & ventoso sese improvide committit, hac ratione materia variolosa retrogreditur, ac *inflammationem oculi* inducit, collyrio adhibito, melius quidem habere visus est; verum post 4. dies subito catarrhalis metastasis adaucta, & impetuosior ad oculum facta, majorem affluxum & rubedinem, cum insequente *pterygio* excitavit; jam recte *cura* cum laxantibus & sacculis calidis discutientibus & lenientibus & collyriis ad pterygion ex vitriol. alb. & aliis cum successu per aliquot tempus instituebatur.

4) Scabies humida.
5) Ulcera in cruribus.

Interim nondum reliquiæ materiæ variolosæ e corporis massa exterminatæ, ulterius

rius deturparunt totum humorum laticem, ac produxerunt *ſcabiem humidam* etiam in fronte & circa oculos, cum *ulceribus*, in cruribus, *cruſtoſis*.

Cum decocto ſennæ bene purgabatur, & ſtatim unguent. ex cap. calamin. litharg. auri & argent. ſulph. ceruſſ. cum axungia porcin. ad complementum curæ, inungebatur.

SPECIMEN XLI.

PET. BRONCKHORST.

1) Tuſſis.
2) Catarrhus.
3) Cephalalg. gravativ.

Anno ætatis 30. *tuſſi moleſta* ex continua *catarrhali defluxione* ad pectus divexabatur, cum *capitis dolore gravativo*, narium obſtructione, borborygmis & flatibus.

Catarrhus latius ſumptus, uti præcedentia ſcholia habent, in externis magis partibus excitatur congeſtionibus ſanguinis & ſtagnationibus, & inde factis ſeceſſionibus ſeroſæ humiditatis in oculis, maxillis, dentibus, cervice, ſcapulis, brachiis, lateribus, dorſo, lumbis, coxendice, cruribus, ac in omnibus articulis.

In

In internis excitatur, quando ibidem congeſtio humorum & ſeceſſio fit, hinc apoplexia, paralyſis, ſtupor, tremor, cæcitas, ſurditas, tinnitus, odoratus privatio, gravedo, raucedo, tuſſis, angina, pleuritis, aſthma, phthiſis, & viſcerum aliorum obſtructio, infarctus, ſcirrhus.

Ex hoc capite catarrhus eſt quam plurimorum morborum procreatrix; & hinc antiquioribus mater omnium morborum dictus eſt. Hic in hoc ægroto cura inſtituebatur cum decoct. reſolv. & laxant. ac denique roborantibus. obſerv. 130. lib. 10. pag. 471.

4) Peripneumonia.

Sic alio tempore, cum ſæpius catarrhis obnoxius eſſet, tandem incidit in *peripneumoniam* cum febre acuta & præcedente horrore, ſputo cruento magna cum moleſtia, & anhelitus difficultate pectoriſque gravitate, exſpuente.

Adhibito laxante ſtatim venæ ſectio adhibita fuit, quibus ſubjunctum decoct. pectorale & eclegmata. Septimo die ſudor criticus malum aliquomodo lenivit, diæta fuit leniens & tenuis. 13. & 14. die morbi magis ſudavit & ex integro curatus fuit.

Autor monitum ad Medicos adjungit: Ad Medici honorem & ægri utilitatem

pertinet, tales morbos, qui plus periculi adſerre poſſunt, non parvi facere; quare ſiniſtros eventus potius præmeditari, ac omnibus ſymptomatibus ita ſuccurrere debeant, ne id, quod ſtolidis contingit, ubi mala ſubito irrepunt, dicant, *ſe hoc non putaſſe.* Ideo omnibus modis Medicus peritus & pius operam dabit, ne pleuritis & peripneumonia in ſuppurationem tendat. obſ. 47. lib. 16. pag. 73.

SPECIMEN XLII. PET. SAFFINIUS.

1) Dyſenteria epidemica.

Sanguineo-melancholicus anno 1556. in autumno, ubi hic morbus ſolennis, *dyſenteria epidemica* maligna cum excoriatione decumbebat. Per 2. menſes modo mucoſa, modo purulenta cum ramentis inteſtinorum haud ſine dolore, febre, ſiti &c. dejiciebat. Hic morbus in Belgio frequentiſſimus eſt, imo populariter ſæpe æſtate & autumno adfligit.

Curabatur lenientibus decoctis, clyſteribus, laxantibus rhabarb. adſtringentibus & roborantibus.

2) He-

2) Hemicrania.

Anno ſequenti itidem in autumno, in *capitis dolorem diuturniorem in occipitio hærentem* incidit, per totum hyemem durantem, cum cardialgia, vertigine, oculorum obſcuratione & tandem memoriæ debilitate. Unde videmus, quod hæc pathemata ex regurgitatione & ſtaſi ſanguinis ſuum ortum habuerint; imo quoniam præcedente anno per dyſenteriam multum ſanguinis per inteſtina ejectum fuerat, in hoc ſubjecto ſanguineo-melancholico jam regreſſum fecerat, ad caput & circa præcordia, & ibi ſuâ abundantia congeſtorias & eluctatorias moleſtias fecerat.

Primo pilulis laxant. & decocto præparante, diſſolvente cum victu attenuante utebatur, & hæc ſubinde alternabantur, donec morbus remiſerit. obſerv. 63. lib. 9, pag. 310.

Specimen XLIII.

PETR. CANDIDUS.

1) Hæmorrhoides.
2) Hydrops.
3) Hæmorrhoides fluent.

Craſſus & cereviſiæ potator aliâs *hæmorrhoidarius* tandem ætatis ſuæ 50. ex

hæmorrhoidibus reſtrictis in *Hydropem Aſcitem* menſ. Novembr. devolvitur. Cum vero Empyrici cujusdam pollicitationibus variis auſcultaret, res eo devenit, ut non ſolum venter, ſed & Scrotum, facta *Hernia aquoſa* obſ. 26. lib. 27. pag. 618. in ingentem molem excreſceret, remoto tandem Empyrico advocantur, qui per varia adhibita purgantia ac antihydropica ſimul *hæmorrhoidibus apparentibus* fluentibus & ſic curationem omnino adjuvantibus, ægrotum a malo ſuo quadantenus, continuato remediorum antihydr. uſu; cum ſimul crus excoriatum quotidie maximam copiam aquæ emittebat, liberant.

4) Hydrops recurrens.
5) Mors.

Cum vero iterum cereviſiam largius, a qua diu abſtinuerat, biberet, & a cura abſtineret, iterum venter mirum in modum inflari cæpit. Itaque ſequenti anno menſ. Januar. cura reaſſumitur jam cum draſticis, cum potius hæmorrhoidum apertio curationis punctum fuiſſet, interim jam bene tulit. Tertia vero vice ſtatim hydropicus factus jam mulierculárum conſiliis utitur, quæ externis repellentibus & refrigerantibus eo deducunt malum, ut brevi poſt *mortuus* fuerit. obſ. 38. l. 19. pag. 258.,

SPE-

SPECIMEN XLIV.

Princeps Auriacus.

1) Febres tertianæ.

Sanguineo-cholericus, hinc ad febres recipiendas ſatis aptus, levi ſemper ex cauſa in *tertianas* ſatis *exquiſitas* incidebat, & bis ab Autore curatus fuit. Curæ & exercitia militaria, quibus admodum deditus, cauſæ erant fere ſemper hujus febris. Hoc interea in hoc Principe erat ſingulare, quod ſemper *nullis capitis doloribus* in omnibus febribus adfligeretur. obſ. 15. lib. 7. pag. 217. Schol. obſ. 7. lib. 4. pag. 131. Schol.

Curabatur ſemper temperantibus, venæ ſectione, & infuſ. Rhabarb.

2) Quartana.
3) Melancholia.
4) Febris maligna.

Ao. 1574. cum per hyemem totam *quartanam* laboraſſet, atque multis laboribus, tum ſollicitudinibus conſumtus eſſet, ob fratris mortem mœrore quoque adflictus, hinc quodammodo *melancholicus* menſ. Auguſt. in *febrem bilioſam malignam* incidit,

Hic venæ ſectio & purgans ex aloe & agarico a medico domeſtico male adhibebatur, quoniam Sereniſſimus præcedente hyeme quartana & curis extenuatus fuerat; hac ratione inductus fuit fluxus biliosus cum magna virium dejectione, ac febre magis magisque increſcente, cum ſiti ingenti. Victus quoque minus conveniens erat, namque calidis & exſiccantibus alimentis, & vino rubro gallico utebatur. Sepoſitis ergo his, quæ febrem magis accendebant, ſubordinabantur decoct. cinam. & convenientia alimenta. Ad fluxum bilioſum adplicabantur roborantia, & in fine & remiſſione morbi cibi reſtaurantes & humectantia, tandem curatus fuit. obſ. 7. l. 4. p. 130.

5) Febris catarrhalis.

6) Angina.

Anno vero 1581. menſ. Januar. *febre catarrhali*, cum ſimul feneſtræ ſemper eſſent apertæ, itidem *gutturis inflammatione* decumbebat. Febris catarrhalis mature cedebat, & ad anginam utebatur gargarismis, & ſic liberatus evaſit. obſ. 4. lib. 2. pag. 25.

SPE-

Specimen XLV.

SIMON HACKONIS.

1) Diarrhœa diuturna.

Annorum 35. debilis admodum, exiguæ ſtaturæ, bilioſus, aliâs ſupra modum ebrietati deditus, ex qua multis cruditatibus in primis viis ſcatebat, quæ inferebant *diuturnam diarrhæam.*

2) Apoplexia.
3) Hemiplexia.
4) Febris vulneraria.

Cum vero vix ex hac reſtitutus in publicum primum prodiret, caſu telum ſupra capitis commiſſuram dilapſum pericranium ei perrupit, & usque ad calvariam penetravit, oſſe tamen calvariæ nondum transfixo. Emanante ex vulnere plurimum ſanguinis, & a chirurgo vix faſciis adhibitis, ilico lapſus eſt in *apoplexiam*, quæ mox deſinebat in *hemiplexiam* ſine ſenſu & motu & loquela cum ſtertore & ſopore ac urinæ incontinentia ad ſex dies permanſit, tertio die *febris vulneraria* accedebat.

Quoniam interea venæ ſect. neglecta erat nunc admodum debilis ſtatim injicitur

tur clyster & scarificantur scapulæ, statim loquelam recipit, paralysi unius lateris permanente; insistebatur temperantibus, suppositoriis ac pro potu, cerevisia tenui, sic paulisper melius habere cæpit, & lotium jam non effluebat.

5) Urinæ obstructio.

Cum vero loquelam, motum & sensum quidem recepisset, accedebat hoc malum, quod *urina* prorsus *retineretur*, imposito vero emplastro c. ol. scorp. statim reddidit. Cum oleis roborantibus, antispasmodicis nuchæ, spinæ dorsi & cruri illitis paralysis quoque sublata fuit. obs. 79. lib. 10. pag. 417.

6) Hæmorrhoides.

7) Diarrhœa.

Annis septem post præcedentem morbum præterlapsis mens. Augusti *hæmorrhoidibus* cum *diarrhœa* adfligebatur cum hypochondrii dextri dolore, torminibus ventris, ac mingendi dolore. Per integrum mensem variis tonsorum & aliorum remediis frustra usus est. Autor tandem in consilium vocatus præscripsit decoct. aperiens, resolvens & leniter pellens, quo dolor & fluxus utcunque sedatus fuit; sed post tres dies rediit dolor & mingendi difficultas,

ficultas, cui fere prius decoctum opposuit cum levamine. Verum post septimanam in idem malum incidit, periculose jam decumbens cum tumore in hypochondrio, ex regressu sanguinis hæmorrhoidalis, alia & varia remedia adhibentur, sic major copia sanguinis cum excrementis dejiciebatur, ac sanus factus est. obs. 24. lib. 22. pag. 392.

SPECIMEN XLVI.
ZYTHEPSA DELPHICUS.

1) Erysipelas faciei.

Sanguineus ætatis 26. mens. Mart. *erysipelate faciei* cum rubore, tumore & inflatione ingenti, febre, dolore capitis ac angustia præcordiorum, quæ sine dubio ex narium hæmorrhagiæ moliminibus, vi temperamenti, muneris, ætatis, & tanto facilius, cum æquinoctium vernale esset, ubi sanguis in motum abripitur, natales suas referebat. Statim vena secabatur cephalica in brachio, forte melius in pede, & quidem magis præservatorie, quam curatorie. Porro adhibebantur temperantia quidem, sed externe magis reprimentia, ubi magis proficua fuissent derivantia, temperantia, discutientia. obs. 7. lib. 1. chir. pag. 26.

2) Ver-

2) Vertigo.

3) Tinnitus aurium.

Hinc fiebat, ut varie *vertigine* adfligeretur ex congestione sanguinis, cum vero inter bellica quandoque instrumenta versaretur, ex eorum ejaculatione & sonitu graviore, cum prope aurem fieret, *tinnitu* simul *aurium* correptus fuit. Purgantibus, attenuantibus & discutientibus curabatur. obs. 10. l. 12. p. 71.

Specimen XLVII.

Nauta Delphensis.

1) Febris.

2) Hectica.

Hic ex *febre* male tractata tandem *hecticus* evasit, quæ tabes per 2. annos illi adhæsit, & maxime emaciavit, donec ex metastasi febrili circa stomachum dolere cœperit, facta critica demum in externis partibus inflammatione suppuratoria, & tandem abscessu circa mucronatam cartilaginem stomachi, paulatimque inferius usque ad musculos abdominis descendente: facta incisione cauta, ne stomachus aut interiora læderentur, insignis puris copia effluebat. Demum post multos dolores

lores & labores poſt 2. annos curatus fuit.

3) Lienteria.

4) Mors.

Debilioris dein ſtomachi permanens, pancratice vivit, ſic *recidivam* iterum paſſus eſt, atque propter conſuetam naturæ antea evacuationem ſuperfluum humorum jam ad interiora delapſum *lienteriam* exſuſcitavit *periculoſam*, per ſtomachum itaque eliminare intendebat; quæ tamdiu continuavit, donec plane viribus conſumptus *moreretur*. obſ. 2. l. 1. chir. p. 8. obſ. 37. lib. 2. pag. 60. Schol.

Specimen XLVIII.

Dominus de BERNICORT.

1) Diarrhœa.
2) Dyſenteria.
3) Hectica.
4) Mors.

Sumſit aliquando paulo ampliore doſi Mexicanam radicem Ipecacuanham cum vino, inde incidit in *alvi fluxum enormem*, quem prius parvi faciebat, inde vero augmenta ſumebat, donec *dyſenteria maligna* ſc. vera inteſtinorum inflammatio

cum

cum ſanguinis excretione accedebat, quæ adeo ingraveſcebat, ut *hectica* & tandem *mors* ſuperveniret. obſ. 4. lib. 4. pag. 114. Schol.

SPECIMEN XLIX.

Senes tres.

1) Apoplexia.
2) Paralyſis.
3) Melancholia.

Inter quos primus Sartor pallidi coloris, 60. annorum, ſubito *apoplexia* correptus eſt, quam inſequebatur *paralyſis*. Alter erat Lambertus Michaelis Delph. itidem in *apoplexiam* & dein in *paralyſin* incidit, cui Empyricus cucurbitulas manui cum ſcarificatione male appoſuit, tandem mortuus eſt. Tertius menſ. Mart. cum auſtrina conſtitutio eſſet, quoque in *apoplexiam* cum ſubſequente *paralyſi* incidit. Primus & ultimus quidem curati ſunt, ſed poſt 3. & duos annos *melancholici* facti, ob difficiliorem ſanguinis tranſitum per capitis vaſa antea debilitata, denuo in apoplexias & paralyſes lethales relapſi ſunt.

Ex Medica Experientia fere ſemper videre eſt, quod qui ſemel apoplexia & paralyſi

ralyſi adfecti ſunt, raro tertium annum transgredi, quin hæc pathemata recrudeſcant, & fatalem mortem inducant. obſ. 77. lib. 10. pag. 414.

Specimen L.

Amalius Nobilis.

1) Catarrhus.
2) Cephalalgia.
3) Apoplexia.
4) Paralyſis.
5) Mors.

Annorum 62. cum longo antea tempore variis *catarrhalibus pathematibus* obnoxius fuiſſet, conſtitutione jam cœli tum pluvioſa, & auſtrina diu exiſtente & præcedente, tandem ingenti *capitis dolore* corripitur, quem demum menſ. Decembr. cum in templo precibus intentus eſſet, *apoplexia,* quæ illico in *paralyſin* mutabatur, excepit lethalis.

Autor hic annotat, quod apoplexia in regionibus frigidis & humidis non rara, imo frequentiſſima ſit, uti in Belgio. Sic quoque in locis frigidis, ob ſitum terræ, ut Florentiæ, Luccæ & Bononiæ, vel ob regionis naturam, ut Germanis, Britannis; præſertim ubi longa præceſſit frigida auſtrina aeris conſtitutio. obſ. 70. l. 10. p. 402.

Specimina Individualia Cognationum Morborum, in sexu sequiori.

& quidem

SPECIMEN I.

EVA TEYLINGIA, uxor Petri Foresti.

Sanguineo-cholerica, hinc ad varios spasticos anomalicosque præcipue uteri motus tanto proclivior, quod etiam ejus variæ corporis præpr. uteri adflictiones, quo penitius considerantur, haud obscure testantur.

1) Mensium fluxus prodig.

Cum itaque anno 1553. mens. Septembr. ætatis 28., amicis colludentibus, in horto & invicem aqua aspergentibus, non nihil se fatigasset, cum impetu subsecuta est *mensium fluxus* ex sanguinis orgastico facto motu, qui fere per tres menses duravit.

Hinc leniter adstringentia & contemperantia cum subjunctis laxantibus ex Rhab.

&

& Myrobol. Externe Renes inungebantur ung. adſtring. cum vinculis in brachiis & frictionibus adhibitis. Cum vero quotidie debilior, & ſtomachus languidior evaderet ad validius adſtringentia & incraſſantia varia Autor devenit. obſ. 14. lib. 28. pag. 647.

In Praxi interea provida admodum caute mercandum cum adſtringentibus, ne adſtrictio ſubitanea ex poſt magis ſontica pathemata adducat & inferat.

2) Fluor muliebris.

Alio interim tempore menſium fluxum excepit *fluor* modo ad *naturam ſanguinis*, modo ad *bilem* tendens, cum ſpaſticis lumborum doloribus, ac totius corporis alterationibus, hinc facies ſæpe rubore inficiebatur, quoniam itaque venæ erant turgidæ, & in vere eſſet, venæ ſect. adhibuit ex baſilica. Et inſuper fere methodus præcedens ſc. varia cohibentia adhibita fuerunt. Quanquam ipſe ex Aetio lib. 16. cap. 64. advertat: Quod, quando reprimentibus ſubito fluxus reprimatur, inſequantur facile hydropes, ſpaſmodici affectus, ventriculi & capitis pathemata. obſ. 21. lib. 28. pag. 657.

3) Pica.

Cum itaque prægnans eſſet levi ſpecie

picæ laboratat, seorsim sportulam domi habebat, cerasis plenam, quam & sæpissime salutabat, atque ex ea carptim subinde cerasa clam, ne quis animadverteret, sumebat. obs. 65. lib. 28. pag. 739.

4) Tertiana.

Anno ætatis 31. in *febrem tertianam* tum temporis populariter grassantem quidem incidit, cum vero statim oxyzacchar. simpl. sumeret, tantum unum paroxysmum habuit. obs. 7. l. 3. pag. 69. schol.

5) Passio hysterica.

Anno vero ætatis 35. mens. Jun. post consuetam mensium purgationem sine dubio parciorem, atque ubi se non bene tueretur, in *hystericam passionem* s. *suffocationem uterinam* gravem incidit, ex aere frigidiore improvide admisso. In cura adhibebantur antispasmodica, dissipantia in- & externe, & laxantia.

Odorem moschi plane aversabatur, hinc plumis accensis excitabatur. obs. 38. l. 28. pag. 684.

6) Uteri inflammatio.

Eodem anno mens. Jul. *uteri inflammatione* gravi, ex priori morbo orta decumbebat, & symptoma gravius ex præcedente

te morbo uterino. Adhibita manna c. aq. endiv. corruptos & biliosos secessus 4. cum maxima alleviatione effecit. obs. 28. l. 2. pag. 48. schol.

7) Parulis.
8) Epulis.

Anno ætatis 42. tempore Quadragesimæ cum halecibus salsis tum fumo induratis usa esset, iisque supra modum delectaretur sanguinem salinis & peregrinis recrementis adeo deturpavit, ut *gingivæ* supra modum *sanguinem funderent*, & subinde fœdæ & corruptæ evaderent, ac *epulis* supra gingivas excresceret. Diversis adhibitis curatio haud adeo expedita fuit, hinc a Chirurgo Caruncula ulcerata forcipe s. volsella excindebatur, jubente Paul. Æginetta.

Differt parulis ab epulide; parulis sec. Paul. Æginett. l. 6. cap. 27. & l. 3. cap. 26. est exiguus abscessus gingivas infestans; epulis vero est excrescentia carnis a parulide s. inflammatione excitata, aliquando cum febre & ingenti dolore, teste Aetio. Namque ulcus in parulide non curatum transit in epulidem, caruncula existente. obs. 16. lib. 14. pag. 117.

9) Hemicrania.

Sicque ſubinde *hemicrania* ex menſium turbis & hyſtericis pathematibus, quibus antea ſubjecta diverſimodo, & itidem quoniam in prægreſſis morbis in brachiis venæ ſect. adhibita fuerat, quæ in his circumſtantiis communiter melius in pede fuiſſet; hac ratione vero ſanguis magis ad ſuperiora adſuetus & deductus hoc & alia ſymptomata tanto certius inducere valuit. Quod ex eo clarius perſpicere licet, quoniam ſimul ſpaſticæ tractiones & tenſiones in hypochondriis circa v. portæ & hepatem ſimul concurrerent.

Exinde ob inductam conſuetudinem venæ ſectio ad motus heteroclitos ſanguinis ſopiendos, & palliandos, natura ſollicitante, iterum in brachio profuit cum laxante præmiſſo & repetito ſubinde. obſ. 52. lib. 9. pag. 301.

10) Oculorum rubor.

Ex hoc fundamento, ut in præcedente §pho dixi, & hemicrania facile decubitus ad oculos relinquit, maxime poſt perverſam in paroxyſmo tractationem; cum itaque ſimul eo tempore multa vitia oculorum ac pruritus palpebrarum per modum catarrhalis defluxionis graſſarentur, longa Auſtrina conſtitutione præcedente. In

hyeme

hyeme & hæc mulier *oculi* & *canthi majoris rubedine* diu laboravit, & metus erat, ne fiſtula lachrymalis ſ. ægilops inde naſcatur. Curabatur decoct. diſcutient. reſolv. ac pil. purgantibus, deinde cucurbitulæ cum ſcarificatione ſcapulis appoſitæ ſunt, ac pediluvia, interpoſitis collyriis. obſ. 14. lib. 11. pag. 22.

11) Stupor manuum.

Ex ſanguinis irregulari motu, & congeſtione ob venæ ſectionem repetitam in brachio ſubinde ſentiebat in manu potiſſimum dextra, a ſomno expergefacta præcipue, ubi in ſomno major affluxus ſang. & turgeſcentia in partibus exterioribus, *ſenſibilitatem* & *ſtuporem* quendam & difficilem motum. Rondeletius: Stupor cum ſit veluti diminuta paralyſis, iisdem etiam remediis, ſed levioribus, curabitur. obſ. 98. lib. 10. pag. 437.

12) Clavus hyſtericus.

Anno ætatis 47. menſ. Jan. *clavo hyſterico* afficiebatur, ubi dolor exiguam partem in latere dextro occupabat cum tuſſi rheumatica, & hic tanto magis patebat, quod a menſium turbis & congeſtione ſanguinis ad pectus & caput ortum traheret. Ad curationem plenariam faciebant poſt de-

coct. resolv. pectorale pilulæ purgantes. obs. 62. lib. 9. pag. 310.

13) Tussis.

Item ex catarrhali constitutione ob frigus forte liberaliter admissum *tussiebat*, quam sedabat vitell. ovi crud. cum sacchar. cand. obs. 3. lib. 16. pag. 4.

SPECIMEN II.

GERTRUDA BARTHOLDI.

1) Cardialgia.
2) Colica.

Anno ætatis 30. sanguineo-cholericæ constitutionis mens. Jun. incidit in intolerabilem *stomachi dolorem* cum hypochondriorum distensione & flatibus s. in *cardialgiam* & *colicam*, quæ per 4. vel 5. dies duravit cum maximo cruciatu ex mensium & hæmorrhoidum turbis, uti infra patebit, congestiones circa ventriculum & regurgitationes sanguinis causantibus. Curabatur laxantibus, roborantibus & carminativis. obs. 22. lib. 18. p. 163.

3) Hæmorrhoides simul cum mensibus.

Anno vero sequenti ætatis 31. *hæmorrhoides*

des ſimul fluentes cum menſium fluxu habuit, ubi quidem ad diverſionem ſecare juſſit Autor venam baſilicam brachii dextri, jam cum emolumento. Dolorem ante fluxum in hypochondrio dextro tanquam eminens molimen ad hunc fluxum. Hæ ſimultaneæ hæmorrhagiæ ex eminenti plethorica conſtitutione hujus mulieris elucent. obſ. 20. l. 22. p. 385.

4) Tertiana epidemica.

Ætatis 40. *febre tertiana epidemica* tunc temporis graſſante laborabat. *Cauſam* hujus febris epidemice graſſantis haud dubie quærere licet, quod anno præcedente in æſtate fuerit valde calida aeris conſtitutio. vid. obſ. 2. l. 3. p. 65. Hoc anno vero continua & repentina tempeſtatum mutatio. Quæ aeris & temporis conſtitutio itaque valde capax fuit hanc febrem populariter graſſantem excitare.

Cura: venæ ſectio fuit adhibita in brachio propter plethoram, melius in pede, die quietis, deinde laxantia ſudoris & urinæ promotio, & demum roboratio. Diæta erat propter temperamentum ſanguineo-cholericum refrigerans & humectans. Sic ſequentes cautelæ in diæta obſervabantur: 1) ne cibus capiatur, niſi alvus prius ſoluta ſit; 2) quod prior cibus prius ſit con-

coctus ante paroxysmi adventum; 3) ne adhibeatur, nisi tempore quietis; 4) quod a potu in paroxysmo & tempore nigoris abstineatur. obs. 9. lib. 3. pag. 71.

5) Mola.
6) Lochiorum excessus.

Aliquando se *gravidam* putabat, undecimo interim mense peracto, *molam* se habere recte suspicabatur. Quam etiam, caput rostratum instar accipitris habentem cum vi quadam ac maximis torminibus peperit adeo duram, ut ferro incidi non posset. Hanc molam exclusam statim enormis *sanguinis fluxus* excepit atque adeo gravis, ut in *syncopem* inciderit. obs. 62. lib. 28. pag. 726. Curatio, quæ ad sanguinis fluxum enormem, adhibebatur, erant remedia adstringentia & roborantia.

7) Mensium restrictio.
8) Melancholia hypochondr.
9) Cephalalgia.

Alio tempore, cum jam vidua esset, tempore mensium fluxus, actualis, cum foras profecta esset, oborta valida tempestate ventosa pluviosaque, subito *menstrua purgatio* restricta fuit. Cum vero boni habitus admodumque plethorica esset, quatuor interim periodi ferme præteriissent, quod

quod menſes non fluxiſſent, aliter, per hoc tempus ſanguine in corpore accumulato, fieri vix potuit, quin ſanguis abundans non tantum moleſtus, quam & ex plenitudine ſpiſſior evaderet, imo, partibus inferioribus conſtrictis, ſuperiora peteret, conſequenter circa v. portæ nimis congeſtus *melancholiam hypochondriacam* cauſari debuerit. conf. Albert. jurispr. med. P. II. pag. 149. ſimulque ad caput adſcendens & illud occupans *cephalalgiam frequentiorem* cum rubore faciei induceret. Congruo vero menſtruæ eruptionis ſemper molimina & motus ad eruptionem (ut talibus fieri ſolet Aet. lib. 16. cap. 59.) aderant magisque premebant, ſed ſemper fruſtraneo conamine; inde dolores circa lumbos & inguina ex ſpaſmis inteſtinorum percipiebat, flatibusque replebatur, unde ſubſultus, & tenſiones partium, horrores, horripilationes totius corporis neceſſario ſubſequebantur. Sic cognatio morborum ex menſium reſtrictione, certeque lerna malorum evidens evadit.

Cura: Primo laxans & venæ ſect. in brachio (& quidem male) ad 8. uncias adhibebatur; ſuam vero opinionem Autor corroborare volebat cum Amat. Luſitano cent. 1. cur. 41. cent. 1. cur. 15. Matth. de Grad. Nuol. Florent. Aet. & Avicenna conſentientibus.

Gale-

Galenus vero, & quidem recte, in poplitibus aut malleolis magis, in lib. de curat. adprobat, in cubito vero ad revellationem. Interim & ipse Autor alibi, ut obs. 2. l. 28. p. 627. & obs. 3. in tribus puellis, consentiente Aet. lib. 16. cap. 42. instituit venæ sect. in talo s. pedibus. Postea decoct. laxans ad melancholiam & menses compositum iterato adhibuit. Cum vero tempus mensium instaret ex talo jam, & bene quidem, venam aperire imperavit. Namque experientia medica comprobat, quod venæ sect. haud multum ante mensium eruptionem institui debeat, post venæ sect. ea, quæ menses provocant, adhibere. obs. 4. l. 28. p. 631.

SPECIMEN III.

ANNA IVONIS,

uxor Barth. Simonis.

1) Febris acuta.

2) Diarrhœa critica.

Valde phlegmaticæ & crassæ constitutionis Anno 1553. in hyeme in *febrem acutam* incidit, quam excepit *diarrhœa critica.* Quæ tanto facilius vi temperaturæ phlegmaticæ accidit, quo in experientia clinica,

clinica, clarius eſt, quod in phlegmaticis, quando in omnis generis febribus, quæ per criſin ſolvi ſolent, criſis naturæ per diarrhœam ſuccedebat utplurimum, quoniam haud tam proclives ſunt ad ſudorem, vel alias criticas excretiones; hinc natura ſuo critico excretorio motu, ſicuti phlegmatici in ſtatu ſanitatis lubricioris excretionis alvinæ communiter ſunt, ad inteſtina magis vergit, ibidem humores excernentes ſibi moleſtos cumulat, ac bono conamine, diarrhœam exſuſcitat ſuſcipitque. Hanc criticam diarrhœam ſatis ἀκριβῶς deſcribit Autor in ſchol. obſ. præced. h. l. p. 369. quando dicit: fluxum ventris criticum poſt febrem in die decretorio natura, quæque ſupervacua & noxia ſunt, expellere inſtituit. Signa bonæ criſeos adducit: quando cum exiguo aut nullo dolore procedit, præcedentibus ſignis concoctionis, & diarrhœa diſpoſitioni ſ. viribus corporis ſit proportionata, ægerque facile fluxum toleret, & levamen ſentiat, imo vires magis accedant quam decreſcant. Natura enim expellit & expurgat noxios & rotundentes ſuccas, qui corpus aggravabant.

Totum ergo curationis negotium relinquendum fuiſſet naturæ juxt. Hippocrat. ſect. 1. aph. 20. conſentientibus Galeno in comm. in h. aphor. & aliis tam veteribus quam præcipue recentioribus. Perperam

vero

vero tam ipſius quam aliorum ac muliercularum conſilio diverſis & variis utebatur remediis conſtringentibus, attamen quando magis ea adſumebat, tanto majori fluxu tentabatur, uti ſæpe fieri aſſolet, quod ſtyptica, quæ tantummodo agunt ſecundum naturæ ſenſum, alvum citaciorem reddant, ad inferiora magis materiam detrudendo.

Tandem poſt multa remedia incaſſum adhibita Autor in conſilium adhibitur, qui felici cum ſucceſſu roborantia cum laxantibus combinavit, quibus naturæ conamini ſc. excretioni criticæ, & quod in corpore erat ſuperfluum, conſentiente Aet. & Alex. Benedict. omnino ſatisfecit, priſtinæque ſanitati ægram reſtituit. obſ. 10. l. 22. p. 374.

3) Mola.

Alio tempore *molam* quaſi multos oculos habentem rejecit. In cura ad molam rejiciendam multa & varia incaſſum adhibuit, donec Autor laxantia, & ea quæ menſes promovent, ac extra relaxant, adhiberet, ubi ſec. Aet. lib. 16. cap. 82. ut ſpecifica admiſcuit Rutam & Anethum decoctis.

Ariſtoteles & Galenus 14. de uſu part. Cauſas molarum in agentis debilitatem repo-

reponunt, & quod mola non generari possit ſine maris admiſſione, ac ſaltem in fœminis concumbentibus, conſentientibus Fernel. Rondel. Aet. P. Æginett. Hippocr. lib. de ſterilibus, Amat. Luſit. cent.4. cur. 3. Recentiores vero referunt, quod ſine viri congreſſu in laſcivis ovula decedere, & cauſæ molarum fieri poſſint. obſ. 61. lib. 28. pag. 723.

SPECIMEN IV.

BARBARA ZUZIA, uxor Heuteri.

1) Cephalæa.

In autumno ſæpius *capitis dolore* maxime in *parte ſiniſtra* tentari ſolebat. Qui dolor ſemper evanuit, ſi hæmorrhoides (quibus ſolito more ſubinde affligebatur) fluerent; Aſt alio tempore menſ. Octobr. in autumno denuo, hæmorrhoidibus ſuppreſſis, *capitis dolore* conſueto corripitur, cum hypochondriorum & ventriculi tenſione & inflatione, ructibus & ſpaſticis dolorificis pathematibus, ex regurgitatione & translatione ſanguinis ad ſuperiora.

In cura adhibebantur Reſolventia cum repetitis laxantibus, venæ ſect. præſervatoria

toria in pede. His hæmorrhoides apertæ factæ sunt, & omnia pathemata cedebant. obs. 24. lib. 9. pag. 280. obs. 49. h. l. pag. 300. Schol.

2) Dysuria.

Alio tempore *mingendi difficultate* laborabat, quod symptoma itidem ad hæmorrhoides referri debet, ex spastica partium vicinarum constrictione, ocul. cancr. usui erant. obs. 25. l. 24. p. 475.

3) Infarctus lienis.

4) Hydrops ascitis.

Elapsis 7. annis itidem mens. Octobr. post hæmorrhoides longo tempore restrictas, incidit in *lienis oppilationem*, & ex ea tandem in *hydropem ascitem*. Venter & pedes tumebant.

5) Hydrops recurrens.

Prima curæ intentio erat, quo hæmorrhoides aperirentur, quare sumere debebat subinde Pil. 7. ex aloe lota cum aqua salviæ, præcedentibus decoctis aperitivis: ad aquam intercutem vero educendam tres pil. de Mezereo, ab Altom. cap. pr. de hydrop. descriptas. His remediis jam hæmorrhoides tempestive fluere cæperunt. Ad lienis apertionem & hydropis curationem

nem porro adhibebantur aperientia, resolventia, ac colliquantia & externe defendentia ac exsiccantia. Sic aliquomodo restituta, & intermisit curam, donec insequente anno mens. Jan. *hydrops* recurreret. Chirurgus quidam proponebat vesicatoria sub poplite adplicanda; Autor vero aliquomodo & lenia admisit, quoniam aliâs in ædematosis facile ulcera curatu difficillima imo gangrænam inferre solent; excitarunt magnas vesicas, ex quibus multam aqua effluxit, quæ exulcerationes deinde per se consolidatæ fuerunt.

Post aliquot dies vero pustulæ per se obortæ magnum pruritum excitarunt; proprio ausu caules rubros apponunt, unde pustulis perruptis in ambobus cruribus subsecuta est magna corrosio, & exulceratio, effluxitque continuo aqua s. ichor cum virium majori jactura. Hinc Autor ad gangrænam avertendam applicavit feliciter decoct. vinos. cum defendentibus & putredini resistentibus. His subjunxit decoct. fortiter resolv. purg. & diureticum, per quod satis evacuata, per aliquot dies *continuo urinam* reddidit, ac venter ad miraculum detumuit.

6) iterum.

At eod. anno mens. Septemb. circa æquinoct. venter iterum intumescere cæpit.

Post præparationem materiæ, assumptis bis terve pil. de Mezereo consuetis, iterum Vinum præced. cum aliis resolventibus & roborantibus interpositis adhibitum fuit. Cum vero videretur aliquomodo melius habere, curationem omisit.

7) iterumque.

8) Mors.

Sed anno sequente mens. Februar. ventre magis intumescente & aqua ac diaphragma adscendente, spirandi difficultas accedebat. Prioribus ac aliis remediis jam utebant, vires interim magis magisque dehiscebant, sic hoc anno mens. Jun. cum ultra duos annos & tres menses hydropica vitam misere produxisset, moritur.

SPECIMEN V.

ANNA ZUZIA.

1) Cephalalgia.

2) Lippitudo.

Annorum 18. juvencula *dolore capitis*, obs. 24. lib. 9. pag. 280. obs. 49. lib. 9. pag. 300. & lippientibus, obs. 11. h. l. pag. 267. in schol. laborabat. Quæ pathemata omnino ex mensium anomaliis orta erant, &

& cum his conſentiebant. Quare uteri ratio recte habenda fuit, ubi ſanguis reſtrictus ac ſurſum ad caput raptus cephalalgiam & lippitudinem oculorum induxerat. Quibus ſymptomatibus feliciter venæ ſect. in talo, & repetitas laxationes oppoſuit, menſibus hinc fluentibus ceſſarunt capitis pathemata.

SPECIMEN VI.

Domina de ASPEREN ſ. de CORNES.

1) Dyſenteria.

Prægnans extreme & longo tempore *dyſenteria* laborabat, inde valde debilis. Optimo vivendi genere, paucis adjectis remediis tonicis curata fuit. obſ. 34. l. 22. pag. 402. Dyſenteriam interim ante partum in gravidis ſalubrem fuiſſe notant Amat. Luſ. cent. 2. cur. 51. Hippocr. lib. 7. de morb. popul. ſect. 11. præd. Text. 30. lib. 5. Epid. Text. 33. Sennert. Prax. lib. 3. pag. 243. Epidemicam non lethalem Act. N. C. dec. 1. a. 3. obſ. 17. fœtui ſaltem noxiam, Hagend. centur. 2. hiſtor. 98. pag. 277.

2) Calculus.

Alio tempore menſ. Auguſt. cum in 8. menſe prægnans eſſet, adeo *calculo* (quo & ſæpe obnoxia erat) fuit affecta, ut mingere non poſſet. Et ſuſpicionem facit hanc mulierem ſimul menſium turbis obnoxiam fuiſſe.

Curatio inſtituebatur lenientibus ac diſcutientibus cum vino adſperſis & decoctis pectini appoſitis. His non tantum lotium ſed & 2 calculos ad piſi magnitudinem ex Renibus reddidit, neque fœtui obfuit, quin nono menſe poſtea feliciter peperit. obſ. 25. lib. 24. pag. 475.

3) Cordis palpitatio.

Aliâs, cum gravida non eſſet, *cordis palpitatione* vehementiori ſubinde affligebatur, ita, ut in apoplexiam, vertiginem vel epilepſiam incidere metueret. Unde ſimiliter deprehenditur, quod irregularitas in negotio menſium ſubfuerit, quæ hoc ſymptoma ſonticum, valde in his vulgare, induxerat.

Curabatur Elect. roborante & confortante, in quo meliſſam præpr. Autor laudabat, quod hæc ſola ſæpius in hoc malo ſuffecerit.

SPE-

SPECIMEN VII.

BARTHILDA, uxor Barth. Teylingii.

1) Aſthma.

Alias *aſthmatica* ad exſiccationem lactis poſt partum a Medico ad mammas Emplaſtr. exſiccans & repellens accepit, quo factum, ut humores retundantes majori impetu ad pectus adhuc dum propter aſthma debilitatum ruentes adauxerunt hoc malum cum majori tuſſi & catarrho, & induxerunt calorem depaſcentem ſ. tabem, ac fecerunt, ut ad vitæ finem perpetuo valetudinaria vixerit. obſ. 19. lib. 17. pag. 124. in ſchol.

2) Apoſtema.
3) Abſceſſum.

Ratione vero mammarum, & paulo poſt factam nimiam exſiccationem, ubi id quod tenue erat, evacuatum fuit, craſſiores vero materiæ ibidem congeſtæ partes relictæ formarunt *apoſtema* & tandem *abſceſſum*. Chirurgus aperuit ſcalpello abſceſſum, cum vero pus non bene exiret, quia nimis repurgantibus uteretur, oborta majori duritie & dolore, pultem ex farina

ſiliginis quidem cum ung. populeo mammis impoſuit, ſed propter inductum majorem affluxum per hæc appoſita pure emollientia, dolor & durities magis increvit, pure haud debite exeunte. Autor ergo accitus, amota pulte, emplaſtr. leniens & diſcutiens adhibuit, cum omnium ſymptomatum remiſſione, deinde facta ulceris mundificatione probe conſolidavit. obſ. 24. l. 17. p. 127.

4) Icterus.

Alio tempore menſ. April. ex ſtagnatione ſanguinis circa v. portæ, hepatisque obſtructione, indeque orta reduntantia bilis ſine quidem febre, ſed tamen dolore, qui dolor totum diaphragma & ventriculum per ſpaſticas ſuas contractiones occupabat, ideo ad vomitum, ructus & flatulentiam ſimul proclivis erat, cum alvo obſtructa & lotio croceo, *ictero* adfligebatur.

In cura ad dolorem ſublevandum ſtatim quidem clyſterem, ſed illa abhorrente, ſuppoſitorium acre, atque fotum externum carminativum adhibuit; interpoſitis laxantibus cum infuſis carminativis: his vero fere incaſſum adhibitis, Autor deveniebat tandem ad *ventoſas*, quibus tribus ſub ſtomacho & hypochondrio dextro appo-

appositis, dolor quidem incantamenti instar sedabatur. obs. 20. l. 19. p. 230.

Praxis provida interim vix approbare videtur, quoniam hac ratione major humorum affluxus ad hepar atque inde major obstructio & magis sontica mala facile induci possunt. Quod & Christ. Lang. in Oper. Med. P. III. in diss. de icter. & pass. hyster. in fine pag. 339. confirmare videtur, quando dicit: *An cucurbitulæ s. ventosæ siccæ applicatæ contra dolorem punctorium aliquid præstituræ sint, certo promittere non ausim.*

5) Quartana.

6) Icterus niger.

Ast paucis interjectis annis sc. post 3. annos, cum per annum integrum *quartana* laborasset, (quæ ex præcedentis ictericei morbi reliquiis ac hepate haud plane insonte, sed potius obstipato generari facile potuit) jam *icterus* fere *niger* se adsociavit febri quartanæ. Hinc patet consensus horum morborum, quod subinde reciprocentur, ita ut quartana ictero, & hic quartanæ cedenti succedat, interdum conjungantur, superveniat, & compliceatur.

Quibus malis vere priora infusa & decocta opposita erant; sed illa mense Junii a febre quartana liberata fuit; remanente

 nunc

nunc ictero, cui postea opponebantur decocta resolventia laxantibus acuata, cum externis fomentis, hac ratione & ab ictero iterum liberata & curata fuit. observ. 23. lib. 19. pag. 233.

Specimen VIII.

BERENDRECHTIA Matrona.

1) Hæmorrhoidum dolor in parturiente.

Admodum prolifica & obesa, ergo magis sanguineæ constitutionis in puerperio fere semper *doloribus hæmorrhoidum* valde affici solebat. Quæ cum, multis irritis adhibitis, a dolore haud liberari non posset, tandem suber combustus atque hujus cinis cum vitello ovi vel ol. rosac. linimenti instar hæmorrhoidum dolores miraculo quodam semper sedabat. Parturientibus hoc malum familiare est. obs. 5. lib. 23. pag. 427.

2) Exomphalon.
3) Ileon.

Postea cum supra 60. annor. esset mens. Octobris in *ileon gravissimum* prolapsa est, ex *umbilici ruptura*, qua multis retro annis labo-

laboraverat, ingentis magnitudinis; ita ut tandem excrementa per ſuperióra rejecerit admodum fœda & male olentia. obſ. 22. lib. 21. p. 344.

Quod hæc paſſio iliaca ſimul referri poſſit ad motum ſanguinis hæmorrhoidalem, ex eo probari poterit, quod hæc ægra prius ſæpius in ætate adhuc juniori fuerit hæmorrhoidaria; ſecundo quod hic morbus ſemper fere obſervaverit æquinoctia, ubi natura ſuis moliminibus utplurimum excretiones humorum abundantium intendere conſuevit. Et quod paſſio iliaca cum hæmorrhoidibus conſentiat inter alios plures vid. Albert. Tractat. de Hæmorrhoid. P. I. p. 292. p. 338. P. II. p. 198.

Cum mulierculæ varia experimenta incaſſum feciſſent, Autor unico clyſtere acriori carminativo jam curavit mulierem.

4) recurrens.

Cum itaque aliquamdiu libera fuiſſet ab hoc malo poſt 2. annos die 18. menſ. Martii in idem malum collapſa eſt, ac per tres dies excrementa per os rejecit, urina jam magis tincta, quam prius erat, & febricitabat, cum oris ſiccitate & amaritie, & metu aphtharum.

Decoct. hordeat. cum ſyrup. acet. ſimpl. interne, externe ventre ol. aneth. & chamomel. inuncto, enema iterum adhibebatur cum ſolamine.

5) iterum.

Deinde per aliquot menſes frequentes recidivas habuit, iisdem fere remediis ſemper curata fuit.

6) iterumque.

7) Mors.

Poſt 2. annos die 24. Febr. tempeſtate exiſtente nivoſa turbulenta, in idem malum relapſa, iterum, clyſtere adhibito, ſanata fuit. Verum hoc eodem anno die 6. m. Octobr. recidivam paſſa eſt; Alia prius remedia, Autore inſcio, adhibet, tandem vocatus Autor cum alio ſimul medico varia utilia adhibuerunt, ſed fruſtra, hinc poſt 12. diem Octobr. *obiit.*

SPECIMEN IX.

Catharina Jacobi Florent. Teylingii.

1) Malum iſchiadicum.
2) Nephritis.

Anno 1557. menſ. April. *dolore lumborum & renum* adflicta, urinam lixivii inſtar

ſtar modo nigram, modo ſeroſam cum ſanguine permixtam ſubinde & diutius mejebat, ob debilitatem, uti Autor vult, renum, virtute colatoria oblæſa, vaſisque laxatis. obſ. 5. l. 24. p. 445.

3) Mictus cruentus.

Interim probabilius erit inferre, hunc fluxum fuiſſe *mictum cruentum* ex menſium turbatione, regurgitatione & congeſtione circa hepatem, renes & veſicam, unde dolores, gravitates & diſtenſiones in hypochondriis, atque debilitates harum partium. De mictu cruento ex menſibus reſtrictis vid. Braſſav. comm. ad aph. 25. ſ. 4. Hipp. Hœchſtett. dec. 1. pag. 93. Salmuth. cent. 3. obſ. 36. Schenck. lib. III. obſ. 10. lib. IV. obſ. 7. Itaque ſimul fieri potuit, ubi ſanguis nimis circa & in renibus fuit congeſtus, hunc fluxum excitare.

Cura erat roborans ſimulque ſubadſtringens cum laxantibus. Externe cerat. infrig. Galen. cum ol. roſar. ung. alabaſtr. ad regionem renum.

4) Difficilis partus.

In partu fere ſemper membranæ, ob tenuitatem, aqua ſtatim ac ante tempus effluente, perrumpebant, hinc factum, ut plerum-

plerumque per 6. pluresve dies in *difficili partu* permanserit, quoniam viæ nimis exsiccabantur, quæ optime lubricari poterant cum malvæ & fœnu græc. decocto, cui admixta sunt album ovor. aut ptisanæ ex crem. hord. juxta Aet. observ. 75. lib. 28. pag. 759.

Specimen X.

Cornelii Johannis uxor.

1) Cachexia.

Magis sanguinei temperamenti ætatis 36. adhuc virgo, *cachexia* aliquamdiu laboravit, ita, ut de hydrope metus esset, ob menses retentos, hinc toto corpore pallida erat, ac vix respirare potens inter ambulandum.

In cura adhibebantur resolventia, laxantia, venæ sect. in pede, tandem aperientia & menses lientia, sic mensibus apertis, curata fuit. obs. 25. l. 19. p. 235.

2) Menses prodigi.

Post 3. annos mens. Octobr. *mensium fluxu nimio* adflicta fuit, & quanquam guttatim & paulatim inordinate, sed satis diu fluerent, macilenta tamen & pallida est facta, hinc Autor ad adstringentia, resolventia

tia & roborantia devolutus, varia hujus generis remedia incaſſum adhibuit; donec tandem magis & pure adſtringentia applicaſſet, ex quibus quidem fluxus inhibitus fuit, ſed cephalalgia cum vigiliis, febrili æſtu & ſiti inſequebatur, tanquam verus teſtis, quod tonica reſolventia cum gummat. & amaris magis uſui eſſe potuerint. obſ. 11. lib. 28. pag. 642.

SPECIMEN XI.

EVA TEYLINGIA cognata.

1) Scabies.

Sanguineæ complexionis ætatis 7. per 9. annos ad ætatem 16. *Scabie* laboravit.

Curabatur demum decoctis ſanguinem depurantibus interpoſitis laxantibus. Deinde balneum ex rad. lapath. acut. fumar. malv. ſcab. viol. hed. arbor. furfur. & ſal. comm. decoct. in aqua comm. quinque diebus continuando per horam inſedendo, facta dein abſterſione lectum calidum intrabat & ſudabat. Materia ergo ſufficienter ad cutem propulſa, unguento, inuncta repetitis vicibus curata fuit. obſ. 11. lib. 5. chir. pag. 158.

2) Paſſio hyſterica.

In adulta ætate admodum prona ad venerem, cum viro in hyeme nupſiſſet poſt menſium purgationem in *ſuffocationem uteri* ſ. *paſſionem hyſtericam* incidit.

Medici curam inſtituerunt cum decantatis uterinis calidis, aſa fœt. caſtor. moſch. in- & externe adhibitis ac interpoſitis purgantibus. Qualia vero detrimenta talia decantata calidiora uterina adferant praxis quotidiana uberrime teſtatur. Huic præcipue in hoc ſubjecto ſanguineo ſalaci & nuperrime nupto, ubi magis commotio & orgaſmus ſanguinis pro cauſa habenda erat, clyſteres emoll. & contemperantia nitroſa magis e re fuiſſent. Cum itaque Autor adhibitus fuiſſet in conſilium, haud inconvenienter coitum ſæpius celebrare juſſit; id unicum & optimum remedium eſſe, omnis ſchola Medicorum teſtatur, dicit Autor. Sicuti etiam hæc ſubjecta, quando ab uterino affectu ſuffocata, ſi coeant, prompte utplurimum concipiunt. obſ. 29. lib. 28. pag. 672.

Specimen XII.

GUILHELMINA de OOST-HOREN.

1) Calculus.
2) Arthritis.

Sanguineo-cholerica ſubinde *calculo renum* cum *arthriticis* adflictionibus obnoxia fuit, ditis enim erat & delicate vivebat. Cognatio interim inter calculum & arthritidem ſatis ſuperque ſeſe in quotidiana praxi manifeſtat, hinc refert Guainerius: Calculoſam paſſionem Dominam Arthritidem diligere, & tantam ſimul cum ea habere affinitatem, ut una ſine altera aliquem (vel aliquam) raro invadat.

Cura abſolvebatur cum Thereb. ſæpiſſime ſuperbibendo cochleare unum ſyrup. infuſ. roſar. comm. Therebinthinæ uſum etiam corroborat cum monacho, de quo Amat. Luſit. cent. 1. cur. 63. agit, qui aſſiduo Thereb. eſu a nephritide & arthritide curabatur. obſ. 20. l. 24. p. 463.

3) Febris.

Ætatis vero 52. menſ. April. in *febrem* cum capitis dolore, & alvo adſtricta incidebat,

debat, aliâs enim, ut ſupra dictum, erat calculoſa & arthritica.

In cura Autor dicit, in omni febre eſſe obſervandum, ut ſaltem æger quotidie alvum deponat, vel ſua ſponte, vel arte. Quoniam vero hæc ægra clyſterem recuſaret, decoct. ex multis & variis cum laxantibus compoſitum eſt adhibitum, ſic ſanata evaſit. obſ. 37. l. 7. p. 233.

4) Febris acuta.

5) Nephritica.

Anno ætatis 60. in *febrem acutam* incidit, cum viligiis, alienatione mentis, ſiti ingenti cum lingua aſpera, ac doloribus intolerabilibus circa renes, ſic magis erat *febris nephritica*. Erat enim vidua admodum dives, licet ſatis annoſa, voluptatibus tamen adhuc dedita, cibisque optimis inſuper quotidie utens, quæ ad venerem incitabant, hac ratione anſam dare debuit huic febri.

In *cura* ad ſitim dabatur oxyſacchar. ſimpl. mox laxans. Deinde venæ ſectio larga in dextra manu, quoniam erat robuſta, plethora adfecta & miſſioni ſanguinis ſingulis annis adſueta. His ſubjungebantur decocta contemperantia, motum humorum aliquomodo ſiſtentia, mox laxativa, non omiſſis externis & capitis & renum

renum dolores, ac ad pedum plantas; demum roborantia, ſic tandem ſanitati reſtituta fuit. obſ. 20. l. 5. p. 142.

Specimen XIII.

HORNANA Mulier.

1) Apoplexia.

Sanguineo-phlegmatica ætatis 35. habitu corporis ἐυσάρκῳ concidit ſubito e ſella & *apoplexia* corripitur, ex ſanguinis redundantia.

2) Aſthma.

3) Catarrhus.

Antea enim ſubinde *aſthmate* tanquam morbo familiari & catarrhalibus fluxionibus obnoxia erat, ex quibus malis apoplexia facile exoriri debuit.

4) Paralyſis.

5) Veſicæ.

6) Memoriæ læſio.

Enema ſtatim injicitur acre, omiſſa venæ ſectione, a pharmacopœo. Tertio vero die apoplexia in *paralyſin* ſiniſtri lateris mutatur, quoniam hi morbi admodum af-

ſines ſunt, & paralyſis utplurimum apoplexiam ſuccedit, cum *veſicæ* ſimul *paralyſi*, ut per tres deinde ſeptimanas urina ultro efflueret, obſ. 92. lib. 10. pag. 431. cum ſubſequente *memoriæ læſione.* obſ. 32. h. l. pag. 357.

Septimo die morbi Autor demum accerſitur. Sopor gravis aderat, nec mente conſtabat. Venæ ſectio intermittebatur, propter vires labefactatas, quæ in principio egregie conveniſſet. Suppoſitorium, cucurbitulæ c. ſcarif. in nate dextra & ſcapula dextra vices venæ ſectionis implere debebant, ſic frictiones adhibebantur in membris paralyticis. Enema interim injectum multum levaminis & a ſopore attulit. His ſubjuncta ſunt decocta reſolv. roborantia ac diſcutientia, cum repetitis iterato clyſteribus & inunctione ſpinæ dorſi, cruris & brachii paralytici: hinc incepit membra melius movere, ac in dies magis ad mentem redire loquelamque recuperare.

7) Febris ſolvit paralyſin.

Febris interea ſuperveniebat, quod bonum ſignum, namque per eam magis reſolvebatur.

Subjuncta itaque commoda victus ratione, pilulis purgant. ac externis, continuato

to usu, roborantibus, melius haberi cæpit. obs. 81. l. 10. p. 419.

Memoria interim plurimum diminuta manente, iis remediis, quæ in Schol. obs. 32. h. l. pag. 357. adducuntur perfecte curabatur.

8) Peripneumonia.

Anno ætatis 38. mens. Januar. in *peripneumoniam* incidit. Aderant magna spiritus difficultas, oculi tumidi, præcordiorum angustia & gravitas summa, febris acuta, tussis valida, sputum pituitosum vix aut parum cruentum. Facile fieri debuit peripneumonia in asthmatica præsertim in hyeme, transpiratione impeditius procedente.

Curabatur suppositorio, venæ sect. in brachio dextro, decoct. resolv. & leniente, pectus inungebatur oleis lenient. antispasmod. & fotibus, his subjungebantur magis expectorantia, & denique roborantia stomachica, quibus satis mature sanata fuit. obs. 44. l. 16. p. 67.

SPECIMEN XIV.

HESTER Matrona.

1) Lienis obſtructio.

Cholerico-melancholica anno 1546. *lienis obſtructione* & *tumore* levi laborabat, ex malo hypochondriaco, quod ſine dubio originem habebat ex menſium turbis.

Remedia erant reſolventia, aperientia incidentia, venæ ſect. in manu, (melius in pede) & purgantia. Externe cerat. reſolv. præc. ex gum. ammoniac. Decoct. rad. filicis ab Elideo & Amat. Luſit. cent. 6. cur. 39. admodum laudatur. Capparum uſus & eſus cum aceto ſolus & continuus Vetulam quandam a tumore lienis duro curavit. obſ. 2. l. 20. pag. 273.

2) Febris tertiana epidemica.

Anno 1556. menſ. Octobr. in *febrem tertianam epidemice* graſſantem incidit.

In his & ſimilibus febribus proponit Autor 4. peragenda generaliter, ſc. alvi lenitionem, materiæ præparationem, purgationem & afflictarum partium corroborationem.

Quam viam & methodum Autor in hac muliere puerum lactante inſiſtebat. obſ. 8. lib. 3. pag. 69.

3) Cancer

3) Cancer mammarum occultus.

Cum vero Vetula esset, *cancro mammarum occulto* laborabat, qui utplurimum ex vitiis mensium & sanguine inde crasso atque motibus perversis humorum ortum habet. obs. 27. lib. 17. p. 130.

Specimen XV.

JUSTA TEYLINGIA.

1) Malacia.

Sanguineo-cholerica cum gravida esset, 12. haleces noviter salitas sine noxa commedit, sicque *malacia* laborabat, uti hæc temperamenta facile inclinant ad absurda, & præcipitia sunt in suis utplurimum actionibus, sic hæc mulier testimonium de hac re exhibuit. obs. 65. lib. 28. pag. 739.

Interim multorum infantum mater, ne lactis defectu laboraret, semper usa est hord. excort. cum lacte decocto. Uti & Amat. Lusit. cent. 4. cur. 92. de muliere refert, quæ ex pauco sanguine lactis defectu premebatur, cui eupepta & sanguinem generantia dedit. obs. 16. l. 17. p. 121.

2) Paralyſis lateris ſiniſtri.

Sed ætatis ſuæ 59. nunc vidua inter cibandum menſæ accumbens ſubito *paralyſi totius ſiniſtri lateris* adfligitur, mente integra manente, ex conſuetarum evacuationum turbis, & ſic morbus ſenilis ætatis.

Cum vero adminicula non ſtatim convenientia adhiberentur, ſc. frictiones, clyſmata, & alia præſidia congrua, factum eſt, ut, quanquam aliquomodo demum per pilul. laxant. Elect. roborant. & alia reſtituta fuerit, ad vitæ finem paralytica manſerit. obſ. 85. l. 10. p. 425.

3) Viſus debilitas.

Ætatis 70. *oculos debiliores* cum *levi rubedine, dolore* atque ex leviſſima cauſa cum lacrymis effluentibus habebat. Qui affectus in ætate ſenili præcipue in fœminis frequentior eſt, ex conſuetarum evacuationum intermiſſione. Unde Rondelet. recte dicit: Debilitas viſus a multis cauſis fit, & pro varietate cauſarum varia ſunt remedia. obſ. 34. lib. 11. pag. 42.

4) Febris acuta.
5) Diabetes ſymptomatica.
6) Tabes.
7) Mors.

Ætatis 73. tandem incurrit *febrem acu-*

tam

tam ardentem, in qua post 7. diem in *diabetem symptomaticam*, quasi criticam admodum excedentem, ex visceribus a paralysi antecedente læsis debilitatisque incidit. Admodum sitibunda erat, & per tres noctes diesque continuos adeo copiosam profudit urinam, ut multos congios impleret. Quanquam ab hoc gravi malo aliquomodo restituta videretur, post mensem tamen *tabe* mortua est. Hic affectus admodum rarus existit, quem Galenus semel aut bis vidit. Rondeletius ex hæreditate ter, Hollerius semel, & Autor habuit Vetulam ab hoc malo curatam. In quibusdam diuturnam urinæ suppressionem sequitur ex tono partium urinam excernentium labefactato, aut morbis acutis per crisin, materiam ad renes depositam salutariter supervenit teste Aræteo. obs. 4. lib. 24. pag. 443.

SPECIMEN XVI.

KERCKWERNIA Matronæ

1) Nephritis calculosa.
2) Renum dolor.

Sanguineo-phlegmatica alias *nephritide* & *renum dolore* adflicta erat, cum arenulis simul prodeuntibus.

3) Menſes dolorifici continui.

Ad annum vero 27. progreſſa, *menſium continuum profluvium* aderat, cum dolore inſigni circa pubem ad inguina tendente; hinc in muliebribus quaſi corroſio ex urina ſalſa retinente aut ægre exeunte mox rurſus copioſe effluente & ſtillante, non ſine ſtranguria, quam ſibi contraxerat ex equitatione longa, renes comprimente & irritante.

Menſes antea ſingulis 14. diebus vel tribus ſeptimanis fluxerant cum grumis molæ inſtar; & hoc erat tunc temporis menſ. Jul.

His malis ſuccurrebat Autor mucilaginoſis, demulcentibus, pro potu ptiſana ex hord. mund. & glyzyrrh. in fine vino Rhenan. cum aq. hord. diluto.

4) Diarrhœa.
5) Teneſmus.
6) Hæmorrhoides.

Interea poſt tres dies incidit in *fluxum ventris* & *teneſmum*, & excrevit mucilaginoſa *cruenta* & purulenta. Ex his antecedentibus videmus, quod antea prægreſſa ſymptomata ſimul conatus ad *hæmorrhoides* fuerint, jam *erumpentes*; tandem ſanata fuit. obſ. 38. lib. 25. pag. 556.

7) Odon-

7) Odontalgia.

8) Fiſtula.

Ex hoc fundamento, & inordinato ſanguinis motu etiam ad ſuperiora regurgitante perpetuo fere *odontalgicis adflictionibus* cruciabatur, hinc demum factum eſt, ut duo dentes ſuperiores canini cocroſi, atque ætatis 30. *fiſtulam*, quæ continuo virus & fœtorem moleſtiſſimum ejaculabat, excitarent; extractis his cocroſis dentibus, fiſtula mundificantibus, detergent. & conſolidant. feliciter curabatur. obſ. 7. lib. 14. pag. 108. obſ. 15. h. l. pag. 115.

9) Tertiana notha.

Ætatis 36. in *tertianam notham* incidit, cum ſiti validiori & capitis dolore leniori, quæ curabatur laxantibus, digeſtivis, temperantibus, purgantibus & demum roborantibus. obſ. 15. lib. 3. pag. 76.

10) Icterus.

Ætatis 50. menſ. Sept. ſubito *ictero* correpta eſt, & excrementa alba & duriora reddidit. V. S. haud ſemper neceſſaria eſt, Galen. in lib. de purgant. vi & lib. de atra bile ſcribit: Si morbo regio laborantibus ſanguinem miſeris, extremam in perniciem ages. Aet. vero, duo, inquit, maxima ſunt remedia, venæ ſectio & purgatio. Sic venæ

næ ſectio, ſi ſanguis abundat, adhibetur, teſte Avicenna, ubi itaque plethora hunc morbum accelerat, venæ ſect. prorſus non rejicienda eſt. Act. N. C. Vol. III. obſ. LXIII.

Curata fuit cum purgante, & cereviſia, in qua nodulus dependebat ex marrub. Rhabarb. Schœnant. Croc. & Spec. diarrh. Abbat. obſ. 19. lib. 19. pag. 229.

SPECIMEN XVII.

MARIA GERHARDI.

1) Cholera.
2) Syncope.

Cholerica, vi temperamenti in *choleram vehementiſſimam* una cum *ſyncope* incidit, primo multam aquoſam materiam, deinde bilem æruginoſam ſimul evomebat & per inferiora dejiciebat. Tres gradus Autor recenſet, primus eſt: Cum corrupti cibi moleſtiam inferunt, ſed natura adhuc ad excernendum non impellitur, tunc leviter irritari debet, antequam foras progrediatur. Secundus: Si ſponte natura cœpit excernere. Tertius: Si totalis corruptio adeſt. Quatenus itaque prava ſunt, & à natura excernuntur, ſinenda ſunt; quando

quando vero modum excedunt, cum prudentia ſiſtenda ſunt.

Curabatur frictionibus, ligaturis brachiorum, decoctis mucilag. diluent. leviter roborantibus in- & externe. Somnus & quies præ aliis præſtant. obſerv. 47. lib. 18. pag. 196.

3) Menſium obſtructio.
4) Ventris tormina.
5) Coxarum dolor.

Ætatis 36. longo tempore *menſtruas purgationes* non habuit, hinc valde in *inguine* & *coxa* afficiebatur.

Cura inſtituebatur, & quidem cum ratione, ad menſium apertionem, venæ ſectione in pede, quibus in fluxum deductis, ceſſarunt priora pathemata feliciter. obſ. 7. lib. 28. pag. 637.

Specimen XVIII.

Maria Petri Sasboti.

1) Pica.

Sanguinea prægnans in maxima copia Cretam vocabat, ſicque *Pica* laborabat.

Hic

Hic affectus est corruptus appetitus, ac teste experientia in sanguineis voluptuosis prægnantibus frequentior, & potissimum accidere solet tertio a conceptione, mense. Et Autor affert fœminas, quæ crudas anguillas, pellem ovinam crudam una cum lana, picem navalem, commederunt. Hic interim affectus prægnantes non solum, sed & pueros & viros quandoque infestat.

Sic infantes & pueri etiam adultiores carbones, cineres, arenam, & cretam & calcem devocasse vidit, præcipue tamen ex ingenito desiderio, quorum matres hoc malo fuerunt obnoxiæ. Sic contingit & puellis sæpius cachexia ex mensium retentione aut desiderio veneris, laborantibus. obs. 7. lib. 18. pag. 141.

2) Variolæ in gravida.

3) Crusta fœda.

4) Rubedo oculorum.

Alio tempore mens. Jul. prægnans in 5. mense, in *variolas* incidit admodum *copiosas*, sed quod mirandum sine febre. Serum lactis cum ficubus ad satietatem potabat, donec septimo die febris suppuratoria accederet. Ob febrem utebatur decoct. hord. cum glyzyrrh. In declinatione Autor dissuadebat quidem exsiccantia, expe-

experientia & Valeſco conſentiente, ex mulierculårum vero conſilio male adhibebantur exſiccantia & unguinoſa, hinc factum eſt, ut facies *cruſta* admodum *fœda* obducta ſit, atque in *oculis* oborta ſit *rubedo*, quæ admodum contumax fuit, ita, ut longe poſt levi ex cauſa oculi rubedine afficiantur. obſ. 50. lib. 6. pag. 202.

5) Paſſio hyſterica.
6) Partus difficilis.

Aliâs *paſſionibus hyſtericis* ſæpius obnoxia fuit. Et aliquando menſ. Octobr. ex Gemellis in partu difficili periclitabatur, pellentibus adhibitis, in quibus cinamom. præcipuum, (nam omnibus modis, dicit Autor, ad partum facilitandum confert) erat ingrediens, unum fœtum peperit, alter mortuus deinde itidem cum brachio & collo livido, affirmante obſtetrice, quod in partu adhuc vixerit, & ibidem mortuus ſit, in lucem editus fuit.

Doloribus vero poſt partum increbeſcentibus, decoct. fl. chamomill. in cereviſia adhibitum fuit cum ſucceſſu hic & alibi ſemper adhibuit.

7) Inflammatio.
8) Abſceſſus maxillæ.
9) Odontalgia.

Poſt 2. ſeptimanas in puerperio a labo-

re

re & frigore improviſo admiſſo ſanguis non ſolum ſurſum tractus, ſed etiam ibidem ſtagnans *inflammationem*, *abſceſſum* maxillæ & *dentium dolorem* excitavit. obſ. 75. lib. 28. pag. 756.

10) Dyſenteria contagioſa.

Jam ſenex in hyeme *dyſenteria contagioſa* correpta fuit. obſ. 38. lib. 22. pag. 414. Schol.

SPECIMEN XIX.

Machtilda Theodor. Teyling.

1) Uteri ſuffocatio.
2) Tertiana.
3) Sudor.
4) Menſes.

Erat raræ texturæ, proceraque, hinc complexionis ſanguineo-cholericæ, ſæpius antea *uteri ſuffocatione* obnoxia, tandem alio tempore & quidem in æſtate, cum populariter febres tertianæ duplices graſſarentur, ac ejus tota domus hac febre correpta erat obſ. 2. h. l. hæc ipſa febre *tertiana ſimplici* menſ. Octobr. decumbebat, quæ tandem in *cholericam malignam* tranſibat, poſt varia & plura adhibita demum

mum rurſus tertiana prodibat, atque deinde in declinatione febris egregie *ſudavit*, ſimul & *menſes* per ſe criſeos per modum cum euphoria fluere cœperunt. obſerv. 6. lib. 4. pag. 130.

5) Scabies.

Sic aliquando *ſcabie*, ex infectione, cum intolerabili pruritu laborabat propter plethoram, ideo etiam inunctiones male cedebant, imo ex hac facta inunctione cum pinguibus membra ſtatim corripiebantur *inflammtione*, exortis puſtulis *ſerpiginis* inſtar; variis ergo externis incongruis adhibitis unguentis, linimentis & lotionibus per annum ſuſtinuit hanc ſcabiem; donec, præmiſſis univerſalibus, venæ ſectione, & ſcarificatione Anetoris arcano ſc. unguento: ℞. Rad. lapath. acut. in mortar. contuſ. Mj. Zingib. 1 unc. baccar. laur. ariſtol. rot. aa. ½ unc. fl. ſ. crem. lactis, coq. per hor. ß. & f. l. art. ung. veſperi inungend. apud ignem, plenarie ſanata fuerit. obſ. 10. l. 5. chir. p. 156.

6) Chiragra.

7) Paralyſis.

Uti & aliquando ſine dubio ex menſium turbis vel ſcabie aliquomodo retropulſa *chiragra* cum febre adfligebatur, ubi empyricus

pyricus male cucurbitulam cum ſcarificatione adhibuit, & ſic *paralyſin* hujus manus induxit; ubi potius in remiſſione adflictionis venæ ſect. aut laxantia, utiliora fuiſſent. obſ. 11. l. 29. p. 800.

Specimen XX.

MARIA ADRIANI.

1) Febris purpurea in puerpera.

In vere in puerperio poſt 2. ſeptimanam a partu in *febrem miliarem purpuream*, tunc temporis infrequentiorem, incidit, quæ cum noctu veſtibus neglectim detecta, frigore accedente jaceret, retrocedebant exanthemata, unde ſtatim præcordiorum anguſtia, cardialgia, & ſyncope accedebant. Injuncto regimine calidiori ac potionibus tepidis foras iterum prodibant exanthemata, ac ſana evadebat. obſ. 60. lib. 6. pag. 206.

2) Catarrhus.
3) Otalgia.
4) Odontalgia.

Ætatis 40. in autumno frigido, aere & ventis meridionalibus flantibus, pluviis dein ſubſequentibus, victuque humido atque pituitoſa cum uſa eſſet ad tempus in

catar-

catarrhalem capitis fluxum incidit, cum *otalgia* ſiniſtræ auris, ac *odontalgia* intenſiſſimis per 2. ſeptimanas durantibus, hæcque ſymptomata per empyricorum & muliercularum experimenta adhuc magis increbeſcebant. Præmiſſis univerſalibus repetitis, externe reſolventia, diſcutientia & lenientia curam impleverunt. obſerv. 4. lib. 11. pag. 60.

Specimen XXI.

Matrona de MEER.

1) Cephalalgia.
2) Cephalæa.

Ex menſium turbis tandem *cephalalgia* & *cephalæa* ſubinde infeſtabatur cum facie pallida. Præmiſſo laxante V. in pede ſecabatur, ſubjuncto decocto reſolvente, roborante, & pilul. laxantibus. Scarificationes in ſcapulis haud appoſite magis pediluvia quadrabant. obſerv. 22. lib. 6. pag. 279.

3) Cancer occultus & ulceratus.

In ſenectute interim in *cancrum occultum* ex menſium reſtagnatione delabitur, cum ergo Autor bene conſuleret, ut nullo modo uteretur iis, quæ cancrum ad ulcerationem deducerent, cum jam ſatis longo tem-

pore eodem malo laboraſſet; ſed ſaltem ut venæ ſect. uteretur & purgationibus, ac topicis, quæ ſaltem ad palliationem facerent. Sed non auſcultans ad empyricam lapſa, mamillæ uſtione uſa eſt, unde *ulcus* magis ſerpens totam mamillam usque ad alas, & tandem totum brachium inflatum fuit, occupavit cum ingenti cruciatu, tandem mortua eſt. obſ. 26. l. 17. p. 128.

SPECIMEN XXII.

Monacha divæ Urſulæ.

1) Menſium obſtructio.
2) Vomitus cruentus.

Annorum 25. *menſium obſtructione* laborans, hinc ſingulis menſium inſtantium temporibus ſemper *vomitu ſanguinem* rejiciebat. Vires dejectæ erant, dolor lumborum ingens aderat, pecten intumuit, cum urinæ ſuppreſſione, & dolore intenſiſſimo in rene ſiniſtro, cum alvo pertinaciter obſtructa. Quæ pathemata tanto certius ex ſpaſmodica reſtrictione partium inferiorum ac regurgitatione ſanguinis ad ſuperiora evenire debuerunt. Clyſter ſtatim adhibebatur, & vomitus ceſſavit, menſesque fluere cæperunt.

Ad

Ad præſervationem venæ ſect. inſtante Novilunio in talo imperabatur, ſed neglecta fuit, hinc malum ſtatim recruduit tanto vehementius per clyſteres vero jam abactum. Tandem V. præſervatorias admiſit, & ſic nunquam hoc malo laboravit. obſ. 25. l. 16. p. 38. obſ. 3. l. 28. p. 629.

SPECIMEN XXIII.

NIEVELDIA Matrona.

1) Febris catarrhalis maligna cum vermibus.

Melancholica cum ob obitum mariti longo mœrore confecta eſſet, ætatis 50. menſ. Septembr. in *febrem catarrhalem*, tanto periculoſiorem *malignam* incidit cum horrore levi incipientem, caput valde dolebat cum urina cruda, ſyncope frequenti, dolore hypochondrii ſiniſtri, levi palpitatione cordis.

In cura adhibebantur ſuppoſitoria, & venæ ſect. in brachio, ac febrilia varii generis.

2) Singultus.

Tandem accedebat vomitus, per quem ſimul ejecit *vermem*. Morbo vero per menſem protracto, dejecit per plures dies

vermes, febre jam lenta permanente. Hi vermes interjectis intervallis adhuc prodibant, donec gutturis, oris & linguæ inflammatio ac aphthæ ſupervenirent, tuſſis certis temporibus ſimul urgebat: & tandem ſub fine morbi accedebat *ſingultus*, qui poſt quinque dies ventriculo in- & externe roborato, ceſſabat. Ac poſt tres menſes demum ſanata fuit. obſ. 6. lib. 6. pag. 155.

3) Diarrhœa.

Ætatis vero 80. comederat pinguedinem multam lactis & ſuperbibebat cereviſiam Gedanam copioſam cum vino rubro. Domum reverſa, gravis admodum & ſubitanea *diarrhœa* cum virium dejectione & ſyncope ſubſecuta eſt. Mox adhibito decocto leniente ex hordeo & aliis roborantibus præter opinionem ſana facta fuit. obſ. 10. l. 22. p. 375. ſchol.

SPECIMEN XXIV.

Veldamii Vidua.

1) Eryſipelas.
2) Coryza.

N*arium eryſipelate* exterius & inflammatione corroſioneque intus in naribus ex *coryza* acri laborabat; exhibitis univer-

ſalibus

ſalibus & exterius lenientibus curabatur. Sicuti de 2. aliis mulieribus eodem fere malo laborantibus Autor refert. obſ. 3. lib. 13. pag. 85.

3) Sputum ſanguinis.

Jam Vetula fregit brachium, quod curatum fuit; ſed paulo poſt *ſanguinis ſputum* cum pectoris anguſtia incurrit, quod ex moliminibus menſium & translatoriis ſanguinis motibus ad ſuperiora originem habebat, aptis remediis curabatur. obſ. 8. lib. 8. pag. 153.

SPECIMEN XXV.

GERTRUDA NANNIA.

1) Febris acuta.
2) Ophthalmia critica.

Febre acuta adfligebatur cum *oculi inflammatione* inſequente, quæ adeo invaluit, ut oculum perdiderit, ex metaſtaſi ad oculum critice facta. obſ. 20. lib. 7. pag. 220.

3) Quartana.
4) Hemicrania.
5) Abſceſſus.

Anno ætatis vero 70. febre *quartana* per

2. menſes laborabat, quæ induxit vehementem adeo *hemicraniam*, ut neque dormire neque commedere poſſet, tandem *abſceſſum* auris ſiniſtræ formabat, hoc facto abſceſſu & legitime tractato, terminabat quartanam & hemicraniam. Hinc conjicere licet, quod in hoc ſubjecto morbi contingentes vi diſpoſitionis & conſuetudinis, his partibus præ aliis diſpoſitis & debilitatis præcedentibus morbis per capitis adflictiones, eo tendentibus congeſtionibus, ſemper ſubleventur. Verum ergo Hippocr. effatum: Quum parte aliqua, caput aut circum circa dolet, ſi pus vel aqua vel ſanguis e naribus, ore aut auribus exit, ſcire licet, malum ſolvi. obſ. 61. l. 9. pag. 309.

SPECIMEN XXVI.

Maria famula Foreſti.

1) Clavus hyſtericus.
2) Cardialgia.
3) Paſſio hyſterica.
4) Cephalalgia.

Sanguinei utplurimum temperamenti ante 40. ætatis annum ſubinde *clavo hyſterico*, obſ. 62. lib. 9. pag. 309. atque *cardialgiis*, obſ. 44. lib. 9. pag. 279. adfligebatur,

tur, ſicque ſatis aperte declarabat, quod menſium turbis atque inde *paſſionibus hyſtericis* frequentioribus obnoxia fuerit; uti & exinde *capitis doloribus* variis detinebatur. Hinc Autor bis in anno, ſed male in ſuperioribus partibus, hac ratione ſanguis magis ad ſuperiora deductus pertinaciores affectus induxit, cum levamine in tantum, in quantum plethoram præoccupavit, inſtituere juſſit.

5) Cephalæa.

Aſt cum venæ ſect. conſueta per annum nunc intermiſſa fuerat, *cephalæa fortiori* jam divexabatur, quaſi in parti capitis anteriori trabs vel pondus magnum hæreret, atque in inſomnio ſanguinem videre ſomniabat.

Laxante itaque præmiſſo, venæ ſectionem largam e cephalica, ex antea conſueto more, cum ſubjuncto decocto reſolvente cum uſu inſtituit. Poſtea ex venæ ſectionibus bis in anno inſtitutis præſervata fuit ab hoc malo.

Cephalalgia, uti in Scholio recte admonetur, ſæpius contingit in iis, qui conſuetos ſanguinis congeſtiones & exinde Rheumatiſmos in ſuperioribus partibus habent, Rheumatiſmi autem per tempus ſuppreſſi fuerunt; atque in iis, qui moli-

mina vel consuetas actuales narium hæmorrhagias sustinent, jam vero suppressas; aut in iis, qui consueverunt detractione sanguinis uti, sed eam omiserunt; vel in iis, qui hæmorrhoidibus vel mensibus restrictis laborant. Si itaque his non subito succurratur, vel in cephalæam, lethargum, carum, vel apoplexiam, maniam, melancholiam, tristitiam, epilepsiam, paralysin & tremorem artuum facile incidunt. obs. 40. lib. 9. pag. 295.

Specimen XXVII.

Arnolda Cornelii Mylii.

1) Hepatis obstructio.
2) Febris inflammatoria.
3) Lienis obstructio.
4) Catarrhus.
5) Ventriculi debilitas.
6) Præcord. angustia.
7) Asthma.
8) Vomitus biliosus.
9) Diarrhœa symptom.

Per 3. menses variis symptomatis conflictata fuit; namque primo *hepatis obstructionem* incurrit, quæ sine dubio ex mensium anomaliis orta erat, hæc obstructio

ctio adeo interim invaluit, ut demum *febris inflammatoria* cum aliorum viſcerum ſcilicet *lienis ſimul obſtructione* complicaretur. Hinc & exinde, cum circulus ſanguinis in abdomine valde turbatus & interceptus erat, regurgitatio neceſſario & congeſtio humorum major ad ſuperiora fieri debuit, quare ſimul *catarrhalibus adflictionibus* obnoxia fiebat, quæ vero non ſolum *primarum viarum*, ſed etiam *pulmonum vitia* inducebant; hinc accedebant & concurrebant *præcordiorum anguſtia, aſthmatica conſtitutio.* Ex hepatis itaque & ventriculi labe, *vomitus bilioſi*, propter regurgitationem bilis in ventriculum, excitabantur; Aſthma vero & catarrhalis defluxio *hecticam*, & *phthiſin* imo totius corporis conſumptionem reſolutoriam cum *diarrhœa ſymptomatica* inferebant.

Autor itaque in his complicatis malis præſertim cum phthiſis ſimul concurreret, cum prudentia proponebat magis diætetica & lenia remedia; quæ pectori haud nocerent; juxta Hippocrat. ſect. 7. aph. 16. Namque in phthiſicis expectoratio omnimodo præſtanda eſt, & vere ſecund. Wedelii axioma practicum: *Salus phthiſicorum conſiſtit in exſpuitione.* Alter vero Medicus Paracelſicus his minime auſcultans, intrepide dat crocum Martis, quo quidem

puris ſputum ceſſavit, aſt ſimul & *vita.* obſ. 4. l. 4. p. 114. Schol.

Specimen XXVIII.

Boetha puella nobilis.

Menſium difficilis perruptio cum variis pathematibus.

Annorum 19. ſecunda vice, inſtantibus menſibus incidit in *febriles commotiones* cum capitis dolorem delirium ſ. paraphrenitidem, vomitum enormem, anguſtiam præcordiorum anxiam, cataphoram & nauſeam. His ita ſe habentibus, omnino medentem debuiſſent, niſi hoc peculiare interfuerit, quod, menſibus fluentibus, hæc ſymptomata ſtatim ceſſarint; inde videmus, quomodo natura, quando excretionem ſalutarem intendit, ſed aliquomodo per varias cauſas in- & externas nonnaturales ſ. patheticas impeditur, ſtatim & facile in devia aberrare poſſit, ac mediante motu tonico ſpaſtico nimis intenſo, varias totius corporis adflictiones inducere poſſit, qui tamen conatus ſ. ſpaſmodicæ contractiones ac congeſtiones hinc inde, quanquam ſint erroneæ, ſalutarem ſcopum intendunt. Hic autem cum menſium fluxus omnia ſtatim ſymptomata

ptomata levaſſet, vomitus tamen magis aſſuetus factus pertinaciter perſeverabat, qui ergo aliqualem cohibitionem poſtulabat, & quidem ſine noxa. obſ. 21. lib. 7. pag. 220.

Specimen XXIX.

Ida Petri Cornelii Zythepſæ.

1) Malum iſchiadicum.

Temperamenti prædominantis ſanguinei valde craſſa & robuſta, interim ſemper habebat alvum difficulter ſolubilem, anno 1576. per 2. antea circiter annos *iſchiadico malo* laboravit, ita, ut ob dolorem vix poſſet incedere, quod malum ex menſium ataxiis procul dubio ortum habuit. Curatio per 3. menſes durabat, & quidem decoctis laxant. reiteratis & reſolventibus lignoſis, venæ ſectione ex vena iſchiadica in parte coxæ dolenti reſpondente; ubi præ aliis laudat Autor Elect. Caryocoſtin. ſic probe curata fuit. obſerv. 20. lib. 29. pag. 816.

2) Icterus frequens.

Anno vero 1580. menſe Februar. incidit in dolorem dorſi verſus hypochondrium dextrum, qui magis magisque intendebatur,

tur, cum evomitione multa materiæ biliosæ per constrictionem spasmodicam hepatis in ventriculum regurgitantis, tertio itaque die *tota crocea* evasit, cum excrementis albis & durioribus existentibus, variis adhibitis resolventibus, incidentibus ante ictericis ac laxantibus, ut & suppositoriis & clysteribus, quanquam menses interim largiter fluerent, non tamen levabant multum, quoniam obstructio hepatis prævalebat, aliquantisper curata fuit.

3) Febris biliosa.

Cum itaque iterum foras prodiret, denuo incidit in *febrem*, & biliosa ἄνω & κάτω excrevit, cum maxima debilitate. Hinc in M. April. iterum in *icterum* cum majori hepatis obstipatione delabitur, remediis anticitericis & febrilibus jam aliquomodo curatur.

4) Hydrops.

Hinc post unum & alterum mensem tertia vice *ictero* adfecta, mens. Septembr. ex hoc in *hydropem ascitem* periculosam adeo incidit, ut pro deplorata haberetur.

Hoc itaque malo ultra 8. menses detinebatur, ac adhibentur apta remedia antihydropica, cum adjecto marrubio, quod Autor valde laudat in hydrope ex ictero & ob-

obstructione hepatis orto, & vesicatoria utrique cruri apposita, tandem curata fuit, quanquam ulcera illa inducta ægre, ut moris est, consolidarent. observ. 40. lib. 19. pag. 263.

Specimen XXX.

Puella.

1) Menses deficientes.
2) Ulcera crurum.
3) Melancholia.
4) Mania.

Constitutionis melancholico-sanguineæ 20. annorum, quæ antea *mensium obstructione* laborabat, quam *ulcera annua* in cruribus admodum fœda excipiebant, quibus vero improvide consolidatis statim accedebant *melancholica pathemata*, & tandem *mania* horrenda, modo in lecto detineri non poterat, modo exiliens, modo in clamores horribiles erumpens, sæpiusque se damnatam clamabat, metu, tristitia, ira & vigiliis diuturnis confodiebatur, inverecunda erat, & alia scurrilia verba, alioqui honestissima virgo, proferebat. Sine febre erat, pulsus languidus, urina tenuis cum circulo subnigriusculo & plumbeo.

In

In Cura prima intentio erat venæ ſectio larga in pede, poſt hanc menſes ſtatim fluere cœperunt cum remiſſione omnium ſymptomatum, cum poſtea Autor nuptias conſuleret, his etiam paulo poſt initis, a deliriis ſemper immunis manſit. obſ. 25. lib. 10. pag. 347.

SPECIMEN XXXI.

Uxor Simonis Johannis.

1) Quartana duplex.
2) Tympanitis.

Obeſa & craſſa *duplici quartana* per autumnum & hyemem laborabat, a qua utcunque liberata, & ſine dubio incongruis remediis ſaltem ſuppreſſa in *tympanitidem* incidebat, menſibus reſtantibus, præſumebat graviditatem, & per hoc tempus abdomen in immenſum tumorem accreſcebat, fœtusque motum, ubi potius a flatibus hic motus cauſatus fuit, perſentire firmiter credebat; tempore vero imprægnationis præter lapſo inordinate febricitabat; aderant evidentes ſaltus in abdomine, & quidem magis in imo ventre cum murmure ac rugitu, ſicque aperte docebant, quod flatus unica cauſa hujus ſaltus deorſum & ſurſum vagarentur, atque itidem cor premerent.

3) Men-

3) Menſium flux. tempeſtiv. in Tympanitide ſalutaris.

Quoniam ergo 11. menſes præterierant, quod menſes conſueti non fluxiſſent, curam ſequenti modo inſtituit: Prius evacuato corpore adhibentur decocta carminativa & pro potu quotidiano cereviſia tenuis cum fl. chamomill., quæ maxime profuit. Reiteratis his & laxantibus carminativis menſesque aperientibus, menſes fluere cœperunt, multaque putida & ex parte corrupta excrevit, ſimul etiam multos ructus per ſuperius & inferius guttur etiam ex utero emittebat, cum ſatis luculenta euphoria, interpoſitis roborantibus carminativis ſanitati reſtituta fuit. obſ. 46. l. 19. p. 271.

Specimen XXXII.

Eliſabetha Niewenburchia.

1) Odontalgia.

Satis ſanguinea ætatis 29. menſ. Maj. ingenti *dentium dolore* torquebatur, conſilio mulierculārum (corpore ſatis plethorico nequaquam evacuato) imprudenter aquæ vitæ calidioris gargariſmo utitur; cui inſuper nodulos quosdam ſtaphide, agria, quæ ſuo ſulphure craſſo & ſalino acido acri principio valde mordet, atque inde

inter

inter phænigmos refertur, repletos, ad pituitam fortiter eliciendam, ſubjungit, & in ore aliquamdiu detinet, his vero adhibitis ſtatim ſubſequebatur ſatis vehemens *inflammatoria febris* non ſolum, ſed & adeo manifeſta congeſtio humorum ad caput, ut tota maxilla ſubito inflammata fuerit cum *ophthalmia* admodum gravi & palpebræ dextræ, quam aperire non poterat, ingenti inflatione ac partium adjacentium. Suppoſitoria ſtatim adhibebantur cum ſubjunctis venæ ſectione in brachio larga temperantibus & aliis; his adhibitis ſudor per totum corpus erumpebat, cum levamine & remiſſione febris.

2) Abſceſſus in faucibus.

Remanente interim inflatione & tumore aptis remediis in *abſceſſum* intus in *faucibus* latentem abiit, qui mundificantibus demum quoque curatus fuit.

Hic itaque caſus docet, quam caute ſit agendum in plethoricis, qui odontalgiis infeſtantur, etiam cum externis valde calidis & acrioribus remediis, ne malum ex ſua natura pertinax obfirmetur, atque in periculoſiora multo pathemata transmutetur. obſ. 3. l. 11. p. 8.

SPECI-

SPECIMEN XXXIII.

Mulier.

1) Icterus.
2) Sanguinis fluxus ex oculorum canthis.

Procera cholerica 80. annorum per tres fere ſeptimanas, cum ſimul *ictero* laboraret, *ſanguinem*, lacrymarum inſtar, *ex oculorum canthis* plorabat, uti teſtatur experientia medica, quod in vetulis, quibus per longum tempus menſes reſtitarunt, tandem aliquando erumpant, atque quandoque etiam vias devias & inconſuetas quærant; mente conſtabat, utcunque comedebat, nullum fere dolorem niſi pruritum aliquem, & circa umbilicum levem cruciatum ſentiebat, ſitiebat; adhibitis laxantibus, reſolventibus & lenientibus ab hoc malo poſt quinque dies ſanata evaſit. obſ. 13. l. 11. p. 21.

SPECIMEN XXXIV.

Mulier paupercula.

1) Dyſenteria. 2) Catarrhus.

In nono menſe a conceptionis tempore prægnans laborabat *dyſenteria* admodum periculoſa, improvide, intempeſtiveque adſtringentibus reſtringitur, quam ſuppreſſionem, cum hac ratione partes inferiores abdominis obſtruerentur, exceperunt motus

humorum ad ſuperiora, ibidemque natura intendebat propellere, inde *narium hæmorrhagia* per 10. dies continuans excitata fuit, cum virium proſtratione & cephalalgia haud exigua. Sic ex hac ſanguinis congeſtione ad caput ſimul *catarrhalis conſtitutio* in gutture exorta eſt, quæ adeo vehemens, ut *muta* evaſerit.

3) Apoſtema.

Variis adhibitis externis in hoc periculoſo ſtatu tandem *apoſtema* ruptum eſt in gutture, & pus magna in copia per vomitum & ſeceſſum exibat, cum recuperatione loquelæ, abſtergentibus adhibitis utcunque ſana evaſit.

4) Diarrhœa. 5) Febris erratica.

Quamvis poſt 5. dies iterum in *diarrhœam* & *febrem erraticam* inciderit. Materia enim peccante nondum ſatis e corpore expurgata natura vias jam inferiores rurſus eligebat.

6) Flatulentia hypochondriaca.

Paupercula vero exiſtente, ſicque coacta frigori ſe exponere, in *dolorem hypochondrii* dextri, quaſi *pleuritidem* incidit, a tranſpiratione prohibita, & *flatulentia* inde genita, cauſata ; Fomentatio cum diſcutientibus & carminativis dolorem omnino ſedabat. Sic abortus præcavebatur, & omnia pathemata removebantur. obſ. 33. l. 14. p. 134.

SPE-

SPECIMEN XXXV.

Heutera Matrona.

1) Hæmorrhoides apertæ.
2) Obſtructio lienis.
3) Maculæ plumbeæ.
4) Cardialgia.

Melancholico-ſanguinea ſubinde *hæmorrhoidibus apertis* laborabat, quando vero tales præcipue in vere & autumno, ubi harum molimina præſertim præſto ſunt, haud rite profluerent ſtatim non ſolum *obſtructio* aliqualis *lienis*, ex regurgitatione ſanguinis hæmorrhoidalis ad hypochondria oboriebatur; ſed etiam *maculæ magnæ plumbeæ* inſtar thaleri cum pruritu per cutim efflore-ſcebant, quæ *dolorem* & *inflationem ventriculi*, ſi evaneſcerent ſ. retrocederent, inducebant, quæ cardialgia ſtatim remittebat, quando apparebant; ſicque manifeſtam cognationem demonſtrabant. Decocto mundificante, reſolvente & laxante ſumpto, ſemper melius ſeſe habuit. obſ. 1. l. 5. chir. p. 140.

5) Cholera.

Alio itaque tempore ſine dubio ex metaſtaſi humorum ac conſtrictione hepatis, indeque facta regurgitatione bilis ad ventriculum, & hæmorrhoidum turbis, quia eſſet melancholicæ conſtitutionis, ventriculum-

que haberet ſatis debilem, *cholera* adflicta fuit, ac humores multos aquoſos bilioſos & virides dejecit. obſ. 45. l. 18. p. 192. Schol.

SPECIMEN XXXVI.

Weyna Gerhardi.

1) Rheumatiſmus femoris.

2) Ulcera.

3) Scirrhus ſub poplite.

Per quinque annos *rheumatiſmo femoris* cum multo cruciatu laboravit, quem tonſores magis in perverſum malum deduxerunt, donec tandem eo deductum fuit, ut *ulcera ſinuoſa maligna* 9. numero enata fuerint. Autor decocto mundificante, laxante, hæc ulcera tandem conſolidavit. Interim ex tali incongrua applicatione variorum remediorum ex poſt remanſit *ſcirrhoſa* quædam *durities* ſub *poplite*, quæ faciebat, difficultatem incedendi, ol. lumbr. terreſtr. chamom. cum vino ex uſu erant. obſ. 1. l. 4. chir. p. 105.

4) Cephalalgia.

5) Cæcitas.

Cum vero motus naturæ excretorii nimis adſuefacti erant, non diu poſt, cum ulcera cicatrice obducta eſſent, materia talis, quæ per ulcera ex corpore eliminata fuerat, præcedentibus *capitis doloribus*, induxit tandem *cæcitatem* ſ. *guttam ſerenam* præcipue in uno oculo.

Variis ſed iterum aliquomodo incongruis adminiculis adhibitis ſc. evacuantibus, venæ ſectione, & cucurbitulis cum ſcarificatione ſcapulis appoſitis, & collyriis variis, malum permanſit ultra 4. menſes, donec ex jecore piſcis Aalrup dictæ medicamentum ſumeret, & oculo applicaret, hoc remedio viſus reſtitutus fuit. obſ. 35. l. 11. pag. 43.

FINIS.